7. 16.

C. CRISPI SALUSTII

QUAE EXSTANT.

Recognovit, varias lectiones, e codicibus Basileensibus, Bernensibus, Turicensibus, Parisinis, Erlangensi, Tegernseensi ceterisque, quos Wassius, Havercampius, Cortius aliique Editores contulerunt, collectas, commentarios, atque indices locupletissimos

ADIECIT

FRANCISCUS DOROTHEUS GERLACH,

PHILOSOPHIAE DOCTOR, LITERARUM LATINARUM PROFESSOR.

VOL. I.

BASILEAE IN LIBRARIA SCHWEIGHAUSERIANA,

TYPIS ET SUMTIBUS

AUGUSTI WIELANDI, TYPOGRAPH. ACAD.

MDCCCXXIII.

C. CRISPI SALUSTII

QUAE EXSTANT.

Recognovit notisque criticis instruxit

FRANCISCUS DOROTHEUS GERLACH.

BASILEAE IN LIBRARIA SCHWEIGHAUSERIANA,
TYPIS ET SUMTIBUS
AUGUSTI WIELANDI, TYPOGRAPH. ACAD.
MDCCCXXIII.

GENIO

ACADEMIAE BASILEENSIS

DEDICAVIT

AUCTOR.

Quos libros C. Crispus Salustius de rebus Romanis conscripsit, illustrare animus est. Hanc rem ut susciperem, factum est et ipsius scriptoris gravitatate et elegantia, quem rerum Romanarum florentissimum auctorem ipse Tacitus dixit, et multorum, qui adhuc Crispi libris emendandis atque illustrandis operam dederunt, vel incuria, vel prava diligentia. Quicunque enim Græcis atque Latinis literis diligentius student, eos non solum puerorum iuvenumque animos his studiis formare, sed multum etiam studii operæque in eo ponere oportet; ut præclarissimorum ingeniorum monumentis antiquus nitor restituatur. Hoc magis etiam necessarium, quod etiamnum multorum auctorum libri, interpretum emendationibus, coniecturis, aliisque corruptelis sunt depravati. Id quod cum aliis, tum Salustio accidit. Libere professus sum, quod sentio; neque me præterit, quantas invidiæ tempestates mihi sim excitaturus, quod virorum, de literis optime meritorum, laudi obtrectare videar. Quantum vero prioribus Salustii editoribus tribuendum sit, eorum solum est iudicium, qui hanc rem accuratius examinarunt. Nam qui antiquissimi cuiusque critici memoriam tanta pietate atque religione prosequuntur, ut omnes eorum commentarios, tanquam summæ sapientiæ fontes, venditent, eorum levis est auctoritas. Quorum obtrectationes ni vincat opera, quam Salustio navavi, nullum vituperationis genus recuso. Ne igitur in pravis aliorum opinionibus refutandis tempus conteram, quid potissimum in hoc opere secutus sim, et quam propositi formam descripserim, accuratius persequar. Omnium

primum in hoc multum studii consumsi, ut ubique genuina auctoris verba, nimio emendandi studio deleta, restituerem. Quod enim in cæteris artibus literisque optare solemus, ut quid antiqui critici de iis statuerint, nobis compertum sit; id nescio, an Salustio plurimum damni attulerit. Cum enim fieri non posset, quin Grammatici, Salustianum dicendi genus, a vulgari loquendi consuetudine alienissimum, sæpius notarent, cum alia multa, tum brevitatis eum studiosissimum fuisse iudicarunt. Id quod arripuerunt recentiores interpretes, atque hoc unum, tanquam iudicii normam amplexi, urendo atque secando priscum Salustianæ orationis nitorem restituere sibi visi sunt. Multos quidem, et imprimis Gruterum, non fugit, sæpius aliud quicquam quam brevitatem auctorem videri esse secutum; (verba enim magis ad compendium conferre, quam Salustius fecit, haud ita magni est negotii); id vero aliorum maximeque Cortii audaciam non repressit, quin multa licentius auderent. Ille enim, omnium Salustii interpretum et ingenii acumine et eruditione facile princeps, qui unus huic auctori plus luminis attulit quam ceteri omnes, haud raro, furore quodam emendandi abreptus, contra optimorum codicum auctoritatem, bonæ et sinceræ vetustatis verba corrupta habuit, in dubitationem vocavit, delevit. Nihilominus tamen recentiores interpretes, si a paucis discesseris, omnia illius inventa, tanquam ex Apollinis ora missa, retinere et sæpissime optimorum Codicum auctoritatem deserere, quam Cortii coniecturas accuratius examinare maluerunt. Hoc enim fit, ut cum quis excellenti ingenio voce praeiverit, ceteri, alius alium tanquam prudentiorem secuti, in illius verba, ut summi magistri, iurare non dubitent. Quare vel aperte falsa constanter retinendo tantum auctoritatis iis adstruunt, ut qui antiqua et genuina restituerit, temerarius dicatur. Tantæ interpretum levitati atque inconsiderantiæ ut obviam irem, lectiones variantes, ex plurimis codicibus, aut ab aliis aut a me ipso collatis,

notavi, si modo memoria dignæ esse videbantur; (scripturæ enim menda laudare putidum est.) Quarum multas, credo, seriores interpretes omittent, cum, quam plurimi de Salustianæ orationis proprietate conceperint opinionem, exstirpata fuerit. Sed cum acutissimi Critici, (Cortii dico) auctoritas sæpius mihi esset impugnanda, in argumentis cumulandis multus esse malui, quam temeritatis suspicionem incurrere. Neque tantum hanc ob causam variantes lectiones eram laudaturus, uti librorum Mss. auctoritatem a Cortii coniecturis defenderem, sed multa etiam attuli, ut quid de singulis libris statuendum sit, intelligant, qui talia curent. Quare sæpius pessimas verborum structuras laudavi, si modo essent breviores vulgatis, ut Aristarchi isti, qui nihil non amplectuntur, ad id, quod Salustianum putant, dicendi genus efficiendum, haberent, quibus meliora docerentur. Hoc et alias factum et imprimis in orationibus, ubi emendatissimi libri, Basileensis primus, Guelferbitanus quintus, Commelianus et Nazarianus multa omiserunt, quibus deletis omnis orationis elegantia perit. Sed de fide Codicum, quos accuratius examinavi, paulo infra fusius disseram.

Imprimis mihi curæ fuit, ut fragmenta emendatius ederentur, quam adhuc factum est. Nam Carrione excepto, cuius hac in re summa laus est, ceteri editores hæc fere intacta reliquere. Ipse Cortius rem negligentius tractavit, lauream, credo, a Carrione sibi præreptam ratus; nedum sequiores editores, qui fere pueris operam suam probari volebant, hæc dumeta attingerent. Nullus enim iis, quæ Carrio in additamentis ad Orationes et Epistolas ex optimis libris adnotaverat, usus est; præterea multa adulterina pro genuinis Salustii verbis habuerunt, multa omiserunt. Quare omnia veterum Grammaticorum, interpretum et rhetorum loca, ubi Salustius laudatur, examinavi, cum emendatissimis editionibus, quæ in promptu erant, contuli, quo in loco sin-

gula legerentur, notavi. Magno mihi fuit adiumento nuperrima Prisciani editio, quam V. D. Krehl evulgavit, nec non Exempla elocutionum ex Virgilio, Cicerone et Salustio exscripta, quæ olim Arrursiani Messi rhetoris esse putabantur, nuper vero ab Angelo Maio, Cornelii Frontonis opus esse satis luculentis argumentis comprobatum est. Præterea quæ De Brossius in doctissimo libro (*Reipublicæ Romanæ historia*) congessit, usui mihi fuerunt. Sed is quoque subditicia pro Salustianis habuit, et de vera lectione parum sollicitus, id solum curavit, ut quam plurima congereret. Id quod non in eam partem acceptum velim, quasi industriam eius improbarem, sed ne quis incuria magis quam iudicio factum putet, quod multa ab eo laudata omisi.

Epistolas ad C. Caesarem de Republica ordinanda, quas vulgo incerti auctoris esse autumant, hanc ob causam simul cum ceteris Salustii libris edidi, quod mihi quidem argumenta, quibus earum auctoritatem impugnarunt interpretes, parum firma esse videntur. Cavendum est, ne Grammaticis istis, quicumque tandem fuerunt, nimium tribuamus. Isti enim verba sectantur, sed iudicio parum valent. Sed quid de hac re sentiam, peculiari commentatione exponam. Ne *invectivas* quidem, quæ dicuntur, omittendas esse duxi, non quo eas a Cicerone atque Salustio composita esse contenderem, sed ne quid desideraretur, quod ad vitam et mores auctoris illustrandos pertineret.

Orthographiam quod attinet, plerumque Codicum meliorum auctoritatem secutus sum. Cum vero vel optimi libri hac in re parum sibi constiterint, nonnulla, quæ Cortius receperat, invitis libris retinui, ne Salustius gratum istum antiquæ orationis colorem amitteret. Multa quidem, e. gr. *Lubido*, *æstumo*, *existumo*, *optumus*, *maxumus*, *volgus*, *advorsus*, *adulescens*, *proxumus*, *faciundum*, *di* (*dii*), *quis* (quibus) et alia huiuscemodi sæpius in antiquissimo libro, Basileensi primo aliisque passim exarata sunt;

sed vel huius libri magna inconstantia et sæpius antiquior forma, quam dicunt, a secunda manu reposita est. Accusativus pluralis, in *is* flexus, rarius legitur, quare hanc formam ubique reponere non ausus sum; neque putaverim omnia nomina, quorum genitivus pluralis in *ium* desinat, ita ubique esse inclinanda. Recte enim hac de re præcepisse mihi videtur Valerius Probus, qui interrogatus *hasne urbis* an *has urbes* dici oporteret; „si aut versum, inquit, pangis, aut orationem solutam struis, atque ea verba dicenda sunt, non finitiones illas prærancidas, neque fæcutinas grammaticas spectaveris, sed aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere; quod illa suaserit, id profecto rectissimum. *)" Unde patet non modo antiquos Criticos, sed ipsos auctores maxime ad aurium iudicium hæc retulisse. Nam eodem loco aliquot versus ex Virgilii carminibus laudantur, ubi et *es* et *is* in accusativo plurali promiscue posita sunt, nulla alia iudicii subtilitate, nisi ut soni suavitatem et propriam in quocunque vocis situ iucunditatem sequerentur. Neque antiquissimarum inscriptionum diversa est ratio, ubi *classes*, *classis*, *classeis* (acc. plur.) variant. Neque negaverim nostra ætate aurium iudicium parum certam esse normam scripturæ (nostrorum enim hominum aures non satis tritæ atque religiosæ) sed, donec regula aliqua, ad quam iudicium dirigatur, inventa sit, meliorum librorum auctoritatem censeo esse tuendam. Aliter V. Cl. Niebuhr sentire videtur, qui in antiquissimo Vaticano Codice, accusativum pluralem vocum, quæ genitivum in *ium* flectant, omnibus fere locis (quatuor exceptis) *is* scriptum esse notavit. **) Sed scribendi ratione, quæ in uno Codice est, hanc contortam disceptationem ad lucidum posse perduci dubito, nedum Ciceroniana orthographia ad emendandum

*) cfr. Aul. Gell. 3, 19.

**) cfr. indicem in Ciceronis libros de Republica ab Angelo Maio editos.

Salustium valuerit. Imo exilitas soni, quam iam antiqui Critici in hac vocum terminatione notarunt, Salustianæ orationis gravitati parum consentanea esse videtur. Sed cum hæc res sit impeditior, quam quæ paucis possit absolvi, de orthographia Salustiana fusius in commentariis agam. Hoc unum monitum velim, superlativi exitum in *sumum*, quem retinui, in nullo meorum codicum legi; ne Cortius quidem ceterique Editores testantur, se istam terminationem in libris Mss. invenisse. Occurrit quidem in Plauti Codd., etiam in Vaticano Ciceronis Codice, atque passim in antiquis monumentis v. c. in cenotaphio Caiano atque in inscriptionibus antiquis a Grutero collectis; sed Salustio solam hanc terminationem usitatam fuisse, nondum adducor ut credam. Nam quod *optumus, maxumus, proxumus* scribitur, inde non efficitur, *iustissumus, simillumus, plurumus* esse scribendum. Sed ista antiquitatis vestigia delere religio fuit, cum certam, quam sequerer regulam, non haberem.

De Codicibus, a prioribus Salustii editoribus collatis, quos passim laudavi, paucis agam. Non enim est consilium omnes Salustii Codices, qui in bibliothecis asservantur, recensere, sed satis habeo eos indicare, quorum in notis mentionem feci. *)
Glareano Aldi et Iulii Gothi Codices subsidio fuerunt; quos rarissime laudat, quare, quanti sint faciendi, incertum est. Inter præstantiores referuntur *Rivii* libri, Merseburgensis et Fabricianus, quem dicit, quod a Fabricio eius inspiciendi copia ei facta est.

*) Incredibile est memoratu, quanta sit Salustianorum Codd. copia. Apud solum Montefalconem, (Diar. Italic. et Catalog. Mss.) amplius centum viginti numerantur. Mediolani in bibliotheca Ambrosiana XII. Codices aservantur, de quibus hæc ad V. D. Orellium perscripta sunt, quæ, qua assolet humanitate, mecum communicavit: 1.) Cod. membran. sæc. XII. scholis interlinearibus adspersus: *De coniuratione Catelinae*, tum *secundus liber de bello gesto inter pop. Rom. ex una parte et regem Iugurtham ex altera*. videtur scriptus in Hispaniis aut Galliis. 2.) Cod. Membr. sæc. XIII. duobus characteribus exaratus; quorum alter recens; sæculi nempe XV. *Ca-*

De ceteris, quos laudavit, nihil constat. *Ciacconii* Codices tres numerantur, unus qui Catilinam et Iugurtham complectitur, mediocris; duo litteris Langobardicis exarati, quorum ope pauca in orationibus et epistolis ex Historiar. fragmentis emendavit. *Aldus Manutius* et ipse tribus Mss. usus est, qui A. Casarii Cæsenatis, P. Hyantophii Sabini et F. Ursini fuisse dicuntur; bonæ notæ libri, quantum ex iis coniicias, quæ laudavit Manutius. *Cyprianus a Popma* sex Codd. Mss. in Salustio emendando adhibuit; ex Bibliotheca D. Martini primum, Lovaniensem, Genepeum, Martinianum, quem Coloniæ inspexerat; librum Guilielmi Canteri, nec non Codd. lectiones, quibus antea usus erat Vincentius Castilioneus; accedunt alii, quorum virtutem amplissimis verbis extollit, sed nihil de iis notavit. Ne reliquorum quidem rationem satis cognitam habemus, quia Popma coniecturas captare quam Codd. lectiones reponere maluit. *Carrio* ad fidem trium Codicum Catilinam et Iugurtham correxit. Excussit Buslidianum, ex Collegio Buslidiano, Gemblacensem, præstantissimos libros, eumque, qui olim fuerat D. Benigni Divionensis. In fragmentis recognoscendis libri Nicolai Fabri, Cardinalis Briconeti et Vaticanus optimus ei magno auxilio fuerunt. Uno Mediceo fluxæ fidei usus est Petrus Victorius, uno Romano, neque eo meliore, Ursinus.

Iano Mellero Palmerio, multorum Codicum evolvendorum copia fuit, Tholosani, Bertiniensis, Sigeburgensis, præterea Modii, Brunnii, Stanæi librorum, et fragmenti Coloniensis; sed ea solum ex iis

tilinarium; eiusdem bellum Iugurthinum. 3.) *de bello Catilinario* Cod. Chart. sæc XIV. 4.) Cod. Membr. sæc. XIV. *de bello Iugurth.* 5.) Cod. membr. scriptus manu Petri de Dolzanis an. MCCCLXXX.. *Catilinarius liber : liber Iugurthinus.* 6.) Cod. Membr.. sæc. XIV. ineunte. *De bello Catilin.* 7.) Cod. Chart. XIV. ut videtur, certe ante an. 1431.. sine titulo; incipit: *Falso queritur.* 8.) Cod. membr. scriptus et completus die sabbati XXVI. Oct. MCCCLIV.. 9.) Cod. Membr. sæc. XV. ineunte, sine titulo; incipit: *omnis homines.* 10.) Cod. Membr. XV. med. incipit: *falso queritur.* 11.) Cod. Membr. sæc. XV. post med.: *De bello Catilinar. et Iugurth.* (sine tit.) 12.) Cod. Chart. sæc. XV.. exeunte. Salustius Catelinarius.

laudavit, quæ ingenio rerum novarum cupidissimo grata fuerunt, et in omnia alia abire, quam librorum Mss. auctoritatem expendere maluit.

Ne *Putschius* quidem, præclari ingenii vir, et de grammaticorum antiquorum studio optime meritus, ea, qua religiosum testem decet, diligentia Codd. lectiones notavit, quod magis etiam dolendum, quod bonos libros Rittershusii, Ciacconii, Cuiacii Vaticanum, Augustanos, Bongarsii schedas, præterea proprium librum, qui nunc est Bibl. Lugdunensis, ei in promptu fuisse constat. Multo accuratius Gruterus Codices examinavit, quos optimos habuit Bibliotheca palatina, cui erat præfectus. XIV. Codd. copiam ei suppeditavit, de quibus passim, quæ memoratu digna videbantur, notavit. Commelianum dicit ipsa vetustate exesum, Palatinum Nazarium ex optimis libris, qui usque ad Iugurthæ c. XC. pertinet. Ceteri pro sua quisque bonitate numeris distinguuntur. Recentissimum Pal. XII. scriptum narrat MCCCLVII; Pal. IX. litteris esse evanidis, et sæpius ab alia manu corruptis, cum scripturæ veteris vestigia non ubique servata sint. Id quod etiam Nazario libro accidit. Pal. II. inter aniles refert membranas, Pal. III. interdum bene monere, sed male a glossographis acceptum dicit.

Amplius septuaginta libris se usum esse Wassius confirmat, sed de paucis accuratius egit. Laudat Codicem ex Bibliotheca D. Martini ei oblatum, in membrana pulchre sed recenti manu exaratum; alium non multo vetustiorem, litteris scriptum minusculis, et mala manu interpolatum, quem ei suppeditavit Bibliotheca Publica. Optimæ notæ tertium dicit, cuius inspiciendi copiam ei fecerunt eruditi Pembrochienses. Præterea alios duos, pares bonitate accepit ab Hadriano a Mark (Mark. Γ. Λ.) Accesserunt lectiones variantes sex Codd. Oxoniensium, multorumque aliorum librorum, quos accuratius non descripsit. In præstantissimis numerat Arondelianum, qui olim fuit Bilibaldi Pirkheimeri, atque Regium, quem ei obtulit Bentleius.

Multo accuratius Cortius libros Mss. quibus usus est, examinavit atque desripsit; de quibus paucis exponam. Ipsa auctoris verba, quantum fieri potuit, retinui, omissis, quæ a nostro proposito erant aliena.

Fabricianos in membranis accuratissime scriptos ei obtulit Io. Albertus Fabricius. Eorum prior, Cortio iudice, excedit ætatem septingentorum annorum, multa enim antiquitatis vestigia deprehenderis. Glossæ rarissime receptæ; passim corruptus est a correctore, sed ut facile primas lectiones adsequaris. Alter paullo iunior, forma, ut aiunt, octuplici, sed haud protritæ auctoritatis. Immo Cortius eum priore haud deteriorem dicit, quam rem aliter sese habere lectiones, quas ipse attulit, satis superque docent. *Remenses* dicit varias lectiones, quas Gudius ex duobus Codd. Remensibus Salustiano exemplari adscripserat. Prior scriptus anno MCLXVIII. litteris æqualibus, non invenustis, erat forma oblongiore, ut quartam paulo excederet. Alter manu antiquiore immo accuratiore exaratus in membrana formæ quartæ, ætatem annorum amplius septingentorum præ se tulit; hæc Gudius; sed parum diligenter examinati fuisse videntur. *Guelferbitanus I.* in Gudiana bibliotheca, ubi olim asservatus est, Num. 279. in membrana est luculenter scriptus et glossis antiquis ad marginem passim ornatus. Fuerat olim Bernhardii Rottendorfii; quo sæculo scriptus sit, incertum. *Guelf. II.* (N.° 68: inter Mss. Guelf.) eiusdem ætatis esse videtur. Habet membranas octuplicibus minores, et accurate quidem scriptus, sed magis a correctore corruptus est. Haud iunior *Guelf. III.* (Num. 50: 4.) in membranis octuplicibus ab antiquissimo exemplari descriptus. Magno Cortio usui fuit, bello maxime Iugurthino. Genuinam Crispi brevitatem passim expressit, passim glossas, sed eruditas, recepit. Ubi prior librarius omiserat, quæ integro sensu abesse non poterant, alia manus vacua spatia explevit. *Guelf. V.* forma quadrata, lectiones, a priore manu

scriptæ, satis bonæ, sed litteræ multis locis vetustate evanidæ et priora folia lacerata; quæ secunda manus adiecit, multo recentiora sunt. Multa etiam inter versus adiecta, et aliena auctoris verbis addita. *Guelf. V.* in vetustissimis membranis exaratus, quæ ne compactæ quidem sunt. (N. 17. aut 116.) Haud integer est, nam deficit B. Iug. c. 15. ab initio. Litterarum præfert figuram, quæ solet esse sæculis X. et XI. Hunc librum omnium optimum esse iudicat Cortius; sed quæ post principium orationis Cæsaris sequuntur, non eadem religione exarata sunt. *Guelf. VI.* membranaceus, forma octuplici (Num. 51 : 12.) auctoris quidem verba integra, sed multas quoque glossas continet; in bello Iugurthino triginta ferme folia desiderantur. *Guelf. VII,* (in bibl. Gud. 296.) membr. et elegans, quo tempore ars typis scribendi orta erat, scriptus esse videtur, Catilinam, Iugurtham, et Declam. in Ciceronem complectitur. *Guelf. VIII.* Chartaceus, plerasque prioris lectiones retinet, in primo capite belli Iugurthini deficit. *Guelf. IX.* (Num. 17: 21, 2.) circa sæculum XIII. scriptus, Chartaceus; scriptura satis religiosa, sed Codices non optimos expressit. *Guelf. X.* (ex Gudian. 295.) Non ita quidem vetustus, ut vel proximo præferri possit; minime tamen omnium correctorem expertus est. *Guelf. XI.* (Num. 12: 10.) Membran. forma quadrata. Externo splendore insignis; litteræ auro, minio variisque coloribus distinctæ, initio seculi XV. scriptus est. *Guelf. XII.* membran. forma quadruplici oblonga, (Num. 6. 2.) litteris elegantissimis scriptus, sed a capite ad calcem a correctore recensitus, qui multa immutavit, plura addidit, plurima erasit. *Vinariensis I.* qui aliquando Reinesii, postea Schutzfleischii fuerat, forma oblonga, in membranis nitide scriptus, sæculo X. vel XI. Misere interpolatus meliores modo, modo deteriores lectiones confirmat. *Vinariensis II.* Membr. forma octuplici, scriptura elegantissima atque accuratissima, pariter ac in Guelf. X. ornata, sæculo XV. scriptus est et melioribus libris adnumerandus.

Eccardianus ab Eccardo, Bibliothecæ Hannoveranæ præfecto, Cortio transmissus et Vinariensi I. simillimus, ad fidem optimi libri a librario negligenter exaratus est. *Struvianus*, qui olim Rittershusii fuerat, iam antea a Putschio et Colero excussus, a Cortio, cui eius inspiciendi copia a Struvio facta erat, denuo examinatus, recentior est atque male habitus a correctoribus. *Academicus* Lipsiæ in Bibliotheca Paulina asservatur, satis corruptus et eo maxime laudandus, quod lectionum corruptarum origines inde cognoscas. Catilinam, Iugurtham et Declamationem utramque continet. *Senatorii* duo, et ipsi Lipsienses, bibliothecæ senatoriæ libri, e melioribus sunt. Prior Membranaceus, forma maiore in duas, quas dicunt, columnas distinctus, et adeo religiose scriptus est, ut eius auctoritati haud temere obnitendum sit; sæculo XIII. scriptus esse videtur. Ubique fere cum Bas. I. et Fabr. I. consentit. Aliquoties tam docte errat, ut vel prudentissimo fucum facere queat. *Alter* est quidem Chartaceus, sed eadem religione ab initio maxime scriptus; sæpius Commeliani lectiones confirmat, et vetustissimum exemplar librarius secutus esse videtur. Ei simillimus *Heusianus*, Heusii cuiusdam, apud Memmingenses olim antistitis, liber. *Incertos* dicit Cortius varias lectiones, a Schelhornio in margine Editionis Gryphianæ notatas. *Francianus* liber, qui olim P. Francii fuerat, recentior et corruptissimus est; cuius paucas lectiones Cortius sub finem Catilinæ notavit. *Vratislavienses* haud melioris sunt conditionis, quorum varias lectiones Cortius soli Iugurthæ adscripsit, bellum enim Catilinarium typis iam exscriptum erat, cum ei transmissi sunt. Primus Membran., forma quadrata, diligenter et perspicue scriptus est. In fine legitur: « Nicolaus Phileticus hunc libellum scripsit, anno Domini Mille CCCC. 57. » Paulo vetustior est secundus, eadem forma, sed foliis membranaceis et Chartaceis iunctis, ut Guelf X, cui etiam litterarum ductus simillimi sunt. Tertius

Chartaceus, recentissimus et negligentissime scriptus est. Ceterum omnes ad meliorum librorum auctoritatem firmandam utiles; præterea qua de causa alii libri multis in locis corrupti sint, ex iis intelligas. *Bergerianus*, ex bibliotheca Misenensi, sæculo XIV. scriptus esse videtur. Ex eo paucas lectiones Cortius notavit, quia, quo tempore eum inspexit, opus pæne absolverat. *Gudianus* (bibl. Gud. 181.) Membr. cum alia Ciceronis opuscula, tum declamationes, quæ Crispo adiungi solent, continet. Hæc de Mss. Cortianis. Nam Editt. veteres, quas laudavit, omitto, neque iis multum pretii statuendum esse censeo; cum enim nos fugiat, ad quorum Codd. fidem istæ sint typis exscriptæ; fieri potest, ut sæpius eiusdem libri lectiones ter quaterve laudentur, sed alio nomine.

Cod. Tegernseensis, in bibliotheca monasterii Bavarici olim asservatus, iam haud dubie Monacum translatus, membr. forma octava, antiquissimus et nitore insignis, continet *Salustii et Ciceronis invectivas, quatuor Ciceronis orationes in Catilinam, bellum Catilinarium et Iugurthinum.* Litterarum ductus sunt venusti et crassiores, pauca, quæ facile intelligas, occurrunt scribendi compendia; id quod libri antiquitatem atque auctoritatem satis ostendit. Pauci tantum versus antiquitate et usu aliquantum oblitterati. In fronte Codicis Bibliothecarius notavit, eum a Comarco Framundo, presbytero et monacho Tegernseensi, circa initium sæc. XI. scriptum fuisse. Sed Salustii historiæ haud eadem manu, qua Ciceronis orationes, scriptæ esse videntur. *Cod. Erlangensis* (Ac. VI. 3, 241.) circa exitum sæculi XII. eleganter scriptus, forma quadrata, bellum Catilinarium et Iugurthinum continet, et antiquiorem librum bonæ notæ exprimere videtur. Plura habet scribendi compendia, et cum in versibus interlinearibus, tum in margine scholia permulta, quibus vel res vel verba more veterum grammaticorum et glossatorum explicantur. Litteræ initiales picturis sunt ornatæ. Sub finem Iugurthæ hoc distichon legitur:

Si cupis ignotum Iugurthæ noscere letum,
Tarpeii montis pulsus ad ima ruit.

Ad calcem tabula geographica subiecta, ubi situs Asiæ, Africæ et Europæ pro ætatis illius scientia descriptus est. Eadem forma tabulam in Cod. Bernensi III. delineatam inveni. Utrumque Codicem V. D. Hufnagel, ab Harlesio rogatus, cum editione Brieglebii, qui in textu recensendo Cortium secutus erat, contulit. Postea Harlesius ipse maximam Catilinæ partem examinavit, et utriusque Codicis lectiones cum Cortianis comparavit. Sed paucissimas proprias lectiones, et ab Erlangensi plerumque eas servatas invenit, quas Cortius falsas esse iudicavit. Pauca veteris orthographiæ vestigia; in Teg. e. gr. *adulescentia*, in Erl. *cotidie* legitur. In eodem ordo et structura vocabulorum a vulgatis libris et Mss. sæpissime discrepat. Aliquoties recentior manus aliam adpinxit lectionem. Lectiones exemplari Brieglebiano adscriptas, Harlesius in editione, quam parabat, excudendas curavit. Orthographiæ tamen varietatem ubique notare parum idoneum duxit. Sed ipse Hufnagel in Codicibus examinandis parum diligenter egisse mihi videtur. Id quod cum antea suspicatus essem, quia, (quem Codicem a Cortianis lectionibus maxime abhorrere dixerat Harlesius, is sæpius, quantum ex varietate lectionis coniectare licebat, audacissimas illius coniecturas firmare videbatur) — tum cura viri humanissimi Dœderleinii, qui litteras Græcas atque Latinas in Academia Erlangensi docet, factum est, ut hanc rem compertam haberem. Sed negligentiæ, cuius Hufn. suspectum habui, hæc sunt exempla: in Iugurtha c. 1. Erlang. habet, *qui ad gloriam* — *fortuna* — *quippe quæ* — *probitatem* — *eripere cuiquam* — *inertiam voluptates* — *tempus ætatis ingen.* — 2. *et alia omnia huiuscemodi* — *et ignaviam.* — 3. *se fatigando.* — 4. *moribus qui non* — *imperia* — *et ad honores* etc., quæ omnia notare omisit. Ex quibus colligas, illum non ea, qua par est, diligentia, laborem susceptum perfecisse. Hæc incu-

ria magis etiam notanda est, quod, cum quis omnes variantes se laudaturum esse profitetur, tum ex silentio glossatoris argumentandum est. Quomodo fit, ut multa falsa pro veris laudentur. Qua culpa ut vacuus essem, nullam lectionem eo firmatam habui, quod ex illis Codicibus nihil contra monitum erat; sed fieri potest, ut in primis plagulis pauci errores deprehendantur, quippe quæ iam typis expressæ erant, cum incuria illius editoris mihi est perspecta.

Leidenses libri, qui XI. numerantur, ab Havercampio excussi, et varietas lectionis textui *Wassiano* adscripta est. Ceteris meliores esse iudicavit, qui litteris i. k. notati sint. Sed Vossianum (Cod. L. nam olim Vossii fuerat) longe præstantissimum esse, de ceteris nihil addidit.*) Sed pluribus eorum haud ita multum esse tribuendum vel inde patet, quod Chartacei sunt, atque sæpius pessimorum librorum lectiones confirmant. Imo, quod pace doctissimi viri dixerim, non satis accurate varias lectiones notasse mihi videtur; nisi statueris, temerarias interpretum coniecturas, Codicum auctoritate confirmari. De *Parisinis* libris, quos nuperrimus Salustii Editor contulit, parum habeo dicere. Ex multorum, qui ei suppetebant, codicum copia, quinque solos inspexit, ex quibus paucas lectiones notaret, ceteros enim esse recentiores; sed fastidium, credo, creavit homini, tanti laboris insolito, plurimornm librorum examen accuratissimum. Quam socorde egerit, vel inde colligas,

*) His numeris notisque singulos libros distinxit. a.) Chartaceus in fol. p. 325. n. 19. b.) Chart. in fol. p. 327. n. 50. c.) Chart. fol. minore pag. 327. n. 63. d.) Membr. in fol. p. 494. n. 12. e.) fol. Membr. p. 9. A. f.) Membr. 4to. p. 330. 125. g.) Chart. in 4to. p. 494. n. 12. h.) Membr. in 4to. 158. a. i.) Membr. 8. p. 333. 193. k.) Membr. 8. 389. 75. l.) Membr. optim. p. 289, 73. in fine, incendio lacerum. m.) Membr. olim Petri Francii in Catalogo librorum eiusdem p. 94. num. 600. 4to. forma oblonga; inde emtus in Angliam missus est. n.) Editio Romana antiquissima anni 1470.

quod sæpissime Editores Bipontinos secutus est, quos Salustium et Tacitum maxume corrupisse satis constat. *)

Basileensis I. (E. III. 7.) forma oblonga, litteris Langobardicis, quas dicunt, exaratus, optimæ notæ et antiquissimus Codex, quem Gundlingius Carolingorum ævo, Iselius nono vel certe decimo sæculo scriptum esse iudicavit. Inscriptus est *Cr. Salustius de bellis Catiline et Iugurthe* G. LXXXXVI. addidit in prima pagina manus recentior: *Liber Carthagusinus in Basilia, perveniens a. d. Iohanne de Lapide, confratre nostro, continens Salustium de bellis Catiline et Iugurthe.* In altera pagina folii primi pauca de compendiis scripturæ, ex Isidoro exscripta, leguntur. Insunt multa veteris orthographiæ vestigia, sed sæpius a correctoris antiqui manu restituta : v. c. *intellego, neglego, neglegentia, agentis, occursantis, navis* (acc. plur.) *dis, quis,* (quibus) *isdem, volgus, volt, avortere, divorsi, iocundiora, cotidie, cocus, michi, estumo, existumo, lacrumas, lubido, proxuma, faciundi, boccus, adulescens, optumus, maxumus, finituma, temptare, accersere, plebes* et *pleps, quicquid, præsidi* (gen. sing.) Rarius voces ita scriptæ, ut etymologia exprimatur : *adtendo, adsedit, inbecilla, adrogant, inlectus. h* littera modo sublata, modo addita; *cohercitum, harena, honeri, istriones, ortatur;* leguntur quoque *dampno, contempno, condempnatus; e* et *ae* sæpissime mutata; *m, us, ur* in fine vocum per compendia scripta; ab initio hæc quoque occurrunt: *noī* (nostri) *gla* (gloria) et id genus alia. Glossæ interlineares et ad marginem adscriptæ rhetorem aliquem inferioris ævi sapiunt. Aliquoties etiam glossæ ipsius auctoris verbis interpositæ, neque optimos Salustii Codices glossis vacuos esse putaverim. Sub finem belli Iu-

*) Codices Bibliothecæ Regiæ Parisinæ, quos Burnufius consuluit, ita describit. „a.) n. 5758. b.) 5742. X. sæculo exarati esse videntur. c.) 6085. d.) 6086. sæculi XI. libri. e.) 6088. ad XIII. sæc. vulgo referunt. Ceteri eiusdem Bibliothecæ Codices recentiores, atque adeo (*sic!*) levioris auctoritatis sunt."

gurthini ordo capitum confusus est, et desunt non pauca. Caput CIII. excipiunt CXII. CXIII. CXIV. quæ integra leguntur; finem facit oratio regis Bocci ad Sillam. Collatus est et hic liber, et alii duo Basileenses in gratiam Cortii ab Iselio, sed, ut fere fieri solet, satis negligenter; neque puto fieri posse, ut qui editores consilium, et quid potissimum sequatur, cognitum non habeat, ea, qua decet diligentia, hoc munere fungatur. Unde factum est, ut Cortius sæpius falso hunc Codicem laudaverit; sed omnia conquirere eorum est, qui magnorum virorum vitiis exagitandis sibi auctoritatem quærunt. Neque hoc omittendum est, tertiam paginam hoc titulo, litteris rubris scripto, esse ornatam, *G. Crispi Salustii bellum Catilinarium incipit.* Littera quoque initialis pictura insignis. Sed hoc imprimis memoratu dignum, *Salustium* in omnibus Codicibus, quos evolvi, uno l esse scriptum; neque aliter in optimis Prisciani Mss., et in antiquissimo Servii Codice, qui in nostra Bibliotheca asservatur. Quare optimorum librorum scripturam expressi.

Melioribus libris etiam *Turicensis I.* adnumerandus est, quem bibliotheca Carolina nobis suppeditavit. Inscriptus est: *Incipit Salustius*, quæ rubris litteris exarata sunt. Viginti capita priora Catilinæ a ceteris seiuncta et bello Iugurthino interposita sunt. Etiam sub finem Iugurthæ cum plures paginæ vetustate et incendio essent deletæ, multa bis exarata nec pauca ab alio librario scripta esse videntur. Nam totus codex a secunda manu emendatus est. Imo nonnullis paginis trium manuum vestigia conspiciuntur; prima, quæ Codicem, exaravit, altera, quæ antiquam scripturam restituit, tertia glossatoris, qui notas adscripsit. Membranæ vetustissimæ, ductus litterarum primo Codici Basileensi haud absimiles, cuius lectiones sæpius confirmat. Sed multo maior similitudo ei intercedit cum Fabriciano primo, quem Cortius excussit, et Tegernseensi, quem Harlesius examinavit. Qua-

re suspicor, hos tres libros idem exemplar esse secutos, et quæ leguntur varietates, eas librariorum acumini vel socordiæ deberi. Ceterum, quas nostra ætate Critici iactant Codicum gentes atque familias, hoc inventum equidem in tot Codicum optimorum lectionibus, nondum confirmatum inveni. Sed, ut ad propositum redeam, orthographia vetus in Turicensi aliquoties expressa est; *lubido*, *temptare*, *haut*, *aput*, *cotidie*, *adque*, *accersere*, *secuntur* (sequuntur), *capiunda* aliquoties occurrunt. Præterea multis glossis marginalibus et interlinearibus auctus est, quæ vero futiles sunt; explicant, quæ nemo non intelligit, difficiliora intacta relinquunt; sed quam facile fieri possit, ut glossæ pro genuinis auctoris verbis habeantur, ex hoc Codice maxime perspicias, ubi inter lineas glossatoris et auctoris verba promiscua leguntur. Ceterum scripturæ compendia plurima insunt; v. c. N. Numidiæ R. Romanus, M. Metellus, Ht. habet, dr. dicitur dur. ducuntur. s. sunt. Vocales a, i, u. sub finem Iugurthæ sæpius infra lineam positæ: $m_a x_u m_a$. *ur* in prima et tertia persona verbi passivi ubivis, præterea *us*, *is*, *rum*, *per*, *pro*, notis expressa sunt. In fine Catilinæ hæc leguntur: *Salustii liber primus in Catilinario explicit; incipit eiusdem in Iugurthino.*

Inter antiquiores Salustii libros *Bernensem IV.* retulerim, quem Sinnerus (in Catalogo Mss. Bibl. Bernensis p. 590.) sæculo X. scriptum esse iudicat. Pergamenus, forma quadrata, n. 357. notatus, et ita inscriptus est: *Ex Salustii Crispi historiis excerpta*: tituli singulorum fragmentorum sunt: *Oratio Catilinae apud coniuratos. Oratio Catilinæ* (quæ capite LVIII. legitur.) *Oratio Micipsae ad Iugurtham. Oratio Atherbalis P. C. Oratio L. Syllæ ad regem Bocchum. Epistola Lentuli ad Catilinam. Epistola Scipionis ad Mycipsam. Epistola Adherbalis ad Senatum.* Ductus litterarum iis similes, quos Mabillonus sæculi XI proprios esse dicit. Sed quamvis antiquus sit, tamen negligenter scriptus est; multa omissa

atque in margine apposita; i ubique sine puncto scriptum; multa compendia scripturæ, sed nulla orthographiæ veteris vestigia deprehendas; *sed reliquid, fræmunt, depræcor, conemptus, deortatur, nequiquam* passim leguntur. Ceterum liber olim Bongarsii fuisse videtur, cuius nomine notatus est. *Bernensem III.* (n. 698.) Chartac. sæculo XVI. scriptum esse censet Sinnerus, sed immerito, si quid video. Est enim hic liber ex melioribus, et quamvis librarius sæpius in orthographia peccavit, tamen haud dubie optimum exemplar secutus est. Sub finem Iugurthæ leguntur versus in regis mortem, quos et Basileensis primus expressit. Orthographiæ veteris pauca vestigia; *cotidie, accersere, adulescens: lubido,* aliquoties leguntur, sed optimorum librorum lectiones sæpius confirmat, atque intelligentibus haud infirma videbitur huius libri auctoritas. Ceteri libri, quos examinavi, minoris quidem pretii sunt, neque tamen contemnendi. Quorum ex numero *Bernensis II.* in membranis, forma quadrata (n. 561.) eleganter scriptus, ceteris Bernensibus longe inferior; multa omissa, multa perverse scripta. Ex eo, si nihil aliud, hoc certe intelligitur, codices, in quibus multa omissa sunt, non optimæ notæ esse. Addita est *oratio Salustii in T. Ciceronem* et *Ciceronis declamatio in Salustium.* In fine hæc leguntur: *Salustii Catilinarii liber explicitus feliciter octavo Augusti MCCCLVIII. fuit. Bernensis III.* (M. S. A. 70.) singulis libellis hi tituli inscripti sunt: *bellum Catilinarium, B. Iugurthinum, C. Crispi ad p. c. in Ciceronem incipit invectiva: M. T. Ciceronis ad p. c. invectiva, et M. T. C. in Catilinam ad p. c. invectiva.* Hunc Sinnerus sæc. XV. in plagulis Membraneis et Chartaceis mixtis scriptum esse statuit; sed Chartaceus est, atque deterior. Librarius id maxime egisse videtur, ut, ubi Salustiana oratio a vulgari loquendi usu discrepat, hæc mutaret. Orthographiæ, quam secutus est, hæc exempla notavi: *accersere, cocum, consumpta, harena, adulescens, occeani, hedificare, actriverat, amic-*

tere, actingit, calphurnius, sagictariorum, intollerandà, opidum, actribuere. Basileensis IV. Membr. forma quadrata maiore. Ex Bibliotheca d'Annoneana in B. Publicam pervenit. Nitidissimus et elegantissimus liber scriptura, quam Romanam dicunt, exaratus est. Tam insignis eius splendor, (nam picturis, emblematis, lineolis aureis, litteris rubris et quæ alia huiusmodi sunt ornamenta, varie ornatus est) ut eum e libris Budensibus, ævo quidem recentiore sed elegantissime scriptis, esse suspicatus sim. Compendia scripturæ pauca et intellectu facillima; glossis quidem non caret, et ab initio librarius non satis diligens fuisse videtur; sed sub finem sæpissime optimas lectiones exhibet, ita ut hunc librum accuratius excussisse magno mihi usui fuerit. Ita inscriptus est: *Crispi Salustii de coniuratione Catilinæ incipit fœliciter.* Et ab initio Iugurthæ: *Crispi Salustii Prohemium de bello Iug. inc. fœl.* In fine hæc leguntur:

Sex Iugurtha dies pereuntem carcere Romæ
Spectarunt; te dira fames, scelerate peremit;
Ut Plutarchus ait, veri celeberrimus auctor.

Cod. *Basileensis II.* (F. IV. I.) Chartac. fol. maximis Catilinam continet. Litteræ initiales picturis et emblematis ornatæ, scriptura Gothica, glossæ inter lineas et in margine adscriptæ haud eiusdem auctoris esse videntur. Quamvis sæc. XIII. vel XIV. scriptus, sæpius meliores lectiones, imprimis Bas. primi tuetur. Antiquior scribendi ratio in paucis expressa; duplex *i* sæpius *y* scribitur: *æ* et *e* omnibus fere locis mutata, *c* et *t* vix discerneres; multa quoque scripturæ menda insunt, aliquoties correcta. *Bas. III.* (F. VIII. 8.) ita inscriptus est: *Salustii liber primus Catilinarius incipit.* Chartac. forma quadrata, a monacho aliquo sæc. XIV. seu XV. exaratus, tot scripturæ compendiis ut verba non tam oculis dignoscantur, quam coniectura assequenda sint. Quare hunc

librum intactum omittere poteram; sed hoc certe ei tribuendum, quod sæpius ab aliis est monitum: corruptelæ causas cognoscere, quem librariorum peccata notare non pigeat.

Turicensis II. Chartac. foliis maximis, sine titulo, sæculo XV. scriptus est. Ab initio multæ glossæ atque variæ lectiones adscriptæ sunt. Multa perverse exarata, quod scriba dictata male intellexit; quam depravationis causam nuperrimus Aeschyli editor primum invenisse sibi visus est. Sed si a scripturæ mendis discesseris, liber non ita corruptus est. Sub finem hæc leguntur: *Finita est hæc historia die iovis angariæ? ... hora quasi sexta anno domini* 1493. *per me Adam Moses Lussigus.* A discipulo, credo, in scholis publicis exaratus est. Ceterum Bas. II. III. Tur. II. solum Catilinam continent. Accedit Cod. Bibl. Publ. Basileens. (F. 1. 12.) Chart. qui cum multa alia Ciceronis opuscula, tum *duas invectivas* continet; liber haud contemnendus, cuius ope plura emendavi. Præterea Scholia in Salustium in Bibliotheca Bernensi asservantur. (Sinner. Catalog. p. 612.) in membranis sæc. XIV. eleganter scripta; ex quibus haud multum lucri feceris; ne verborum quidem ordinem inde cognoscas, quæ sæpius ita composita sunt, ut sententiæ illustrentur; quare futilis Grammatici ieiunas adnotatiunculas excutere nolui. Tot Codicum, quos modo enumeravimus, præstantissimi et dignissimi, quos sequamur, esse videntur Fabricianus et Merseburgensis Rivii, Vaticanus, Nazarianus et Commelianus, Vossianus (Leid. L.) Guelferbitanus V. Senatorius I. Tegernseensis, Basileensis I. Turicensis I. Bernensis IV. Accedere videntur quinque Parisini; sed ut accuratius de iis iudicium fiat, iterum examinandi sunt. Imo ne ceteros quidem, ab aliis examinatos, iterum consuluisse abs re esse duco. Iam spero quidem futurum, ut Lutetiam Parisiorum, Mediolanum, Florentiam atque, rerum dominam, Romam, ipse accedam, atque Codices ibi asservatos inspiciam. Sed haud dubie in ipsis Germaniæ Bibliothecis

præter spem bonam ex vobis, quæ metum vicit, statui certaminis advorsa pro libertate potiora esse forti viro quam omnino non certavisse. Quamquam omnes alii creati pro iure vestro vim cunctam et imperia sua gratia, aut spe, aut præmiis in vos convortere meliusque habent, mercede delinquere quam gratis recte facere. Itaque omnes concessere iam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, ærarium, exercitus, regna, provincias occupavere, et arcem habent ex spoliis vestris: quum interim more pecorum vos multitudo singulis habendos fruendosque præbetis, exsuti omnibus, quæ maiores reliquere: nisi quia vobismet ipsi per suffragia, uti præsides olim, nunc dominos destinatis. Itaque concessere illic omnes: et mox, si vestra receperitis, ad vos redibunt plerique. Raris enim animus est ad ea, quæ placent, defendenda. Ceteri validiorum sunt. An dubium habetis, ne obficere quid vobis uno animo pergentibus possit, quos languidos socordesque pertimuere? nisi forte C. Cotta, ex factione media Consul, aliter quam metu iura quædam tribunis plebei restituit; et quamquam L. Sicinius primus de potestate tribunicia loqui ausus, mussantibus vobis circumventus erat: tamen prius illi invidiam metuere, quam vos iniuriæ pertæsum est. Quod ego nequeo satis mirari, Quirites. Nam spem frustra fuisse intellexistis. Sulla mortuo, qui scelestum imposuerat servitium, finem mali credebatis. Ortus est longe sævior Catulus. Tumultus intercessit Bruto et Aemilio Mamerco Consulibus; dein C. Curio ad exitium usque insontis tribuni do-

22. *Si. Q. p. ex.* hæc laudat Don. ad Phorm. 1, 1, 11. *diss. fuit.* ita Vatic. Bric. Fabr. *fuisset* vulgo. alii libri *vosmet ipsi*, alii *vobismet ipsis*; *vobismet ipsi* haud dubie legendum. *redibunt plerique.* *redibunt* om. liber Ursini. *num officere* veteres libri, quos Ursinus laudat; item Balliol. Wassii. *ne* vulgo. *quam – pertaesum* C. Fronto s. v. *pertaesum*. *Aemilio Mamerco*, *Aemilio* om. Vatic. *incassum agebantur* Va-

minatus est. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidistis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitantur! quæ profecto incassum agebantur, si prius quam vos serviundi finem, illi dominationis facturi erant: præsertim quum his civilibus armis dicta alia, sed certatum utrimque de dominatione in vobis sit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut avaritia in tempus arsere. Permansit una res modo, quæ utrimque quæsita est et erepta in posterum, vis tribunicia, telum a maioribus libertati paratum; quod ego vos moneo quæsoque ut animadvortatis: neu nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro servitio adpelletis. Quo iam ipso frui, si vera et honesta flagitium superaverit, non est conditio: fuisset si omnino quiessetis. Nunc animum advortite: et nisi viceritis, quoniam omnis iniuria gravitate tutior est, artius habebunt. Quid censes igitur? aliquis vestrum subiecerit. Primum omnium omittendum morem hunc, quem agitis, impigræ linguæ, animi ignavi, non ultra concionis locum memores libertatis. Dein (ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunos plebei, modo patricium magistratum, libera ab auctoribus patriciis suffragia maiores vestri paravere); quum vis omnis, Quirites, in vobis sit, et quæ iussa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere aut non agere certe possitis, Iovem aut alium quem deum consultorem exspectatis? magna illa consulum imperia et patrum decreta, vos exsequendo rata efficitis, Quirites, ultroque licentiam in vos auctum atque adiutum properatis. Neque ego vos ultum iniurias hortor; magis uti requiem cupiatis: neque discordias, ut illi criminantur, sed earum

tic. et veteres libri a Ciacconio laudati. *agerentur* vulgo. *Nunc animum advertere* Fabr. Bric. *om.* – *agitis* C. Fronto s. v. *agere. quum tribunos plebis* libri a Ciacconio laudati. *quos* Ursini liber. *magistratuum* Vatic. Fabr. Bric. mihi quidem legendum esse videbatur *maxumam partem magistratuum*, sed auctoritati Codd. cessit audacia. *quamvis omnis Quirites* ita veteres libri a Ciacconio laudati. *quum vis omnis* Latinus Latinius Viterbiensis coniecit, confirmat Vaticanus. *uti quæ iussa* vulgo.

gium dicitur, Salustius ex tali caussa vocari scribit, dicens: Italiæ olim Siciliam coniunctam fuisse, et dum esset una tellus, medium spatium aut per humiditatem abruptum est aquis, aut per angustiam scissum. Et inde ῥήγιον nominatum, quia græce abruptum hoc nomine nuncupatur. Est autem arctissimum, trium millium spatio Siciliam ab Italia dividens, fabulosis infame monstris, quibus hinc inde Scilla et Charibdis ostenditur. Scillam accolæ saxum in mari imminens appellant, simile celebratæ formæ procul visentibus. Unde et monstruosam speciem fabulæ illi dederant, quasi formam hominis capitibus succinctam caninis, quia collisi ibi fluctus latratus videntur exprimere. Charibdis dicta, quod gurgitibus occultis naves absorbeat. Est enim mare vorticosum et inde ibi laniata naufragia emergunt. Ter autem in die erigit fluctus, et ter absorbet. Nam accipit aquas ut vomat, vomit ut rursus accipiat.

221. Sardis Hercule procreatus, cum magna multitudine a Libya profectus, Sardiniam occupavit et ex suo vocabulo insulæ nomen dedit. Hæc in Africo mari facie vestigii humani in oriente quam occidente latior prominet, ferme paribus lateribus, quæ in meridiem et septentrionem vertunt, ex quo ante commercium a navigantibus Græcorum ἴχνος appellata est. Terra patet in longitudine millia CXI, latitudine XL. In ea neque serpens gignitur neque lupus, sed solifuga tantum, animal exiguum, hominibus perniciosum. Venenum ibi quoque non nascitur, nisi herba per scriptores plurimos et poetas memorata, apiastro similis, quæ hominibus rictus contrahit et quasi ridentes interimit. Fontes

Satir. 1, 104. — 219. Ascon. Pedian. ad Cic. Orat. pro Cornelio p. 58, b. Edit. Aldin. 1563. *repugnante* et *tulit* ex coniectura addita; textus enim mutilus est. — 220. et 221. Isid. 14. 6. et 13, 18. hæc maximam partem ex Salustio hausta esse, præter ipsius auctoris verba, quæ iam supra laudavimus, vel inde patet, quod stilus non rudis atque confusus est, ut alias in Isidoro, sed gravis atque luculentus. cfr. Solin. Poly-

habet Sardinia calidos, infirmis medelam præbentes, furibus cæcitatem, si sacramento dato oculos aquæ eius tetigerint.

222. Nam quædam Corsa nomine, Ligus mulier, quum taurum ex grege, quem prope litora regebat, transnatare solitum atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurum a ceteris degredientem usque ad insulam navigio prosecuta est. Cuius regressu insulæ fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus eo profecti, eamque nomine mulieris auctoris et ducis adpellaverunt.

223. Pyrrhus a colore comæ dictus, qui Latine Byrrhus dicitur, ita et Salustius Crispus. — 224. Non tu scis, si quas ædes ignis [acriter] cepit, haud facile sunt defensu, quin et comburantur proxuma. — 225. Vitabundus per loca saltuosa recedebat.

hist. c. 4. „Sardinia quoque, quam apud Timæum Sandaliotin legimus, Ichnusam apud Crispum" cfr. cetera; in quibus eundem auctorem secutus esse videtur.

222. Isid. 14, 6. — 223. Serv. Aen. 2, 469. — 224. *acriter* ex coniectura additum; id quod omittendum non erat, nam laudavit hunc locum, ut usum adverbii *aeriter* illustraret, Charis. pag. 176. — 225. Diomed. p. 224.

tus sum, quos maioribus meis populus Romanus dedit: unde pater et avus meus una vobiscum expulere Syphacem et Carthaginiensis. Vestra beneficia mihi erepta sunt, Patres conscripti; vos in mea iniuria despecti estis. Eheu me miserum! Huccine, Micipsa pater, beneficia tua evasere, ut, quem tu parem cum liberis tuis regnique participem fecisti, is potissumum stirpis tuæ exstinctor sit? Numquamne ergo familia nostra quieta erit? semperne in sanguine, ferro, fuga versabimur? Dum Carthaginienses incolumes fuere, iure omnia sæva patiebamur: hostes ab latere, vos amici procul, spes omnis in armis erat. Postquam illa pestis ex Africa eiecta est, læti pacem agitabamus: quippe quis hostis nullus erat, nisi forte quem vos iussissetis. Ecce autem ex improviso Iugurtha, intoleranda audacia, scelere atque superbia sese ecferens, fratre meo atque eodem propinquo suo interfecto, primum regnum eius sceleris sui prædam fecit: post, ubi me isdem dolis nequit capere, nihil minus quam vim aut bellum exspectan-

n. sex Wassii. Franc. Eccard. Guelf. 1. 2. 7. 9. 10. 11. 12. Bas. 4. Bern. 1. 3. *opes expeto* Fabric. 1. Bas. 1. Vin. 2. incert. 1. Vrat. 2. Guelf. 3. 4. Erlang. duo Wassii *appeto* Guelf. 10. Leid. f. *pop. Rom.* Teg. Bas. 4. Bern. 4. *pati cuiusque. pati* om. Guelf. 6. *avus meus* Teg. omnes Leid. Bas. Tur. Bern. *meus* delet Leid. c. et Cort. *mihi erepta* pron. in quatuor Cortii libris locum mutat. om Tur. *Heu, heu* Guelf. 3. 7. 10. Ecc. Vrat. 3. Rem. 1. Struv. Erl. Leid. c. f. h. k. Bern. 3. *heu* Senat. 1. Franc. incert. Guelf. 9. 11. 12. plures Wassii. Bas. 4. Bern. 1. *ben. tua.* pron. om. Guelf. 6. Franc. Leid. h. m. Bern. 3. *ut quem* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 4. omnes Leid. *lib. tuis* pron. om. Heuss. Sen. 2. Vatic. Bern. 4. *tuis lib.* Struv. *numquamne. ne* om. Leid. h. l. Vrat. 3. Guelf. 11. Ecc. *regni tui* Bas. 4. *versabitur* Guelf. 2. 7. Eccard. Vrat. 1. 3. Vin. 2. tres Wassii. Acad. Bas. 1. 4. Franc. Rem. inc. 1. Struv. Leid. a. b. c. e. f. h. k. l. Bern. 4. *versabimur* meliores Cortii, Rivii, Grut. *ex Africa eiecta est. ex Af.* om. Guelf. 11. locum mutat in Guelf. 5. Franc. *hostis* Rivii libri. *quis hostis n. erat. quis* omnes Cortii, tribus exceptis. accedunt nostri omnes. *erat* om. Rem. 1. Guelf. 6. *nisi forte quem vos ius. vos* om. Franc. Guelf. 6. Leid. m. *quem vos* om. Guelf. 10. *sese ecferens* plures Gruteri, itidem Wassii. *se efferens* Bas. 4. *isdem* Fabric. 2. incert. Senat. Heuss. Acad. Rem. Guelf. 1. 2. 5. 9. Vratisl. 3. Bas. 1. Bern. 4. *eius regn.* Bas. 1. *eius* om. Tur. *capere nequi* Turic. *non quit cap.* Bern. 4.

tem in imperio vestro, sicuti videtis, extorrem patria, domo inopem et coopertum miseriis effecit, ut ubivis tutius quam in meo regno essem. Ego sic existumabam, Patres conscripti, ut prædicantem audiveram patrem meum: qui vestram amicitiam diligenter colerent, eos multum laborem suscipere: ceterum ex omnibus maxume tutos esse. Quod in familia nostra fuit, præstitit, uti in omnibus bellis adesset vobis; nos uti per otium tuti simus in vestra manu est, Patres conscripti. Pater nos duos fratres reliquit; tertium, Iugurtham, beneficiis suis ratus coniunctum nobis fore; alter eorum necatus est, alterius ipse ego manus impias vix effugi. Quid agam? quo potissumum infelix accedam? generis præsidia omnia exstincta sunt; pater, uti necesse erat, naturæ concessit; fratri, quem minume decuit, propinquus per scelus vitam eripuit; adfinis, amicos, propinquos ceteros meos alium alia clades oppressit: capti ab Iugurtha, pars in crucem acti, pars bestiis obiecti sunt; pauci, quibus relicta est anima, clausi in tenebris, cum mœrore et luctu, morte graviorem vitam exigunt. Si omnia, quæ aut amisi aut ex necessariis adversa facta sunt, incolumia manerent; tamen, si quid mali ex improvi-

in imp. præpos. om. Bas. 1. 4. Sen. 1. inc. Struv. Franc. Vratisl. 3. Guelf. 4. 6. 11. 12. *sicuti* Fabr. 1. incert. 2. Guelf. 6. tres alii ex Cort. Non. 1, 48. Bas. 1. 4. *tutior* Guelf. 11. inc. *audieram* sic edidit Gruter. confirm. Fabric. 1. Struv. Guelf. 9. Vrat. *diligenter col.-. dilig.* om. Fabr. 2. Vin. 2. Vrat. 2. Guelf. 3. Leid. l. unus Wassii. *multum laboris* Bern. 4. Vatic. *adesset vobis* ita Haverc. edidit. hunc verborum ordinem, quem omnes fere confirmare videntur, Cortius corrupit. *adessent* Merseb. Franc. Tur. *manu vestra situm est* duo Cortii. Leid. f. *vestra manu est* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. 4. *est* om. Franc. *est manu* Erl. *ratus est coniunctum nobis fore.* hoc ordine Fabr. Bas. 1. 4. Acad. Guelf. 1. 2. 5. et plerique Cort. et Palat. Bern. 1. 3. 4. *coniunctum fore nobis* Tur. *est* om. incert. Guelf. 6. 12. *necatus est. est* om. Merseb. Rivii. *alterius ego ipse* Bas. 1. *aut quo pot. me vertam* Guelf. 5. Fabric. 2. m. pr. *aut* om. Guelf. 6. *infelix ego* Teg. *propinquos ceteros meos. meos* om. Vatic. *ceterosque meos* Acad. Guelf. 9. 11. *ceteros omnis* Tur. *et cet. m.* Franc. Guelf. 6. *ceteros meos* om. Leid. i. *alia clade* Struv. incert. 1. Franc. Guelf. 10. 11. Leid. d. f.

illorum esse; sed plerique mortales postrema meminere, et in hominibus impiis sceleris eorum obliti de pœna disserunt, si ea paullo severior fuit. D. Silanum, virum fortem atque strenuum, certe scio, quæ dixerit, studio reipublicæ dixisse, neque illum in tanta re gratiam aut inimicitias exercere; eos mores eamque modestiam viri cognovi. Verum sententia eius mihi non crudelis, quid enim in talis homines crudele fieri potest? sed aliena a republica nostra videtur. Nam profecto aut metus, aut iniuria te subegit, Silane, Consulem designatum, genus pœnæ novum decernere. De timore supervacaneum est disserere, quum præsenti diligentia clarissumi viri Consulis tanta præsidia sint in armis. De pœna possumus equidem dicere id, quod res habet: in luctu atque miseriis mortem ærumnarum requiem non cruciatum esse, eam cuncta mortalium mala dissolvere: ultra neque curæ neque gaudio locum esse. Sed, per deos immortalis! quamobrem in sententiam non addidisti, uti prius verberibus in eos animadvorteretur? an, quia lex Porcia vetat? at aliæ leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exilium permitti iubent. An, quia gravius est verberari quam necari? quid autem acerbum,

mic. Guelf. 5. Ac. *eamque modestiam viri. que* om. inc. 2. Struv. Guelf. 12. alii *atque eam* Erl. *atque modest.* Leid. h. *sententia eius mihi non crudelis. eius* om. Guelf. 2. Ecc. Vin. 2. *non mihi crudelis* Guelf. 6. 10. alii, Bas. 3. Bern. 2. 3. *est, esse, videntur* addunt Struv. inc. Vin. 1. Rem. 1. Bas. 2. 4. Guelf. 6. 7. Bern. 2. *te Sillane, subegit, cons. desig.* Bas. 1. *supervacuum est* Bas. 2. Vin. 2. *præsenti diligentia* Bas. 1. vetus Putschii Cod. *præsertim* ceteri. *possumus equidem* omnes fere Palat. Guelf. 5. 6. alii pauci. Leid. d. e. m. n. Bas. 3. *quidem possumus* Erl. *equidem possumus* Tur. 1. Bern. 1. *possum* longe plur. *in sententia non ad.* Guelf. 5. Struv. Leid. m. *in exil. permitti* quinque Gruteri. Bas. 2. Vin. 1. Struv. Guelf. 1. 4. 7. 8. inc. 2. Ecc. m. sec. Teg. Tur. 1. m. sec. *non aninam eripi* Bas. 1. 3. Tur. 1. 2. Bern. 1. 3. Leid. d. e. k. *non* præponunt etiam, sed *vitam* legunt Leid. c. i. Bern. 2. Bas. 2. 4. *animum adverteretur* Bern. 2. m. sec. *nimis grave est. est* locum mutat in Guelf. 4. inc. 2. *gravius est.*

aut nimis grave in homines tanti facinoris convictos? Sin quia levius; qui convenit in minore negotio legem timere, quum eam in maiore neglexeris? At enim quis reprehendet, quod in parricidas reipublicæ decretum erit? tempus, dies, fortuna, cuius lubido gentibus moderatur. Illis merito accidet, quicquid evenerit: ceterum vos, Patres conscripti, quid in alios statuatis, considerate. Omnia mala exempla ex bonis orta sunt: sed ubi imperium ad ignaros aut minus bonos pervenit; novum illud exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur. Lacedæmonii, devictis Atheniensibus, triginta viros imposuere, qui rempublicam eorum tractarent. Hi primo cœpere pessumum quemque et omnibus invisum indemnatum necare; ea populus lætari et merito dicere fieri. Post, ubi paullatim licentia crevit, iuxta bonos et malos lubidinose interficere, ceteros metu terrere. Ita civitas, servitute oppressa, stultæ lætitiæ gravis pœnas dedit. Nostra memoria victor Sulla, quum Damasippum et alios huiusmodi, qui malo reipublicæ creverant, iugulari iussit, quis non factum eius laudabat? homines scelestos et factiosos, qui seditionibus rempublicam exagitaverant, merito necatos aiebant. Sed

est om. Leid. k. *grave nimis* Fabr. 2. Teg. *levius est. est* Fabr. 2. man. sec. adiecit, deest Leid. k. *quid convenit* Ecc. Vinar. 2. Guelf. 2. 9. 11. Bas. 1. Rem. 2. inc. 2. et a correctibus Fabr. 1. Guelf. 1. 12. Leid. m. *quomodo conv.* Erl. *accidit* Vin. 1. Fabric. 1. Rem. 1. Senat. 2. Guelf. 1. 4. 5. 6. *in parricidis.* Bas. 3. *ex rebus domesticis orta sunt.* sic ediderunt Gruterus et Wassius; confirmant Guelf. 1. 3. 5. Vin. 1. plures Leid. *dom. reb.* Tur. 1. *ex bonis initiis* Edit. Aldina. Guelf. 7. incert. 1. Leid. m. Arond. Bern. 1. 2. *ex rebus bonis* Bas. 1. 2. 4. uterque. Fabr. Eccard. Erl. Paris. a. b. c. d. (in e. et Leid. d. e. h. Bas. 3. ordo mutatur.) inc. 2. Acad. Vin. 2. Heuss. Struv. Guelf. 2. 4. 8. 9. 10. 12. Bern. 2. Leid. a. b. c. d. e. f. i. k. l. omnes Wassii libri. *ex bonis.* Guelf. 11. Fabr. 1. in margine Palat. 8. 9. 10. *bonis ex reb. domesticis.* Guelf. 6. *ad ignaros: cives* addunt omnes fere Cortii libri. Leid. d. h. k. m. n. Bas. 1. *ignavos.* Guelf. 7. 9. 10. 11. Fabr. 2. Vin. 2. inc. 1. Bas. 3. *novum illud exempl. illud* om. Fabr. 2. *exemplum* omis. Guelf. 5. 6. *rempubl. eorum.* pron. omis. Struv. Guelf. 6. Leid c. *indamnatum.* Vin. 1. Heuss. Ecc. Guelf. 2. 10. *gra-*

etiamnum multi Salustii Codices latent; de quibus qui accuratius cognovit, velim me faciat certiorem. Neque hoc ab aliis peto, ipse ad nullum officii genus paratus; sed cum nostra Bibliotheca multis iisque præstantissimis Græcorum Latinorumque scriptorum libris Mss. sit instructa, idem negotium in aliorum gratiam lubenti animo suscipiam. Multa præterea dicturus eram de commentariis, quos alterum volumen continebit. Sed timui ne, quam commoverim exspectationem, parum sustineam. Quamobrem alio loco hac de re accuratius agam.

CONIURATIO
CATILINAE.

Omnis homines, qui sese student præstare ceteris animali-
bus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant, veluti
pecora, quae natura prona atque ventri obedientia finxit. Sed
nostra omnis vis in animo et corpore sita est: animi imperio, cor-
poris servitio magis utimur; alterum nobis cum dis, alterum cum
belluis commune est. Quo mihi rectius videtur, ingenii quam
virium opibus gloriam quærere, et, quoniam vita ipsa, qua frui-
mur, brevis est, memoriam nostri quam maxume longam efficere.
Nam divitiarum et formæ gloria fluxa atque fragilis est; virtus
clara æternaque habetur. Sed diu magnum inter mortalis certa-
men fuit, vine corporis an virtute animi res militaris magis pro-
cederet. Nam et, prius quam incipias, consulto, et, ubi consu-
lueris, mature facto opus est. Ita utrumque per se indigens, alte-
rum alterius auxilio eget. Igitur initio Reges (nam in terris no- 2
men imperii id primum fuit), divorsi, pars ingenium, alii cor-
pus exercebant: etiam tum vita hominum sine cupiditate agita-
batur, sua cuique satis placebant. Postea vero quam in Asia

Cap. 1. *animantibus.* Bas. 4. Leid. k. aliquot Paris. Guelf. 7. 9. 12. uterque Remens. inc. 1. unus Wassii. *ne vitam.* omnes Bas. Bern. Turic. Leid.—Cortii lectio ex Guelf. 5. expressa, quam nescio an Erlang. Tegern. et Parisin. confirment. *transigant.* Markii r. m. pr. mscrpt. Rivii et Beroald. *nostra vis omnis.* Lib. II. Reg. Pemb. *sita est.* omnes libri. *diis.* omnes lib. *beluis.* Leid. a. b. c. d. g. i. k. l. Bas. 1. Bern. 1. *rectius videtur.* Bas. 3. Guelf. 6. uterque Rem. inc. 1. Regius. *rectius.* abest a mspt. Putschii, *melius* habet Colon. Palmerius legi jussit: *quo mihi videtur. Esse videtur.* Parisini, quantum licet conjectare. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. Bas. 2. 4. Martin. *videtur esse.* Leid. d. f. g. h. i. k. l. Bas. 1. Mark. r. Guelf. 2. 3. 4. 10. 12. inc. 2. Vinar. uterq. Eccard. Fabr. 1. Acad. Erl. Teg. *fragilis est. est* omittunt Bas. 1. 2. et Fabr. Rivii. retinent Bas. 3. 4. omnes Leid. Paris. Erl. Teg. Turic. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. *indiget.* Leid. f. i. k. Erl. Paris. e. *indeget.* Leid. m. *augetur.* Leid. e, *veget.* in V. lib. legi animadvertit Palmer. quibus accedere videntur Leid. l. o. f. sed ceteri omnes Leid. Bas. Bern. Turic. Guelf. Wassii *eget.*

Cap. 2. *etiam tum.* ita opt. codd. omnes Leid. Bas. Bern. 2. 3. Turic. 1. m. pr. Turic 2. Augustin. C. D. III. 10. *urbes nationes.* Bas. 1. *atque.* a. m. sec. expunctum.

Cyrus, in Graecia Lacedaemonii et Athenienses cœpere urbes atque nationes subigere, lubidinem dominandi caussam belli habere, maxumam gloriam in maxumo imperio putare: tum demum periculo atque negotiis compertum est, in bello plurimum ingenium posse. Quod si regum atque imperatorum animi virtus in pace ita, uti in bello, valeret, æquabilius atque constantius sese res humanæ haberent; neque aliud alio ferri, neque mutari ac misceri omnia cerneres. Nam imperium facile his artibus retinetur, quibus initio partum est. Verum ubi pro labore desidia, pro continentia et æquitate lubido atque superbia inuasere; fortuna simul cum moribus immutatur. Ita imperium semper ad optumum quemque a minus bono transfertur. Quæ homines arant, nauigant, ædificant, virtuti omnia parent. Sed multi mortales dediti ventri atque somno, indocti incultique vitam, sicuti peregrinantes, transegere: quibus, profecto contra naturam, corpus voluptati, anima oneri fuit: eorum ego vitam mortemque iuxta æstumo, quoniam de utraque siletur. Verum enim vero is demum mihi vivere atque frui anima videtur, qui aliquo nego-

compertum in bello. Leid. c. *est comp*. Leid. i. *in pace uti*. Bas. 2. 4. Acad. *sicuti*. Turic. 2. *ita ut*. Erl. Teg. Tur. 1. Bern. 1. 3. *ita in pace ut*. Bern. 2. multi præterea verborum ordinem mutant. *fortuna cum moribus*. Leid. h. *simul fortuna*. Bas. 3. *transegere*. Leid. a. c. d. e. i. k. l. n. plures Oxon. Fabr. uterq. Senat. duo. Bas. 1. 2. 4. Heuss. Vinar. Eccard. Acad. Guelf. 1. 2. 3. 4. 9. et 12. m. sec. Tur. 1. Erl. Teg. Bern. 1. 3. *transigere*, Guelf. 5. 10. Bas. 3. Leid. f. g. m. plurimi Gruteri et Wassii libri. *transiere*. Guelf. 6. 7. Leid. b. h. plures Rivii mscrpt. Turic. 2. Bern. 2. Rem. Inc. duo Struv. Serv. ad Virg. Georg. 1. 3. *horum ego*. Priscian. 14. 3. 601. Ed. Krehl. *quorum* Leid. k. *estimo*. Bas. 1. Bern. 1. Tur. 1. Erl. Teg. *aestumo*, ediderunt Gruter. et Wassius. Leidenses excepto m. *exstimo*. Bas. 3. *extimo*. Martin. Bas. 4. *existimo*, Bern. 2. 3. Bas. 2. Tur. 2. Eccard. Struv. Guelf. 1. 4. 6. 7. 9. 10. 12. Leid. m. Wassii lib. I. et II. et Mark. A. *existumo*. Pemb. *utroque*. Leid. l.

Cap. 3. *absurdum* (omisso est) Leid. h. *at mihi*. Leid. a. b. c. e. f. k. Fabr. 2. Vinar. 2. Senat. 2. incert. uterque. Eccard. Rem. 2. Guel f. 7. 8. 9. 10. *tametsi*, om-

tio intentus præclari facinoris aut artis bonae famam quaerit. 3
Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter ostendit. Pulchrum est bene facere reipublicae: etiam bene dicere haud absurdum est: vel pace, vel bello clarum fieri licet: et qui fecere, et qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum; tamen in primis arduum videtur res gestas scribere: primum quod facta dictis sunt exæquanda: dehinc quia plerique, quae delicta reprehenderis, malivolentia et invidia dicta putant: ubi de magna virtute et gloria bonorum memores, quae sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit; supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit. Sed ego adulescentulus initio, sicuti plerique, studio ad rempublicam latus sum, ibique mihi multa advorsa fuere. Nam pro pudore, pro abstinentia, pro virtute; audacia, largitio, avaritia vigebant. Quæ tametsi animus aspernabatur, insolens malarum artium; tamen inter tanta vitia imbecilla ætas ambitione corrupta tenebatur: ac me, quum ab reliquorum malis moribus dissentirem, nihilo minus honoris cupido,

nes credo libri. *tam et si.* Mark. A. *actorem.* Basil. 2. 3. et 1. m. sec. Turic. 1. 2. Teg. Paris. c. m. sec. Bern. 3. Fabric. Rivii Pemb. B. Pub. Bod. Mark. Γ. A. credo et alii mscpt. quos editores laudare omiserunt. *sequitur,* Leid. l. Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. Turic. 1. m. pr. Charis. pag. 192. Ed. Putsch. *exæquanda sint.* Leid. a. b. k. l. *exæquanda sunt.* Basil. 1. 4. Turic. 1. ceteri quoque Codd. in ordine verborum quam maxime variant. *dicta putant,* plurimi et opt. Codd. *dicta* omittunt. Leid. b. Inc. 1. *dictum.* Fabr. 1. Leid. i. *ducta* Acad. neque in ceteris Codd. constans est lectio. quare Cort. expunxit. *adulescentulus,* Bas. 2. 4. Teg. Bern. 1. *initio* apud Cort. omissum, incuria librariorum credo. *tu memores.* Leid. k. Basil. 4. *a studio.* Leid. b. c. d. e. f. g. Bas. 1. 3. 4. Bern. 2. 3. uterq. Remens. Guelf. 4. 6. 7. 8. 10. 11. 12. Vinar. 2. Inc. uterq. Struv. et Acad. Leid. l. m. sec. *a studio litterali.* Leid. h. Tur. 2. *a studio litterarum.* Guelf. 9. et aliquot Wassii sed plures meliorem lectionem confirmant. *litterarum* etiam. Basil. 1. glossa adscripta. præpos. a omiserunt Turic. 1. Bern. 1. Paris. c. d. Bas. 2. Leid. a. i. n. et l. m. pr. fragm. Colon. et Thoan. quos Palm. laudat, Commel. Naz. Palat. 2. 6. 9. Guelf. 1. 2. 3. 5. Ea-

4 eadem, quæ ceteros, fama atque invidia vexabat. Igitur ubi animus ex multis miseriis atque periculis requievit, et mihi reliquam ætatem a republica procul habendam decrevi; non fuit consilium socordia atque desidia bonum otium conterere: neque vero agrum colendo, aut venando, servilibus officiis intentum, ætatem agere; sed a quo incepto studioque me ambitio mala detinuerat, eodem regressus, statui res gestas populi Romani carptim, ut quæque memoria digna videbantur, perscribere: eo magis, quod mihi a spe, metu, partibus reipublicæ animus liber erat. Igitur de Catilinæ coniuratione, quam verissume potero, paucis absolvam. Nam id facinus in primis ego memorabile existumo, sceleris atque periculi novitate. De cuius hominis moribus pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.

5 Lucius Catilina nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. Huic ab adulescentia bella intestina, cædes, rapinae, discordia civilis grata fuere: ibique ju-

bric. 1. 2. Senat. 1. Vinar. 1. *advorsa.* Incert. uterque; omnes mei *adversa* tuentur. *multa adversa.* Leid. a. c. d. e. f. g. h. i. k. n. Bas. 1. 2. 4. Turic. 1. 2. Bern. 2. 3. Teg. *multa mihi adversa.* Leid. l. ad. *mi. mu.* Bas. 3. *multa adversa mihi.* Erl. quare *multa advorsa* scribendum censeo. *ab reliquorum malis moribus.* Bas. 1. 2. 3. 4. Paris. c. Turic. 1. m. pr. Leid. l. b. g. h. i. n. Fabr. uterq. Eccard. Senat. uterq. Acad. Heuss. Vinar. Guelf. 1. 2. 4. 5. Rem. 2. Gruteri meliores. Pemb. Lib. II. et Markii 1. m. pr. *vexabant.* Leid. a. b. h. Paris. a. *eadem, qua* corrigit Latinus Latinius (in Biblioth. sacr. et profan. Romae 1677. Part. II. pag. 38.)

Cap. 4. *socordia.* meliores libri. *secordia* ex meis. Basil. 2. 3. Leid. a. b. c. f. g. h. m. n. Turic. 2. Bern. 2. *a quo incepto studio.* Inc. 1. Guelf. 3. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Parisini credo. Eccard. Acad. Rem. 1. Vinar. 1. Bas. 4. Erl. Tur. 2. Bern. 1. Leid. d. g. Lib. 2 et 3. Wassii. *a quo incepto studioque,* Bas. 1. 2. 3. Leid. l. m. pr. et a. c. f. i. m. n. Teg. Tur. 1. libri meliores Gruteri et Wassii. Guelf. 1. 2. 4. 5. 6. Rem. 2. Fabric. Vin. 2. Senat. uterq. Inc. 2. Leid. b. *incepto* omisit. Leid. h. *a quo studio incepto. mala me ambitio.* Bern. 1. *mala ambitio.* Erl. Teg. Leid. f. m. Turic. 1. Bern. 2. *in primis memorabile.* Leid. b. d. g. Bas. 3. *existumo.* omnes fere Leid. confirmare videntur. nam e. *existimo* f. *æstimo* exhibere notatum est. *æstumo.* Fabr. 2.

ventutem suam exercuit. Corpus patiens inediæ, algoris, vigiliae, supra quam cuiquam credibile. Animus audax, subdolus, varius, cuius rei libet simulator ac dissimulator; alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus: satis eloquentiæ, sapientiæ parum. Vastus animus immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc post dominationem Lucii Sullæ lubido maxuma invaserat reipublicæ capiundæ: neque id quibus modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. Agitabatur magis magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum: quæ utraque his artibus auxerat, quas supra memoravi. Incitabant præterea corrupti civitatis mores, quos pessuma ac divorsa inter se mala, luxuria atque avaritia vexabant. Res ipsa hortari videtur, quoniam de moribus civitatis tempus admonuit, supra repetere, ac paucis instituta maiorum domi militiæque, quomodo rempublicam habuerint, quantamque reliquerint: ut paullatim immutata, ex pulcherruma pes-

Eccard. Acad. Senat. 2. Inc. 2. Heuss. Guelf. 6. 10. *extimo.* Guelf. 11. Bas. 4.

Cap. 5. *fuit.* omnes Codd. retinent. *adulescentia.* Bern 1. *suam juventutem.* Leid. l. Bas. 3. *juventam suam.* Bern. 1. *algoris vigiliae.* Bas. omnes. Erlang. Turic. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. Leid. a. c. d. e. f. g. h. k. l. *credibile. Animus.* Leid. a. d. f. g. i. l. m. n. *cuiquam.* Leid. a. d. f. g. h. i. l. m. n. Bas. 1. 3. 4. Turic. 2. *cuique* quatuor Palatini antiquiores et Bongarsii mscrpt. Guelf 1. 4. 5. Senat. 2. Heuss. Vinar. 2. Rem. 2. Turic. 1. *cujus rei libet.* Nazar. Senat. 1. Nonius s. v. simulare. p. 731. Ed. Gothofred. *loquentiae.* Inc. 1. Lovaniens. ex bibl. S. Martin. quem contulit Cyprian. Popm. in Guelf. 11. e. erasum Senat. 1. antiqua manu. Paris. e. sed *eloquentiæ* scriptum fuisse videtur. ap. Prisc. 15. 5. 631. ubi Putsch. *loquentiae*, Krehl ex Codd. Luth. Heidelb. Zwicc. 1. 2. Erl. 1. 2. Lips. 1. 2. *eloq.* edidit. *parum sapientiæ.* Bern 1. 2. *capiundae.* in omnibus, quos inspexi, libris legitur, etiamsi alias nulla scripturae veteris vestigia deprehendas. *incitabant eum.* Bern. 1. 2. 3. *ammonuit.* Bas. 1. *amonuit* Bern. 2. *hortari me videtur.* Turic. 2. *relinquerint.* Basil. 1. Bern. 2. Guelf. 4. 9. 10. Eccard. Sen. 2. Heuss. Struv. et Remens. uterq. eadem varietas passim. *et ut.* Bas. 1. Turic. 1. Leid. e. k. *paulatim imminuta.* Markii r. Fabric. 1. Bas. 3. Vinar. 1. Tur. 1. m. pr. *pulcherrima et optima.* Eccard. Bern. 2. Struv. Vinar. 2. Guelf.

6 suma ac flagitiosissuma facta sit, disserere. Urbem Romam, sicuti ego accepi, condidere atque habuere initio Troiani, qui Aenea duce, profugi, sedibus incertis vagabantur: cumque his Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum. Hi postquam in una mœnia convenere, dispari genere, dissimili lingua, alius alio more viventes: incredibile memoratu est, quam facile coaluerint. Sed postquam res eorum civibus, moribus, agris aucta, satis prospera satisque pollens videbatur; sicuti pleraque mortalium habentur, invidia ex opulentia orta est. Igitur reges populique finitumi bello temptare: pauci ex amicis auxilio esse, nam ceteri metu perculsi a periculis aberant. At Romani domi militiæque intenti festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obviam ire, libertatem, patriam, parentesque armis tegere. Post, ubi pericula virtute propulerant, sociis atque amicis auxilia portabant: magisque dandis, quam accipiundis beneficiis amicitias parabant. Imperium legitumum, nomen imperii regium habebant: delecti, quibus cor-

7. 8. 10. 11. 12. Leid. m. n. Augustin. Civ. Dei. 2. 18. et 21. etiam Putsch. ex mscrpt. addi voluit. *pulcherrima atque optima.* Paris. e. Bern. 1. Tur. 2. hanc lection. quoque mscrpt. Escurial. exhibere videntur. *pessima et flagitiosissima.* Bas. 1.

Cap. 6. *sicut.* Erl. Teg. Turic. 1. *in initio.* Leid. m. b. l. h. Bas. 4. Serv. Aen. 7. 48. et ita saepissime vel optimi Codd. *incertis sedibus.* Leid. m. Arondel. L. L. 3. Bern. 1. 2. Augustin. C. D. 3. 7. *cum his* Leid. b. l. *alius alio.* Leid. d. g. Fabric. 1. Rem. 2. Sen. 2. Bas. 1. m. sec. Heuss. Vinar. uterq. Guelf. 1. 2. 5. Teg. Mart. Pemb. *post coaluerint.* Leid. d. g. Vinar. 2. et Edit. vet. Cortii: ita brevi multitudo diversa atque vaga concordia civitas facta erat. pro *erat.* Leid. g. est. *legibus moribus agris aucta.* August. C. D. 3. 10. *finitumi.* Bas. 3. *bello illos temptare.* Leid. m. *eos tentare.* August. C. D. 3. 10. *tẽptare.* Bas. 1. Turic. 1. Bern 1. 3. *longe aberant.* August. C. D. 3. 10. adversantibus omnibus Codd. *perculsi.* omnes Leid. f. et g. exceptis. Bas. 1. 2. Teg. Erl. Tur. 1. 2. Bern. 1. 3. Eccard. confirmat quoque Bas. 4. qui *propulsi. percussi.* Leid. f. Guelf. 4. 10. Struv. Bas. 3. Inc. 2. Senat. 2. *armis protegere.* quod ante Ciaccon. in textu erat, habent Leid. k. Guelf. 1. *amicis suis.* Leid. h. *acci-*

pus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, reipubli-
cæ consultabant; hi vel ætate, vel curæ similitudine patres ad-
pellabantur. Post, ubi regium imperium, quod initio conservan-
dæ libertatis atque augendæ reipublicæ fuerat, in superbiam do-
minationemque (se) convortit; immutato more, annua imperia
binosque imperatores sibi fecere; eo modo minume posse puta-
bant per licentiam insolescere animum humanum. Sed ea tem- 7
pestate cœpere se quisque magis extollere magisque ingenium in
promptu habere. Nam regibus boni quam mali suspectiores sunt,
semperque his aliena virtus formidolosa est. Sed civitas, incredi-
bile memoratu est, adepta libertate, quantum brevi creverit: tan-
ta cupido gloriæ incesserat. Jam primum iuventus, simul ac belli
patiens erat, in castris per laborem usu militiam discebat: ma-
gisque in decoris armis et militaribus equis, quam in scortis at-
que conviviis lubidinem habebant. Igitur talibus viris non labos
insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hos-
tis formidolosus: virtus omnia domuerat. Sed gloriæ maxumum

piendis omnes Basil. Turic. Bern. de Leid. non satis constat; orthographiam enim Haverc. non satis accurate comparasse videtur. *validum erat.* omnes Bas. Leid. Erl. Teg. Tur. 1. 2. Bern. 3. et 1. idem *ingeniumque. conservandae reipublicae.* quod in multis Codd. additur, *causa.* abest a Bas. 1. 2. 4. Leid. a. c. d. g. i. l. m. n. Fabric. 1. Guelf. 2. 6. Rem. inc. 2. *atque augendae. atque* omiserunt Leid. c. l. *augendæque.* Leid. m. *se convertit.* Leid. b. c. d. e. g. h i. k. l. omnes Gruteri, Cortii et Wassii libri. Bas. 1. 2. 4. Erl. Teg. Turic. 1. 2. Bern. 1. 3. *se converterit.* Bern. 2. *conv. se* Leid. f. *convertit* sese. Bas. 3. m. see. *se* omissum. Leid. a. m. n. in uno Cod. Manutii et libro Merseb. Rivii. de Parisinis non liquet. *binosque consules.* Guelf. 1. *sibi.* om. inc. 1. *sibi imp.* Leid. f. *minime* omnes Bas. Leid. Tur. Bern. *per licentiam putabant.* Leid. m.

Cap. 7. *cœpere.* exsulat in plurimis Ciacconii et Ursini Codd. etiam Gruterum offendit. *magis extollere.* longe plurimi Codd. omnes Leid. excepto. m. Bas. 1. 2. 4. Guelf. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Eccard. Heus. Vinar. 1. Senat. uterq. et Fabric. 2. Tur. 1. Bern. 2. 3. Erl. Teg. *magis.* omittunt Bas. 3. Leid. m. Fabric. 1. Struv.

certamen inter ipsos erat: sic se quisque hostem ferire, murum adscendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat: eas divitias, eam bonam famam magnamque nobilitatem putabant: laudis avidi, pecuniæ liberales erant: gloriam ingentem, divitias honestas volebant. Memorare possem, quibus in locis maxumas hostium copias populus Romanus parva manu fuderit, quas urbes, natura munitas, pugnando ceperit, ni ea res longius ab in-
8 cepto traheret. Sed profecto fortuna in omni re dominatur: ea res cunctas ex lubidine magis, quam ex vero celebrat obscuratque. Atheniensium res gestæ, sicuti ego æstumo, satis amplæ mag-

Tur. 2. Bern. 1. et Rittershusii Codd. de Parisinis non liquet. *magis magisque extollere ingenium.* Putsch. Codd. Vin. 2. Rem. Leid. g. *magis ingenium.* Bas. 4. Leid. e. *susp. sunt.- form. est. - sunt* et *est* in Palatino nono omissa. *memoratu est: est* om. Leid. a. *simulac belli patiens erat, in castris per laborem usu militiam discebat:* hæc optimorum Codd. lectio. laudat quoque Diomed. p. 429. Putsch. unde patet eum *simulac* legisse. *simul laboris ac belli.* Senat. 2. Heuss. Vinar. 2. in Guelf. 12. *post simul* spatium relictum. *laboris simul ac belli* Struv. *iuventus pacis ac belli patiens erat.* Palat. 4. *simul ac pacis et belli.* Guelf. 3. Veget. de re mil. l. 4. ubi hæc laudantur. *simul labores et belli.* Nazar. in margine. *periculi simul ac belli.* Leid. c. *simul et laboris et belli.* Leid. h. *discebant.* Bas. 1. m. pr. Guelf. 6. *per laboris usum.* Vin. 2. et ita plur. Veg. edit. *usum.* Acad. Bas. 2. Edit. vet. Cortii plur. Veg. edit. et mspt. *laboris ac belli simul patiens discebat militiam usu per laborem.* Bas. 4. *militiæ.* Bas. 2. Tur. 1. m. pr. *habebant* omnes Bas. Bern. Tur. Paris. Erl. Teg. Leid. b. e. k. ceteri Leid. *habebat* ut Vin. et edit. vetus Cortii. *labos.* Cortius invitis omnibus Codd. sed Serv. Aen. 1. 253. „*Item Salustius pene ubique labos posuit quem nulla necessitas coëgit.*" *arduus erat: erat* abest Leid. d. transpositum Leid. f. h. *non armatus hostis formidolosus:* hæc ap. Cort. omissa, incuria librariorum puto. *sic se quisque.* Bas. 1. 4. Teg. Tur. 1. Bern. 2. 3. Leid. a. c. d. h. k. i. m. sec. etiam Leid. l. m. pr. *i* in *e* mutavit m. sec. Parisini omnes. plurimi Gruteri libri. Guelf. 1. 4. 7. 12. Fabric. uterq. Inc. 2. Acad. Senat. 2. Rem. 2. *sic quisque.* Bas. 2. 3. Guelf. 2. 3. 6. 8. 11. Eccard. Vinar. Struv. Inc. 1. Rem. 1. Leid. b. g. m. *sic quisquam.* Bern. 1. *se quisque.* Palatin. 2. Naz. Commel. Guelf. 5. *si quisque.* Senat. 1. Pemb. *sese* Erl. legere videtur. *ab aliis conspici.* Leid. k. Bas. 4. Heuss. Sen. 2. Guelf. 12. m. pr. Martin. et lib. 2. Wassii.

nificæque fuere; verum aliquanto minores tamen, quam famà feruntur. Sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maxumis celebrantur. Ita eorum, qui fecere, virtus tanta habetur, quantum ea verbis potuere extollere præclara ingenia. At populo Romano numquam ea copia fuit: quia prudentissumus quisque maxume negotiosus erat: ingenium nemo sine corpore exercebat: optumus quisque facere, quam dicere; sua ab aliis benefacta laudari, quam ipse aliorum narrare malebat. Igitur domi militiæque boni 9
mores colebantur; concordia maxuma, minuma avaritia erat: ius

ea divitias, ea bonam famam. Leid. d e. f. g. k. m. Bern. 1. plures Cortii libri. *eas divitias, eam bonam famam.* Bas. omnes, Vinar. Tur. 1. m. pr. Fabr. et Senat. uterq. Rem. 2. edit. vet. Cortii. Leid. a. c. i. l. n. Guelf. 1. 2. 3. 5. *longius nos.* Leid. omnes, excepto c. Bas. 3. 4. Erl. Teg. Tur. 1. 2. Bern. 2. *longe nos.* Heuss. *ab incepto nos.* Vinar. *nos longius.* Bern. 1. 3.

Cap. 8. *ex lubidine quam.* (omisso *magis*) Palat. 4. Bern. 1. Leid. d. i. l. m. n. et ita edidit Wasse. sed ceteri omnes Codd. *magis* agnoscunt. accedit Lactant. Inst. Div. 3. 25. *æstumo.* meliores Codd. Gruteri et Bas. 1. Guelf. 1. 2. 5. 6. 10. 11. Fabr. uterque Rem. 1. 2. Sen. 1. 2. inc. 2. Heus. Struv. Eccard. ceteri vel *æstimo* vel *existimo.* *tamen.* abest Leid. b. g. h. abfuit quoque primitus. Heuss. Bas. 2. *ferantur.* Leid. f. k. *magna scriptorum ingenia.* Leid. a. Paris. c. Tur. 2. Guelf. 8. 9. 11. Mart. Reg. Arond. 1. 2. *scrpt. m. ing.* Pal. 11. 12. *magna et varia ing. scrpt.* Bern. 2. *m. in. sc.* Pal. 4. Guelf. 3. Bas. 4. unde aliquis *scriptorum* suspectum habuerit, additum etiam infra. Leid. b. Bas. 4. Tur. 2. *qui fecere.* Eccard. Leid. c. h. Erl. Teg. Tur. 1. ceteri *ea* constanter retinent. *qui facta fecere.* Guelf. 3. *ea facta.* Tur. 2. *ea facta verbis.* Paris. e. *ea verbis.* Leid. a. b. c. d. e. f. h. Vinar. 1. Erl. Teg. Bas. 1. 2. 3. Tur. 1. 2. Bern. 1. 3. *verbis eam.* Fabric. 1. Guelf. 6. 10. *extollere eam facta verbis.* Bas. 4. *ea pot. pr. ing. v. e.* Bern. 2. *verbis ea.* longe plurimi. *tam præclara ingenia.* Vin. 1. *tamen pr. in.* Leid. b. *maxime negotiosus.* Leid. a. b. c. e. f. g. h. i. k. l. Erl. Teg. Bas. 1. 2. 3. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. *beneficia.* Leid. h. Fabric. uterq. Teg.

Cap. 9. *celebrantur pro coleb.* Leid. d. h. Ecc. *avaritia.* (omisso erat.) Leid. h. *iras, simult.* Bern. 1. Sen. 1. Pal. 12. *ius bonum apud.* Guelf. 8. 9. 10. Pemb. *in sup-*

*

bonumque apud eos non legibus magis, quam natura valebat. Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant: cives cum civibus de virtute certabant; in suppliciis deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, æquitate, seque remque publicam curabant. Quarum rerum ego maxuma documenta hæc habeo, quod in bello sæpius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant, quique tardius, revocati, prælio excesserant, quam qui signa relinquere, aut pulsi, loco cedere ausi erant. In pace vero, quod beneficiis quam metu imperium agitabant,
10 et, accepta iniuria, ignoscere, quam persequi malebant. Sed ubi labore atque iustitia respublica crevit, reges magni bello domiti, nationes feræ et populi ingentes vi subacti, Carthago, æmula imperii Romani, ab stirpe interiit, cuncta maria terræque patebant: sævire fortuna ac miscere omnia cœpit. Qui labores, pericula, dubias atque asperas res facile toleraverant, his otium

pliciis d. - deorum. omisit Fabr. 1. Teg. *in amicis.* inc. 1. Guelf. 11. Paris. e. et b. m. sec. Erl. *seque rempubl.* Leid. g. Guelf. 7. 8. 9. Sen. 2. Eccard. m. pr. Arond. Bern. 2. *se remque pub.* Leid. d. h. Bas. 2. Guelf. 6. *seque et remp.* Leid. k. inc. 1. *quod in bello sæpius. in bel.* omis. Palat. 3. et Cortius. ceteri retinent. *vindicatum est. - est* omis. Leid. a. et Diomed. pag. 361. *bello prœlio exc.* Tur. 2. *bello excess.* Leid. a. g. i. Fabr. 1. 2. Vin. 2. Heuss. Sen. 2. Guelf. 2. 9. Bas. 2. Bern. 1. 3. *ex bello.* Leid. e. *a prœlio.* Leid. b. k. Guelf. 8. *prœlio.* Bas. 1. 3. Leid. c. d. f. h. l. m. n. Turic. 1. plurimi Cortii. Parisini omnes. Bern. 2. præterea omnes Palatini credo. *ex prœlio.* Guelf. 3. *e prœlio.* Acad. *reliquerant.* Leid. d. f. Tur. 2. Bern. 3. *reliquerunt.* Leid. g. h. *reliquere.* inc. 1. et ex emend. inc. 2. *beneficiis quam metu.* Leid. k. l. Bas. 1. 2. Colon. Palm. Martin. Pemb. Rem. 2. Fabric. 2. Senat. 1. Guelf. 4. 5. ceteri *magis quam. quam* omiserunt Mart. m. pr. Pemb. Colon. *imperium.* Bas. 1. m. sec. adjecit.

Cap. 10. *per laborem.* Bas. 3. *res crevit publica.* Bas. 3. *magni reges.* Leid. d. Bas. 2. 3. Turic. 1. *romani imp.* Tur. 1. Erl. Teg. Bas. 2. Leid. a. Bern. 1. 2. 3. *ingentes* abest. Leid. k. l. Bas. 1. etiam Pemb. tantum in margine. Bern. 3. *misceri.* Bas. 1. Tur. 2. *his otium,* ita longe plurimi Codd. Bas. Leid. Erl. Tur. Bern. 1. 2.

divitiæ, optandæ aliis, oneri miseriæque fuere. Igitur primo pe-
cuniæ, deinde imperii cupido crevit: ea quasi materies omnium
malorum fuere. Namque avaritia fidem, probitatem, ceterasque
artes bonas subvortit; pro his superbiam, crudelitatem, deos ne-
glegere, omnia venalia habere edocuit. Ambitio multos mortalis
falsos fieri subegit; aliud clausum in pectore, aliud in lingua
promptum habere; amicitias inimicitiasque non ex re, sed ex
commodo æstumare; magisque voltum quam ingenium bonum
habere. Hæc primo paullatim crescere, interdum vindicari: post,
ubi contagio, quasi pestilentia, invasit; civitas immutata, impe-
rium ex iustissumo atque optumo, crudele intolerandumque fac-
tum. Sed primo magis ambitio quam avaritia animos homi- 11
num exercebat: quod tamen vitium propius virtutem erat. Nam
gloriam, honorem, imperium, bonus et ignavus æque sibi exop-
tant: sed ille vera via nititur; huic quia bonae artes desunt, do-
lis atque fallaciis contendit. Avaritia pecuniae studium habet,

otium divitiæque. Leid. a. c. d. e. k. Bas. 1. et 3. m. pr. Bern. 1. 2. 3. *optandæ.* Cod. quo Perizon utebatur. *neglegere.* Tur. 1. Bas. 2. et meliores Cortii libri. Paris. c. d. e. *voltum.* Bas. 1. *commodo existimare.* Bern. 2. Guelf. 3. 6. 7. 8. 9. 10. 12. Bas. 2. *extimare.* Bas. 3. 4. *existimabant.* Leid. g. *contagium.* Paris. d. Rem. 2. Guelf. 6. Tur. 1. m. sec. *iumutata est.* *est* omiserunt Bas. 1. 3. Fabr. uterq. Senat. 1. Rem. 2. Guelf. 1. 5. 6. Tur. 1. m. pr.

Cap. 11. *magis ambitio* : *magis* abest Leid. f. Bas. 2. *exercebat.* pro eo Leid. b. *certabat.* Leid. g. Fabr. 1. Erl. Teg. m. pr. *vexabat.* Vinar. 1. *subvertebat.* *propius virtuti.* Leid. a. b. e. f. k. Bas. 3. August. C. D. 5. 12. Paris. a. b. d. e. Tur. 1. 2. Bern. 2. 3. *virtut. prop.* Leid. c. d. g. *prius virtuti.* Leid. h. *virtutem.* Leid. i. l. m. n. duo Riv. mscrpt. Pemb. Naz. m. pr. Bas. 1. Guelf. 8. 9. Bern. 1. Fabric. 1. m. pr. Paris. c. *bonus et ignavus.* Leid. g. h. omnes Bas. omnesque Cortii libri. August. C. D. 5. 12. Erl. Teg. omnes Paris. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. *bonus ignavus.* Leid. a. b. c. d. e. f. i. k. l. n. complures Rivii et Wassii libri. *hic quia* Guelf. 10. et 5. 11. 12. m. sec. *enititur.* Erl. *insatiabilis est.* *est* plurimi Codd. retinent. omnes Leid. Bas. 1. 2. 4. Erl. Paris. a. b. c. d. e. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. *ex bonis initiis.* Bas. 3. Acad. Rem. 1. Guelf. 7. 8. et 12. m. sec. Leid. h. Bern. 2. *in civibus.* Regius. 1. *faci-*

quam nemo sapiens concupivit; ea, quasi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat: semper infinita, insatiabilis est, neque copia, neque inopia minuitur. Sed postquam L. Sulla, armis recepta republica, bonis initiis malos eventus habuit; rapere omnes, trahere, domum alius, alius agros cupere: neque modum, neque modestiam victores habere, fœda crudeliaque in civibus facinora facere. Huc accedebat, quod L. Sulla exercitum, quem in Asiam ductaverat, quo sibi fidum faceret, contra morem maiorum, luxuriose nimisque liberaliter habuerat; loca amœna, voluptaria, facile in otio feroces militum animos molliverant. Ibi primum insuevit exercitus populi Romani amare, potare; signa, tabulas pictas, vasa cælata mirari; ea privatim ac publice rapere; delubra spoliare; sacra profanaque omnia polluere. Igitur hi milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere. Quippe secundæ res sapientium animos fatigant: ne illi, corruptis moribus victoriæ, temperarent.

nora in civibus. Teg. *in civibus* vel *cives.* Tur. 1. *facinora* abest a Leid. c. uno Wassii. Bern. 2. in aliis sedem mutat. Tur. 1. m. sec. adjecit. *in cives.* longe plur. Codd. *civis.* Haverc. et Bern. 2. 3. *in Asia.* ita Leid. l. et meliores Haverc. Bas. 4. 2. Tur. 1. Bern. 1. 2. 3. Paris. c. d. *duct. in As.* Paris. a. b. *in Asiam.* Bas. 1. 3. Guelf. 1. 2. 3. 5. 7. 12. Eoc. inc. uterque. Acad. Rem. 1. Ciacconii et plures Wassii libri. *voluptuaria.* Tur. 1. Leid. d. i. Bas. 2. et plures Wassii libri. *privatim et publice.* omnes Bas. Tur. 1. Bern. 2. 3. *feroces animos.* (*militum* omisso) Tur. 1. in Bern. 1. Bas. 2. *mil.* locum mutat. *sapientum.* Bas. 2. 3. Bern. 1. 2. *sapientium.* Leid. l. et meliores Hav. Bas. 1. 2. Guelf. 1. 4. 5. Fabr. uterque Acad. Senat. 1. inc. Struv. Ecc. tres Rivii et sex Popmæ libri. *ne illi.* ita plurimi Gruteri. Bas. 1. Fabr. 1. Guelf. 1. 2. 5. 12. Sen. uterq. Vin. 2. Leid. c. d. g. i. k. l. m. n. Erl. Teg. Paris. a. c. Tur. 1. m. pr. Bern. 1. *nedum illi.* Leid. a. b. e. f. h. Bas. 4. 3. Prisc. de XII. vers. Aen. c. 10. p. 343. Ed. Kr. Paris. b. d. e. Tur. 2. Bern. 2. 3. *temperarent.* opt. lib. Bas. 1. Leid. a. i. l. m. n. Guelf. 5. 12. Sen. 1. Fab. 1. m. sec. Paris. c. d. et e. m. pr. Bern. 1. *obtemperarunt.* longe plurimi. Leid. c. d. f. h. k. Reg. B. Pub. Oxon. *obtemperant.* Leid. b. e. h. *obtemperarent.* Leid. g. Bas. 2. 4. Erl. Teg. Paris. a. b. Tur. 1. 2. Bern. 2. 3. et multi Codd. ap. Prisc. 16. 2. 642. Ed. Krehl. sed idem loco supra laudato *temperarent.*

Postquam divitiæ honori esse cœpere et eas gloria, imperium, 12
potentia sequebatur: hebescere virtus, paupertas probro haberi,
innocentia pro malivolentia duci cœpit. Igitur ex divitiis iuven-
tutem luxuria atque avaritia cum superbia invasere: rapere,
consumere; sua parvi pendere, aliena cupere; pudorem, pudici-
tiam, divina atque humana promiscua, nihil pensi, neque mode-
rati habere. Operæ pretium est, quum domos atque villas cogno-
veris in urbium modum exædificatas, visere templa deorum, quæ
nostri maiores, religiosissumi mortales, fecere. Verum illi delu-
bra deorum pietate, domos suas gloria decorabant; neque victis
quicquam, præter iniuriæ licentiam, eripiebant. At hi contra
ignavissumi homines, per summum scelus, omnia ea sociis adime-
re, quæ fortissumi viri victores reliquerant: proinde quasi iniu-
riam facere, id demum esset imperio uti. Nam quid ea memo- 13
rem, quæ nisi his, qui videre, nemini credibilia sunt: a priva-
tis compluribus subvorsos montes, maria constructa esse. Qui-

Cap. 12. *sequebantur.* Leid. b. Fabric. 1. Acad. inc. 2. Guelf. 10. 11. 12. Tur. 2. *pudorem, amicitiam, pudicitiam.* plures Popmæ libri. Leid. a. B. Pub. habet et Gruteri editio. *neque moderati.* Bas. 1. 2. 3. 4. Paris. b. Leid. b. c. e. g. i. k. l. m. n. Teg. Bern. 1. 2. *nec moderati.* Guelf. 7. *atque quidquam moderati.* Leid. d. *neque quidq.* Leid. f. Rem. 2. Guelf. 10. Paris. d. Tur. 2. *nec quicquam.* Leid. h. *atque moderati.* duo Rivii mscrpt. Rem. 1. inc. 1. Guelf. 5. 6. 9. 11. 12. Paris. a. *nihil pensi, nihil moderati,* Argent. a. Riv. laudatus et unus Wassii. *nihilque moderati.* Venet. quem Riv. laud. Paris. c. e. Tur. 1. m. sec. *nihil* vel *nihilque.* etiam multi Cortii lib. *ædificatas.* Leid. a. d. e. f. g. h. i. k. plures Wassii libri. Erl. Teg. Tur. 2. Bern. 1. *exædificatas.* Rivii. mscr. Beroald. Palat. Guelf. 1. 2. 5. Acad. Sen. 1. Vinar. 2. Bas. omnes, Tur. 1. *delubra deorum.* *deor.* omittunt duo Wassii libri. *domos suas.* omnes fere libr. et Prisc. 7. 6. 310. *sua.* Teg. et Cortius ex ingenio. *delubra domos pietate suaque gloria.* Tur. 2. *quicquam.* ita omnes Bas. Tur. *hostibus reliquerant.* Leid. d. i. Bas. 3. Rem. 2. Ecc. meliores Palatini. Turic. 2. *proinde.* omnes fere Wassii et Rivii mscr. *perinde.* Bas. 3. Guelf. 8. 9. 11. et 12. m. sec.

Cap. 13. *his.* omnes Bas. et multi Cortii libri. Erl. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. *constrata.* Bas. 1. 2. 3. Leid. a. b. e. h. k. m. Ursini liber. plurimi Cortii libri. Paris. b.

bus mihi videntur ludibrio fuisse divitiæ, quippe quas honeste habere licebat, abuti per turpitudinem properabant. Sed lubido stupri, ganeæ ceterique cultus non minor incesserat: viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere; vescendi caussa terra marique omnia exquirere; dormire prius, quam somni cupido esset; non famem, aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem opperiri, sed ea omnia luxu antecapere. Hæc iuventutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant. Animus imbutus malis artibus haud facile lubidinibus carebat: eo pro-
14 fusius omnibus modis quæstui atque sumtui deditus erat. In tanta tamque corrupta civitate Catilina, id, quod factu facillumum erat, omnium flagitiorum atque facinorum circum se, tamquam stipatorum, catervas habebat. Nam quicumque impudicus, adulter, ganeo, manu, ventre, pene, bona patria laceraverat; qui-

c. d. e. Tur. 1. m. pr. Tur. 2. Bern. 1. 2. *constructa*. Bas. 4. Guelf. 2. 10. Fabr. 2. Sen. 1. Vin. 2. Leid. c. d. f. g. i l. n. Mark. r. Pemb. Paris. e. Erl. Teg. *contracta*. Palat. 3. *constracta*. Palat. 7. *contra esse* Commel. *sustracta*. Bern. 3. *viri*. Bas. 4. Leid. g. h. plerique Wassii. Senat. 1. Vin. 1. Guelf. 7. Rem. 1. Acad. Erl. Tur. 1. m. sec. ceteri *viros*. *muliebria pati*. Bas. 1. 2. 4. Leid. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. Teg. Erl. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. *quam esset cupido somni* Struv. s. e. c. Leid. f. *adesset*. Leid. b. m. Bern. 1. *non sitim*. Leid. c. d. e. f. g. h. i. n. duo Rivii mscpt. et Beroald. Senat. 1. Eccard. Fabric. uterq. Guelf. 2. 3. 4. 7. 8. 9. 10. 12. Bas. 2. Tur. 2. Bern. 1. 2. *aut sitim*. Bas. 1. 3. 4. Leid. a. b. l. m. reliqui Cortii libri Tur. 1. Bern. 3. *accendebant*. Bas. 1. sed superscript. *vel in* ...

Cap. 14. *in tanta tamque*. Vinar. 1. Guelf. 1. 2. 3. 5. Fabr. uterq. Rem. 2. Sen. 1. Bas. 4. et 3. m. sec. Leid. a. c. d. e. l. m. n. *in tanta itaque tamque*. Bern. 1. Leid. g. h. k. Bas. 1. 2. Guelf. 4. 6. 11. Rem. 1. Vin. 2. Acad. *in tanta igitur et tam*. Tur. 2. *i. t. itaque et tam*. Leid. b. f. m. Bern. 2. *i. t. i. cor. civ*. Leid. i. Struv. *itaque in tanta et tam*. Erl. *actu facillimum*. Naz. et Pal. 2. m. pr. *flagitiosorum atque facinorosorum*. Leid. a. b. f. h. k. m. n. Bas. 2. 3. 4. duo Rivii mscr. Popmæ Codd. omnes Oxon. Martin. Mark. r. Vin. 2. Paris. b. e. Tur. 1. m. sec. Tur. 2. Bern. 1. 2. 3. *omnium flagitiosissimorum facinorosorum*. Leid. d. e. *omnium flagitiosissimorum circum se atque facinorum*. Leid. c. *flagitiorum atque facinorosissimorum*. Leid. g. *flagiti-*

que alienum æs grande conflaverat, quo flagitium, aut facinus redimeret; præterea omnes undique parricidæ, sacrilegi, convicti iudiciis, aut pro factis iudicium timentes; ad hoc, quos manus atque lingua, periurio aut sanguine civili alebat; postremo omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat: hi Catilinae proxumi familiaresque erant. Quodsi quis etiam a culpa vacuus in amicitiam eius inciderat, cotidiano usu atque illecebris facile par similisque ceteris efficiebatur. Sed maxume adulescentium familiaritates adpetebat: eorum animi molles et aetate fluxi dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiusque studium ex aetate flagrabat, aliis scorta praebere, aliis canes atque equos mercari; postremo neque sumtui, neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios fidosque sibi faceret. Scio, fuisse nonnullos, qui ita existumarent, iuventutem, quæ domum Catilinæ frequentabat, parum

orum atque facinorum. Bas. 1. Leid. l. Paris. a. c. d. meliores Gruteri et Glareani Codd. Reg. Mark. A. B. Pub. m. pr. Guelf. 3. 4. 5. Rem. 2. Sen. 1. Fabr. 1. et 2. pro varia lectione. *manu, ventre, pene.* ita Naz. Commel. Paris. d. Teg. Palat. 2. 3. Fabr. uterq. Sen. uterq. Guelf. 2. 5. sed longe plurimi *alea* addunt vel ante, vel post *manu. alea manu* Leid. a. b. c. d. e. f. g. h. k. m. n. Palat. 11. 12. Guelf. 1. Vinar. 1. Glareani et tres Putschii mscrpt. Thosanus Palmerii Paris. b. c. e. Tur. 2. Bern. 3. *m. a. v. p.* Palat. 10. Erl. *manu aleave.* Bas. 1. *alea, ganeo, manu* etc. Paris. a. *a. m. p. v.* Bern. 1. *p. a. m. l.* Bern. 2. *manu, ventre, alea, pene.* Bas. 2. 4. Vin. 2. *m. v. p. a.* Palat. 4. *ganeo et alea* omittit Leid. l. *manu* omitt. Rem. 2. *adulter alea ganeæ.* Palat. 5. *alea* præterea retinent, sed nescio, quo loco, Guelf. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Struv. Acad. Rem. 1. Eccard. *hi Catilinæ.* Bas. 1. Tur. 1. 2. *hii.* Bas. 2. *hy omnes* Bas. 3. *his.* Bas. 4. *hi omnes.* Erl. *adulescentium.* Tur. 2. Bern. 1. *cotidiano.* Bern. 3. Erl. Tur. 1. *cottid. molles ætate et fluxi.* Bas. 1. *namque ut cuius* Leid. a. Bas. 1. *ut* omnes Bas. et Leid. Tur. 1. 2. Bern. 2. *modestiæ parcere.* Bas. 3. Comm. *fidosque sibi.* Leid. a. b. d. f. g. k. l. omnes Bas. Erl. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. in Leid. h. i. *sibi* locum mutat. *existumarent.* Bas. 1. omnes Leid. et meliores Cortii Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. *æstumarent.* Fabr. uterq. Sen. uterq. Heuss. Acad. Guelf 2. 4. *quod* retinent. Bas. 1. Leid. a. b. d. e. f. g. h. n. Sen. 2. Guelf. 1. 3. Paris a. c. *quod cui-*

honeste pudicitiam habuisse; sed ex aliis rebus magis, quam quod
15 cuiquam id compertum foret, hæc fama valebat. Iam primum adu-
lescens Catilina multa nefanda stupra fecerat, cum virgine no-
bili, cum sacerdote Vestæ, alia huiuscemodi contra ius fasque.
Postremo captus amore Aureliæ Orestillæ, cuius præter formam,
nihil umquam bonus laudavit; quod ea nubere illi dubitabat, ti-
mens privignum adulta ætate; pro certo creditur, necato filio,
vacuam domum scelestis nuptiis fecisse. Quæ quidem res mihi
in primis videtur caussa fuisse facinoris maturandi. Namque ani-
mus impurus, dis hominibusque infestus, neque vigiliis neque
quietibus sedari poterat: ita conscientia mentem excitam vasta-
bat. Igitur colos exsanguis, fœdi oculi, citus modo, modo tar-
16 dus incessus; prorsus in facie voltuque vecordia inerat. Sed iu-
ventutem, quam, ut supra diximus, inlexerat, multis modis ma-
la facinora edocebat. Ex illis testes signatoresque falsos commo-
dare; fidem, fortunas, pericula vilia habere; post, ubi eorum fa-
mam atque pudorem adtriverat, maiora alia imperabat: si caussa
peccandi in præsens minus suppetebat, nihilo minus insontes, si-

quam. quod delent Leid. c. k. l. m. Bas. 2. 3. 4. nec agnoscunt Palatini 3. 4. 6. 8. 9. 10. 11. 12. Commelian. Paris. d. e. Erl. Teg. Tur. 1. m. sec. Bern. 1. *id compertum.* omnes Bas. Leid. et haud dubie Gruteri et Wassii libri. Paris. a. c. Tur. 1. 2. *comp. id.* Bern. 1. *quam.* omit. Paris. b. *quam id cuiquum.* Bern. 2. *quam ex hoc quod cuiquam id.* Bern. 3.

Cap. 15. *adulescens.* Bern. 1. *adultum ætate.* Bas. 2. 3. 4. omnes Leid. excepto c. qui tamen in margine habet. plurimi Cortii Codd. Paris. b. c. d. e. Teg. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. *adulta ætate.* Bas. 1. Vinar. 2. Senat. 1. Paris. a. Erl. Bern. 3. *vastabat.* Bas. 1. Leid. b. f. k. l. decem Palatini Commel. Arondel. Pemb. Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 10. Eccard. Vinar. uterq. inc. 1. Senat. 1. Rem. 2. Acad. Paris. c. d. e. *vexabat.* aliquot Rivii Codd. Bas. 2. 4. pauci Cortii libri. *necatum filium.* Tur. 2. *colos.* ita a Sallustio scriptum confirmat Prob. Catholic. pag. 1467. Ed. Putsch. etiam Popma in mscrpt. invenit. *colore exanguis* Naz. et Commel. plurimi Palatin. *color eius.* ita plurimi Leid. Bas. 2. 3. 4. Guelf. 6. plures Wassii libri. Tur. 2. Bern. 1. 2. *color*

cuti sontes, circumvenire, iugulare; scilicet, ne per otium tor-
pescerent manus aut animus, gratuito potius malus atque cru-
delis erat. His amicis sociisque confisus Catilina, simul quod
æs alienum per omnis terras ingens erat, et quod plerique Sul-
lani milites, largius suo usi, rapinarum et victoriæ veteris me-
mores, civile bellum exoptabant; opprimundæ reipublicæ consili-
um cepit. In Italia nullus exercitus: Cn. Pompeius in extremis
terris bellum gerebat: ipsi consulatum petenti magna spes: Se-
natus nihil sane intentus: tutæ tranquillæque res omnes; sed ea
prorsus opportuna Catilinæ. Igitur circiter Kalendas Iunias, L. 17
Cæsare et C. Figulo Consulibus, primo singulos adpellare: horta-
ri alios, alios temptare: opes suas, imparatam rempublicam,
magna præmia coniurationis docere. Ubi satis explorata sunt quæ
voluit, in unum omnis convocat, quibus maxuma necessitudo
et plurimum audaciæ inerat. Eo convenere Senatorii ordinis P.
Lentulus Sura, P. Autronius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus,
P. et Servius Sullæ, Servii filii, L. Vargunteius, Q. Annius, M.
Porcius Læca, L. Bestia, Q. Curius: præterea ex equestri ordine
M. Fulvius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Corne-

ei. Leid. c. g. Palat. 2. Bas. 1. Mark. Γ. Λ. Rem. 2. Vinar. 2. Guelf. 5. ita et Rivius ex mscrpt. Turic. 1.

Cap. 16. *sedat iuv.* Teg. Fabric. 1. *inlexerat.* Bas. 1. *multa facinora.* Bas. 1. m. sec. *signatores.* Reg. Tur. 1. m. pr. *edocebat.* Bas. 1. m. sec. *aut manus aut animus.* Tur. 1. *torpesceret.* Leid. m. n. Bas. 2. 4. 3. Tur. 2. Bern. 1. *grande per omnes terras erat.* Leid. l. *exercitus erat.* Leid. b. c. d. e. f. h. Guelf. 3. 4. 6. 7. 8. 9. Bas. 3. Fabr. 2. Rem. 2. Eccard. Tur. 2. Bern. 1. 2. *terris* abest. Senat. 2. Eccard. et Bas. 1. Bern. 1. primitus deletum. Guelf. 12. *magna spes erat.* Leid. c. g. et sex Cortii mscpt. Bern. 2. Paris. 6. *petenti.* Palat. 2. 5. Guelf. 6. Paris. c. *petendi* et supra *obprimendæ.* Bas. 1. *opp. catil. erant.* Leid. c. d. g. h. m. n.

Cap. 17. *Iunii.* Fabric. Guelf. 5. 6. Tur. 1. *Gaio* Tur. 1. *primos adpellare.* Naz. *temptare.* Tur. 1. Bas. 1. 2. 3. *audaciæ inerat.* omnes Leid. et Bas. Paris. Erl. Teg. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. 4. *Autronius.* Fabric. 1. Rem. 2. Senat. 1. Vinar. 1. Guelf. 1. 2. 4. 5. ceteri vel *Antronius* vel *Antonius.* *P. et Servius Sullæ, Servii filii.* Leid. c.

lius: ad hoc multi ex coloniis et municipiis, domi nobiles. Erant præterea complures paullo occultius consilii huiusce participes nobiles, quos magis dominationis spes hortabatur, quam inopia, aut alia necessitudo. Ceterum iuventus pleraque, sed maxume nobilium, Catilinæ inceptis favebat; quibus in otio vel magnifice vel molliter vivere copia erat, incerta pro certis, bellum quam pacem, malebant. Fuere item ea tempestate, qui crederent, M. Licinium Crassum non ignarum eius consilii fuisse; quia Cn. Pompeius, invisus ipsi, magnum exercitum ductabat, cuiusvis opes voluisse contra illius potentiam crescere; simul confisum, si con-
18 iuratio valuisset, facile apud illos principem se fore. Sed antea item coniuravere pauci contra rempublicam, in quibus Catilina fuit; de qua quam verissume potero dicam. L. Tullo, M. Lepido Consulibus, P. Autronius et P. Sulla, designati consules, legibus ambitus interrogati poenas dederant. Post paullo Catilina, pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat consulatum petere, quod intra legitimos dies profiteri nequiverit. Erat eodem tempore Cn. Piso, adulescens nobilis, summæ audaciæ, egens, factiosus, quem ad perturbandam rempublicam inopia atque mali mores stimulabant. Cum hoc Catilina et Autronius circiter Nonas Decembris, consilio communicato, parabant in Capitolio Kalen-

l. Bas. 1. Tur. 1. reliqui aut *et* omittunt aut *filius* exhibent. *M. Porcius Læca* sic est in Denariis *Leca.* Fabric. 1. Guelf. 1. 2. 5. 6. 7. Senat. uterq. Vinar. 1. *Lecca* longe plurimi Codd. *domi nobiles.* plures Cortii mscrpt. alii *qui* alii *erant* addunt. *aut aliqua nec.* Leid. c. d. f. g. B. Pub. Eccard. Struv. inc. uterq. Rem. 1. Guelf. 3. 6. 10. 11. 12. Teg. Tur. 1. m. sec. Bas. 1. 3. *favebant.* Tur. 2.

Cap. 18. *Cat. fuit.* Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. omnes Leid. *de quo.* plur. Wassii libri sed *qua* a Sal. scriptum fuisse, testis est Diomed. II. 440. Ed. Putsch. id. et *fuit* omittit. *Tullio.* omnes Bas. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. pleriq. Codd. *Tullo.* Guelf. 5. Senat. 1. Leid. l. m. n. Erl. Teg. *et M. Lep.* Erl. Teg. Tur. 1. 2. *Silla, designati consules.* omnes Bas. Tur. Bern. omnes Codd. ap. Cort. librariorum incuria omiss. *proh. erat. erat* abest a Leid. m. et plur. Palat. *nequiverat.* Bas. 4. Tur. 1. m. sec.

dis Ianuariis L. Cottam et L. Torquatum Consules interficere; ipsi fascibus correptis, Pisonem cum exercitu ad optinendas duas Hispanias mittere. Ea re cognita rursus, in Nonas Februarias consilium cædis transtulerant. Iam tum non Consulibus modo, sed plerisque Senatoribus perniciem machinabantur. Quod ni Catilina maturasset pro curia signum sociis dare; eo die, post conditam urbem Romam, pessumum facinus patratum foret. Quia nondum frequentes armati convenerant, ea res consilium diremit. Postea 19
Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro Prætore missus est, adnitente Crasso, quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio cognoverat. Neque tamen Senatus provinciam invitus dederat: quippe fœdum hominem a republica procul esse volebat: simul quia boni quam plures præsidium in eo putabant: et iam tum potentia Pompeii formidolosa erat. Sed is Piso, in provinciam ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens, occisus est. Sunt, qui ita dicunt, imperia eius iniusta, superba, crudelia barbaros nequivisse pati: alii autem equites illos, Cn. Pompeii veteres fidosque clientes, voluntate eius Pisonem adgressos: numquam Hispanos præterea tale facinus fecisse, sed imperia sæva multa antea perpessos. Nos eam rem in medio relinquemus. De superiore coniuratione satis dictum.

Bern. 1. m. pr. Leid. h. k. m. *adulescens*. *Bern* 1. *Autronius circiter Nonas Decembris.* omnes Bas. Erl. Teg. Tur. Bern. Leid. *Ianuarii*. Bas. 2. 4. Bern. 3. *optinendas*. Bas. 1. 2. 3. Tur. 1. *urbem romam*. Bas. 1. 2. 3. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. omnes Leid. Paris. Palat. multi Cortii libri. *romanam*. Guelf. 10. Acad. m. pr. Erl. Teg. *romam tam*. Guelf. 3. 8. 10. 11. et 4. 6. 9. m. sec. Leid. d. h. m.

Cap. 19. annitente. Tur. 1. Bas. 2. 4. *boni complures*. Bas. 1. 2. 3. 4. Paris. a. b. c. e. Erl. Teg. Bern. 1. 2. 3. *cum plures*. Tur. 2. *quam plures*. Paris. d. Guelf. 1. 5. 7. 9. 10. Rem. uterq. Eccard. Senat. 2. Acad. Heuss. *potentia Pomp*. Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. Bern. 1. 2. 3. *in provincia*. Paris. a. Erl. plures Cortii. Leid. m. *dicunt*. Bas. 1. m. sec. Bas. 2. 3. Tur. 1. omnes Cortii et Leid. *dicant*. Bas. 4. Bern. 1. *relinquimus*. Leid. a. b. c. d. f. h. k. Bas. 3. 4. *superiori*. Tur. 1. Bern. 1. 3. plures Cortii libri.

20 Catilina, ubi eos, quos paullo ante memoravi, convenisse videt: tametsi cum singulis multa sæpe egerat, tamen in rem fore credens universos adpellare et cohortari, in abditam partem ædium secedit: atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem huiuscemodi habuit. „Ni virtus fidesque vestra spectata mihi forent, nequicquam opportuna res cecidisset; spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent: neque ego per ignaviam, aut vana ingenia, incerta pro certis captarem. Sed quia multis et magnis tempestatibus vos cognovi fortis fidosque mihi; eo animus ausus est maxumum atque pulcherrumum facinus incipere: simul quia vobis, eadem quæ mihi, bona malaque intellexi; nam idem velle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. Sed ego quæ mente agitavi, omnes iam antea divorsi audistis. Ceterum mihi in dies magis animus accenditur, quum considero, quæ conditio vitæ futura sit, nisi nosmet ipsos vindicamus in liberta-

Cap. 20. *in re.* Leid. a. b. h. k. l. m. Guelf 1. 4. 6. 7. 8. 9. 11. 12. Rem. 1. Fabr. 2. Eccard. Arond. *secessit.* Bas. 2. 3. 4. Erl. Leid. a. b. c. e. f. g. h. k. m. n. Bern. 2. 3. multi Palat. sed *secedit.* opt. libri Bas. 1. Naz. Commel. Palat. 5. 12. Teg. etc. *satis spectata.* Leid. a. b. e. Guelf. 3. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Bern. 1. 2. Tur. 1. m. sec. Tur. 2. Rem. 1. Vin. 2. Bas. 3. Ecc. *spect. sat.* Leid. f. h. m. Bern. 3. *satis* omittunt opt. libri. *nequicquam.* Bas. 1. et plurimi Cortii Codd. *nequiquam.* Bern. 4. Fabr. uterq. Vinar. 1. Senat. 1. Guelf. 1. 2. 5. *accidisset.* Leid. a. b. f. m. n. Erl. Bas. 2. 4. Rem. 1. inc. 1. Struv. Guelf. 7. 8. 10. 12. Bern. 2. Arond. L. 2. Martin. *dominationis.* Leid. a. b. c. d. e. g. k. Bas. 4. Erl. Paris. b. c. Guelf. 3. 6. 7. 8. 10. 11. 12. Acad. inc. uterq. Struv. Vinar. 2. Eccard. Rem. 1. *fuisset.* Leid. e. f. g. h. k. Paris. b. c. Erl. Bas. 2. 3. 4. *ausus est.* Bas. 1. 2. 3. Erl. omnes Leid. excepto c. etiam omnes Cortii libri Bern. 1. 2. 3. *maxumum atque pulcherrimum.* Bas. 1. *eadem quæ mihi.* omnes libri præter Naz. et Commel. ubi *quæ* omissum est. *bona malaque esse.* Erl. Teg. Paris. c. d. Tur. 2. Bern. 2. 4. *idem nolle.* ita plerique Codd. *idem* omittunt Commel. Fabric. Rivii. Rem. 1. Guelf. 5. 9. Regius. *magis magisque.* Palat. 11. 12. Arond. Martin. Pemb. Vin. 2. Bern. 1. 3. 4. Tur. 2. Fabr. 2. Guelf. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *magis ac magis.* unus Rivii et Bas. 2. sed meliores libri alterum *magis* delent. *nosmet ipsos.* hæc omnium Codd. lectio. *vindicamus.* ita optimi Codd. ceteri vel

tem. Nam postquam respublica in paucorum potentium ius atque ditionem concessit; semper illis reges, tetrarchæ vectigales esse: populi, nationes stipendia pendere: ceteri omnes, strenui, boni, nobiles atque ignobiles, volgus fuimus, sine gratia, sine auctoritate, his obnoxii, quibus, si respublica valeret, formidini essemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, divitiæ apud illos sunt, aut ubi illi volunt: nobis reliquere repulsas, pericula, iudicia, egestatem. Quæ quousque tandem patiemini fortissumi viri? nonne emori per virtutem præstat, quam vitam miseram atque inhonestam, ubi alienæ superbiæ ludibrio fueris, per dedecus amittere? Verum enim vero pro Deum atque hominum fidem! victoria in manu nobis est; viget ætas, animus valet: contra illis, annis atque divitiis, omnia consenuerunt; tantum modo incepto opus est: cetera res expediet. Etenim quis mortalium, cui virile ingenium inest, tolerare potest, illis divitias superare, quas

vendicemus e. gr. Bas. 2. 4. Tur. 2. vel *vindicemus* ut Leid. a. b. c. d. e. f. g. h. *paucorum potentium*. omnes Leid. atque Palatini, Paris. Erl. Bern. 1. 2. 3. 4. Tur. 2. Bas. 1. 2. 3. 4. neque Wassius lectionis varietatem notavit, haud dubie omnes quoque Cortii libri, præter Fabric. 1. et Eccard. qui *potentiam*. *strenui nobiles*. Bas. 1. Guelf. 12. *vulgus sumus*. in pluribus Rivii mscrpt. Naz. Commel. m. sec. Bern. 1. *volgus*. Tur. 2. *honos*. Tur. 1. Bern. 2. 3. Bas. 1. *fortissimi viri*. *o* addunt plerique Codd. omittunt Paris. e. Leid. e. l. m. n. *nob. reliq. per. rep.* Bas. 1. 2. 3. 4. Bern. 1. 2. omnes Leid. et plurimi Cortii libri. *nob. rel. rep.* Tur. 2. *reb. nob. reliq. per.* Rivii mscrpt. Tur. 1. Guelf. 5. 9. Paris. Bern. 3. *nob. per. rel. rep.* Erl. Teg. Fabr. uterq. Sen. 2. Heuss. *rep*: omit. Bern. 4. *vitam hanc miseram atque inhonestam*. Guelf. 7. 8. 11. (9. m. sec.) inc. 1. Struv. Leid. n. *hanc vitam*. Bas. 3. Leid. k. m. Bern. 3. *hanc miseram vit.* Bern. 2. *fueris*. Bas. 1. Guelf. 5. Sen. 1. Fabr. 1. Rem. 2. omnes Paris. Erl. Teg. Tur. 1. Oxon. Leid. a.-l. Fabr. Rivii et haud dubie Palat. *fueritis*. longe plurimi libri *fuerimus* pauci. *manu nobis est*. maior pars Codd. *nobis in manu est*. Leid. a. Bern. 1. 2. Guelf. 1. Eccard. m. sec. Prisc. 18. 29. pag. 260. Ed. Kr. *vobis est*. Leid. c. g. Guelf. 2. 6. *vobis esse*. Erl. *sita in manu. n. e.* Leid. d. h. *in m. sita est nobis*. Leid. m. Rem. 1. *in manibus*. Bas. 3. *est* locum mutat Guelf. 3. 4. 6. 12. *ingenium est*. Bas. 1. 3. 4. Erl. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. Leid. b. c. e. g. i. k. m. et plur.

profundant in exstruendo mari et montibus coæquandis; nobis, rem familiarem etiam ad necessaria deesse? illos binas aut amplius domos continuare; nobis larem familiarem nusquam ullum esse? Quum tabulas, signa, toreumata emunt; nova diruunt, alia ædificant; postremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant tamen summa lubidine divitias vincere nequeunt. At nobis est domi inopia, foris æs alienum: mala res, spes multo asperior; denique, quid reliqui habemus, præter miseram animam? Quin igitur expergiscimini? En illa, illa, quam sæpe optastis, libertas, præterea divitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt! fortuna omnia ea victoribus præmia posuit. Res, tempus, pericula, egestas, belli spolia magnifica magis, quam oratio mea vos hortentur. Vel imperatore, vel milite me utimini, neque animus, neque corpus a vobis aberit. Hæc ipsa, ut spero, vobiscum una Consul agam: nisi forte me animus fallit, et vos servire magis quam imperare parati estis."

21 Postquam accepere ea homines, quibus mala abunde omnia

Cortii libri. *est* locum mutat Fabric. 1. Senat. 2. *inest*. Naz. Guelf. 5. Bas. 2. *est*. delet. Leid. d. h. l. Guelf. 3. m. pr. *extruendo*. Bas. 1. 2. 4. Bern. 4. *divitias suas*. Bas. 1. 2. 3. Teg. Leid. b. c. d. e. f. g. h. i. k. Tur. 1. Bern. 3. 4. *est domi*. Bas. 1. 2. 4. Tur. 1. Bern. 1. 2. 3. 4. omnes Palat. et Leid. et haud dubie et Cortii libri. *ea omnia*, Leid. Bas. 3. Bern. 1. 3. Tur. 2. *omnia ea*. Bas. 1. 2. 4. Tur. 1. Paris. Bern. 4. *ea omittunt*. Palat. 9. 10. in multis locum mutat. *mea vos hortentur*. ita omnes fere libri. *oratio hort*. Fabr. 1. m. pr. *una*. præter Guelf. 5. 12. Fabric. 2. omnes libri retinent. *me*. omittunt. Guelf. 5. Vinar. 1. Rem. 1. Fabric. 2. unus Rivii Leid. c. i. m. n. Bern. 1. ceteri retinent. *me fallit*. Leid a. b. d. e. f. k. Bern. 2. *fallit me*. Leid. h. Tur. *magis*. in nonnullis sedem mutat.

Cap. 21. *spes neque res*. Bas. 2. Erl. Teg. Fabric. 1. Acad. inc. 1. Guelf. 2. *tamen etsi*.. Guelf. 6. inc. 2. perpetuo sic scribere dicitur. *tam sed. si*. Heuss. in multis *tam et si* exaratum. *quietam rempublicam*. Bas. 3. Guelf. 6. 8. 10. 12. Rem. 1. Eccard. Struv. inc. 1. Acad. Senat. 1. Leid. g. n. *remp. quiet*.. Bas. 2. Leid. f. m. *quiet. mov. remp*. Leid. d. h. Tur. 2. *postulare*. Guelf. 5. Fabric. Vinar. 1. Eccard. Erl.

erant, sed neque res, neque spes bona ulla; tamen etsi illis quieta movere, magna merces videbatur; tamen postulare plerique, uti proponeret, quæ conditio belli foret: quæ præmia armis peterent: quid ubique opis aut spei haberent. Tum Catilina polliceri tabulas novas, proscriptionem locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia, quæ bellum atque lubido victorum fert. Præterea esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauritania cum exercitu P. Sittium Nucerinum consilii sui participes: petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore speraret, hominem et familiarem, et omnibus necessitudinibus circumventum: cum eo se Consulem initium agendi facturum. Ad hoc maledictis increpat omnis bonos: suorum unumquemque nominans laudare; admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suæ, complures periculi aut ignominiæ, multos victoriæ Sullanæ, quibus ea prædæ fuerat. Postquam omnium animos alacris videt; cohortatus, ut petitionem suam curæ haberent, conventum dimisit. Fuere ea tempestate, qui dice- 22
rent, Catilinam, oratione habita, quum ad ius iurandum popu-

Fabric. Rivii. Oxon. Mark. Γ. Λ. Pemb. Martin. Leid. a. b. d. m. n. *postulari*. Tur. 2. *postulavere* ceteri. *locupletum*. Bas. 2. 3. 4. Erl. Incerti. Vin. 2. Ecc. Guelf. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Bern. 1. 2. 3. Tur. 2. *mauretanea*. Bas. 1. sed utrumque e lineola notatum. *præterea pet*. Leid. a. c. Rem. Ac. Sen. 1. Struv. Guelf. 1. 2. 5. 6. 9. 10. 11. *ad hæc pet*. Bas. 2. 3. *ad hoc*. inc. 2. Ecc. Guelf. 7. 8. 12. Bern. 1. *cum eo se consulem*. ita optimi et plurimi Codd. plures variant *consule se*. Leid. h. *se consule*. Leid. k. l. m. Erl. Teg. Bas. 3. plures Palat. Bern. 1. 3. *se exulat*. Pal. 4. Ecc. Ac. Guelf. 2. 3. 6. Bas. 4. *cum*. omitt. Rem. 1. *agendi belli*. Leid. a. h. Paris. e. *belli ag*. Leid. c. Bas. 2. 3. Guelf. 7. 8. 10. Bern. 3. *initium belli f*. Vin. 2. Beroald. *omnis-ægestatis-alacris*. Bas. 1. *increpabat*. Bas. 1. 2. 4. omnes Leid. exc. n. Erl. et longe plur. mscrpt. *increpat*. Guelf. 3. 5. 6. 11. Bas. 3. aliquot Palatini. Bern. 2. Tur. 2. *admonebat*. plurimi Codd. *amonebat*. Bas. 2. Tur. 1. Bern. 1. *amm*. Bas. 4. *monere*. Paris. e. *admonere*. Ecc. inc. 1. Leid. m. n.

Cap. 22. *populares conscios*. Guelf. 1. 6. 7. 8. 9. Rem. 1. Sen. 1. Acad. Ecc. inc. 2. Vinar. uterq. Fabr. 2. Bas. 3. Erl. Teg. Bern. 1. 2. 3. Leid. c. d. g. h. *pop. socios*.

lares sceleris sui adiceret, humani corporis sanguinem, vino permixtum, in pateris circumtulisse; inde quum post exsecrationem omnes degustavissent, sicuti in sollemnibus sacris fieri consuevit, aperuisse consilium suum, atque eo, dictitare, fecisse, quo inter se fidi magis forent, alius alii tanti facinoris conscii. Nonnulli ficta et hæc, et multa præterea existumabant ab iis, qui Ciceronis invidiam, quæ postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum, qui pœnas dederant. Nobis ea res pro magnitu-
23 dine parum comperta est. Sed in ea conjuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus; quem Censores senatu probri gratia amoverant. Huic homini non minor vanitas inerat, quam audacia; neque reticere, quæ audierat, neque suamet ipse scelera occultare, prorsus neque dicere,

Fabric. 2. Leid. m. *adiceret.* longe plurimi Codd. *adiiceret.* Tur. 2. *adigeret.* Oxon. Leid. a. c. *addiceret.* Struv. Acad. Guelf. 7. 8. 9. 10. 12. Bas. 4. Leid. b. f. *solempnibus.* Fabric. 1. Sen. 1. Guelf. 2. 3. 4. 5. Bas. 1. *solemnibus.* Ecc. Heuss. Guelf. 1. 9. 11. *sollemnibus.* Vin. 1. *atque eo dictitare fecisse.* hæc opt. Codd. lectio. sed libri quam maxime variant. *dictitare rem suam fec.* Bern. 3. *atque eo dictam rem fecisse.* Guelf. 1. 2. Vin. 2. Fab. 2. m. sec. Leid. c. f. Bern. 1. duo Rivii mscpt. Beroald. *dictas res.* Bas. 4. Guelf. 10. *dictante.* Tur. 2. *dictare.* Guelf. 7. 8. 9. 11. Sen. 2. Heuss. Fabric. 2. m. pr. Teg. m. sec. Bern. 2. *dictitavere.* Guelf. 3. *fecisse* omitt. Paris. a. e. Acad. (qui et *dictitasse* habet.) *dictitare* erasum. Tur. 1. Guelf. 12. *fidi mag. forent.* Vinar. 1. inc. 2. Guelf. 1. 4. 5. 10. Tur. 1. 2. Bern. 1. Leid. k. m. n. Paris. *et hæc et multa.* Bas. 1. Erl. Tur. 1. Bern. 1. 3. Leid. k. l. *et multa præterea.* omnes fere libri. *ab his.* Bas. 1. 2. 4. Erl. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. *hiis.* Bas. 3. *estimabant.* Tur. 1. m. pr. *existimabant.* Bas. 1. *comp. est. est* delet Leid. n.

Cap. 23. *conventione.* Guelf. 5. Rem. 2. Fabr. 2. etiam Guelf. 1. et Vin. 1. pr. m. *coniuratione* legisse non videntur. Paris. d. *coniuratione* præter ceteros Codd. etiam Nonius exhibet. 4. 202. *natus* delet Leid. e. *flag. atque fac. atque* omitt. Sen. 1. Leid. c. *coopertus* cfr. Aul. Gell. II. 17. *a senatu.* Rem. 1. inc. Struv. Vin. 2. Ecc. Guelf. 7. 8. 9. 10. 11. 12. item 1. et 3. m. sec. Bas. 3. Paris. b. e. Leid. a. b. f. h. Tur. 2. Bern. 2. *moverant* unus Rivii. Vinar. 2. Tur. 1. m. pr. *vanitas inerat: inerat* deest. Sen. 1. eius loco glossa. *fuit.* defuit etiam Guelf. 2. m. pr. *hom. inerat.* Bas. 2.

neque facere quicquam pensi habebat. Erat ei cum Fulvia, muliere nobili, stupri vetus consuetudo; cui quum minus gratus esset, quia inopia minus largiri poterat, repente glorians maria montesque polliceri cœpit et minari interdum ferro, nisi obnoxia foret: postremo ferocius agitare, quam solitus erat. At Fulvia, insolentiæ Curii caussa cognita, tale periculum reipublicæ haud occultum habuit; sed, sublato auctore, de Catilinæ coniuratione quæ quoque modo audierat, compluribus narravit. Ea res in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. Namque antea pleraque nobilitas invidia æstuabat, et quasi pollui consulatum credebant, si eum, quamvis egregius, homo novus adeptus foret. Sed ubi periculum advenit, invidia atque superbia postfuere. Igitur comitiis habitis, Consules 24

audac. inerat. Paris. a. Bern. 1. *suamet ipse.* sic Guelf. 4. 5. 11. Fabric. 2. Senat. 1. Struv. m. sec. Ecc. Paris. Leid. a. b. c. d. e. f. l. m. n. Merseb. Rivii. Bern. 1. 2. *suamet ipsa.* Ecc. Acad. Fabric. 1. Heuss. Senat. 2. Vinar. 1. inc. 2. m. pr. Guelf. 2. 7. 8. 9. 12. Bas. 2. 3. Leid. h. i. Tur. 1. Bern. 3. *sua et ipsa.* Guelf. 1. 3. Rem. 2. *sua ipse.* Vinar. 2. Leid. g. *ipse* omitt. Guelf. 10. *sua et ipse.* Bas. 1. sed ante *et* aliq. erasum. *sua ipse met.* Bas. 4. Leid. k. *et interd.* Bas. 3. *et minari.* Bas. 1. 2. 4. Teg. Leid. a. c. d. f. g. h. i. k. l. n. Tur. 1. Bern. 2. 3. *nisi obnoxia.* Bas. 2. Paris. d. Leid. b. c. e. i. l. n. meliores Palatini Pembr. B. Pub. Mark. r. *ni sibi.* Bas. 1. 3. 4. Erl. Paris. a. b. c. e. Leid. d. f. h. m. Tur. 2. Bern. 2. 3. *nisi sibi.* Bern. 1. *ni ob.* Teg. Regius. *per insolentiam.* Bas. 3. m. pr. *ex* m. sec. superscripsit. *ex ins.* Bas. 4. Senat. 1. Guelf. 7. 9. Tur. 1. *insolentiæ* ita Vin. 1. Cod. Glareani. Bas. 2. Erl. Paris. omnes Leid. Rivii mscrpt. Bern. 1. 2. *insolentia Curii.* Bas. 1. Teg. Tur. 2. Bern. 2. 3. *quæ quoque modo.* ita Grut. ex Palat. Sen. 1. Vin. 1. Fabr. 1. Erl. Paris. c. m. pr. Leid. a. d. f. *quæ quoquo modo.* Guelf. 1. *quæ et quomodo.* inc. 1. Guelf. 6. 7. 8. 9. Acad. Vin. 2. Bas. 1. 3. Paris. a. b. d. Leid. b. g. h. m. n. Bern. 3. 2. *quæ quomodo.* Heuss. Guelf. 2. 3. 4. 11. 12. Fabric. 2. Sen. 2. Struv. inc. 2. Rem. uterq. Bas. 2. 4. Teg. Leid. c. e. i. l. Rivii mscrpt. Bern. 1. *credebant.* inc. 2. Sen. 1. Struv. Fabr. 2. Ac. Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. Palatini. Bas. 1. 2. 3. Leid. a. b. d. f. g. i. l. n. Paris. Tur. 1. Bern. 1. 3. *credebat.* Bas. 4. Leid. c. e. h. k. m. Tur. 2. Bern. 2. *novus homo.* Teg. Bern. 1.

declarantur M. Tullius et C. Antonius, quod factum primo populares coniurationis concusserat. Neque tamen Catilinæ furor minuebatur; sed in dies plura agitare; arma per Italiam locis opportunis parare; pecuniam sua aut amicorum fide sumtam mutuam, Fæsulas ad Manlium quemdam portare, qui postea princeps fuit belli faciundi. Ea tempestate plurimos cuiusque generis homines adscivisse sibi dicitur; mulieres etiam aliquot, quæ primo ingentis sumtus stupro corporis toleraverant: post ubi ætas tantummodo quæstui, neque luxuriæ modum fecerat, æs alienum grande conflaverant, per eas se Catilina credebat posse servitia urbana sollicitare, urbem incendere, viros earum vel adiungere sibi, vel in-
25 terficere. Sed in his erat Sempronia quæ multa sæpe virilis audaciæ facinora commiserat. Hæc mulier genere atque forma, præterea viro atque liberis satis fortunata fuit : literis Græcis atque Latinis docta : psallere et saltare elegantius, quam necesse est probæ : multa alia, quæ instrumenta luxuriæ. Sed ei cariora semper

Cap. 24. *designantur*. Guelf. 5. *G. Ant.* Bas. 1. 4. *pecuniam sua* sic maior pars Codd. *pec. suam*. Guelf. 1. 6. 7. 8. Teg. Tur. 1. Bern. 2. Acad. Sen. 1. inc. Rem. 1. Fabr. 2. *sumtam mutuo*. Fabr. 2. Bas. 2. 3. 4. Struv. Ecc. Ac. inc. Guelf. 7. 8. 9. 11. 12. Leid. a. d. e. h. k. m. Tur. 2. Bern. 1. 2. *fuit pr.* Bas. 3. 4. *fac. fuit.* Bas. 2. *fuit faciundi belli* Bern. 1. *adscivisse : sibi* abest Reg. Erl. Fabr. 2. Guelf. 3. m. pr. locum mut. Guelf. 7. *Manlium* ita meliores libri ceteri aut *Malius* aut *Mallius* id quod etiam Dio expressit Lib. 37. 30. *se credebat*. Bas. 4. Erl. Bern. 1. *se* deest. Guelf. 4. *ingentis*. Guelf. 5. *ing. st. cor. sumt.* Fabr. 1. Sen. 2. Teg. *sibi adiung*. Bas. 3. Leid. c.

Cap. 25. *præterea*. Ap. Cort. omissum. *viro liberis :* ita Manut. auctoritate Frontonis, adsentiente Grutero, sed *atque* omnes, credo, Codd. constanter tuentur. De Parisinis enim non liquet. Editor enim h. l. *atque*, paulo post *fuit* omisit, *atque Latin.* excudendum curavit, sed de Codd. lectione nihil animadvertit; qua in re sæpius peccavit. *fuit* Sen. 2. *erat*. illud. ceteri Codd. tuentur. *atque Latinis*, Sen. 1. Bas. 2. inc. Fabr. Vin. 2. Guelf. 2. 7. 9. 12. Tur. 1. Bern. 2. 3. *et Latini*. omnes Leid. Bas. 1. 4. Tur. 2. Bern. 1. *et psallere saltare*. Leid. n. *saltare atque cantare*, Erl. *psallere et psaltare*. Guelf. 2. Sen. 1. *psallere, saltare, canere, cantare*. Bern. 2.

omnia quam decus atque pudicitia fuit: pecuniæ an famæ minus parceret, haud facile discerneres: lubido sic accensa, ut sæpius peteret viros quam peteretur. Sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abiuraverat, cædis conscia fuerat, luxuria atque inopia præceps abierat. Verum ingenium eius haud absurdum; posse versus facere, iocum movere, sermone uti vel modesto, vel molli, vel procaci; prorsus multæ facetiæ multus-
que lepos inerat. His rebus comparatis, Catilina nihilo minus in 26
proxumum annum consulatum petebat, sperans, si designatus foret, facile se ex voluntate Antonio usurum. Neque interea quietus erat, sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni. Neque illi tamen ad cavendum dolus aut astutiæ deerant. Namque a principio consulatus sui, multa pollicendo per Fulviam, effecerat, ut Q. Curius, de quo paullo ante memoravi, consilia Catilinæ sibi proderet. Ad hoc collegam suum Antonium pactione provinciæ perpulerat, ne contra rem publicam sentiret, circum se præsidia

et cantare, psallere. Guelf. 3. *psallere, salture cantare.* Guelf. 8. Leid. b. *psallere et cantare.* Ecc. Senat. 2. Heuss. inc. 1. Leid. m. Bern. 3. *psaltare et cantare.* Guelf. 6. *psallere, saltare,* meliores libri Cortii. Leid. a. h. Paris. Edit. Macrob. Saturn. 3. 14. *psallere et saltare.* Leid. c. d. e. f. g. i. k. l. omnes Bas. Tur. 1. 2. Bern. 1. 3. *lux. sunt : sunt* locum mutat in Guelf. 2. 6. Fabric. 2. Ecc. *instr. quæ lux.* (om. *sunt*) Bern. 2. *dec. atque pud. fuit.* Rem. Fabr. Paris. a. c. d. Sen. 1. Bas. 1. 2. Guelf. 1. 2. 5. Teg. Leid. n. (m. pr.) Tur. 1. Bern. 1. 3. *fuere.* omnes Leid. Tur. 2. Bas. 3. 4. Bern. 2. *lubido sic accensa.* Guelf. 1. 5. Sen. 1. Fabr. 1. Tur. 1. (m. pr.) Serv. ad. Aen. 6. 525. *discerneres.* omnes Leid. Bas. Erl. Teg. Tur. Bern. *decerneres.* Cortius et Edit. Paris. *posse v. f. : posse* non exstat in Sen. 2. Heuss. locum mutat in Bas. 4. *lepos* laudat Charis. p. 189. Ed. Putsch. *inerant.* Palat. 7. 9. Vinar. 2. inc. 2. Leid. c. g. Teg. Tur. 1. *facetiæ* sales *m. l.* Teg. Tur. 1.

Cap. 26. *des. consul.* Erl. Leid. d. h. Bas. 3. 4. Leid. c. d. Bern. 3. *d. f. c.* Leid. g. n. Bern. 2. *Fulv. fecerat.* Guelf. 5. *commemoravi.* Teg. Vin. 2. Heuss. Struv. Leid. d. k. Tur. 1. Bern. 1. 3. *perpulerat.* vetustissimi Codd. *pepulerat.* Guelf. 1. Bas. 3. *perpepulerat.* Fabric. 2. Ecc. m. sec. *protulerat.* Guelf. 4. *compulerat.* Ac. *propulerat.* inc. Rem. 1. Guelf. 2. 3. 6. 9. 11. 12. Bas. 2. Struv. Vin uterq. Bas. 4. Bern.

amicorum atque clientium occulte habebat. Postquam dies comitiorum venit, et Catilinæ neque petitio, neque insidiæ, quas Consuli in campo fecerat, prospere cessere; constituit bellum facere et extrema omnia experiri, quoniam quæ occulte temptaverat, as-
27 pera fœdaque evenerant. Igitur C. Manlium Fæsulas atque in eam partem Etruriæ, Septimium quemdam Camertem in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam dimisit; præterea alium alio, quem ubique opportunum sibi fore credebat. Interea Romæ multa simul moliri; Consuli insidias tendere, parare incendia, opportuna loca armatis hominibus obsidere: ipse cum telo esse, item alios iubere: hortari, uti semper intenti paratique essent; dies noctesqne festinare, vigilare, neque insomniis neque labore fatigari. Postremo ubi multa agitanti nihil procedit, rursus intempesta nocte coniurationis principes convocat per M. Porcium Læcam: ibique multa de ignavia eorum questus, docet, „se Manlium præmisisse ad eam multitudinem, quam ad capiunda arma paraverat; item alios in alia loca opportuna, qui initium belli fa-

1. 3. *remp. desentiret.* Bas. 1. *dissentiret* pauci et viliores mscrpt. Leid. d, e. Tur. 2. Bern. 2. *consentiret* Erl. *clientum.* Bern. 1. 2. 3. Tur. 2. Bas. 3. 4. *petitiones.* inc. Sen. 1. Fabric. Erl. Teg. Leid. a. c. e. f. h. k. m. Guelf. 1. 2. 7. 9. 10, 11, 12. Ac. Vin. 2. Bas. 2. 3. 4. Paris. b. Tur. 1. 2. Bern. 2. *consulibus in campo.* ita Fabr. Naz. Comm. Palat. 2. 3. Leid. l. Heuss. Sen. 2. Guelf. 1. 2. 5. 10. Tur. 1. Teg. *consulibus f.* Ac. Bas. 3. Erl. Leid. c. *consuli in c. f.* Sen. 1. Bas. 2. Edit. Paris. Bern. 3. *quas consuli fecerat.* ceteri Cortii et Gruteri libri. Leid. a. b. e. h. k. m. Bas. 1. 4. Tur. 2. Bern. 1. 2. *prospere concessere.* Bas. 1. *temptaverat.* Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. Bern. 3.

Cap. 27. *Mallium Fesulas.* Erl. Tur. 2. *dimisit* ita plurimi Cod. *misit.* Sen. 2. Heuss. Rem. 1. Struv. Vinar. 2. Ecc. Guelf. 6. 7. 8. 11. Erl. Leid. a. b. c. d. g. k. plures Wassii. Tur. 2. omnes Bas. Bern. 2. *opportunum sibi fore.* ita Codd. sed in Guelf. 12. m. pr. fore omisit, et Fabr. 2. *fieri* exhibet. pro *sibi*, Guelf. 10. *ei* in multis locum mutat. *fore sibi.* inc. 2. Guelf. 5. *q. s. ub.* Guelf. 4. 11. *cr. s.* Guelf. 6. *s. opp.* Guelf. 9. 12. *multas simultates.* Sen. Heuss. Guelf. 10. Fabr. 2. m. sec. Bas. 4. Tur. 1. *simult. m.* Fab. 1. *simul* abest etiam Arond. Pemb. Bas. 3. *multas moliri.*

cerent; seque ad exercitum proficisci cupere, si prius Ciceronem oppressisset: eum suis consiliis multum obficere." Igitur perterri- 28
tis ac dubitantibus ceteris, C. Cornelius, eques Romanus, operam suam pollicitus, et cum eo L. Vargunteius Senator, constituere ea nocte paullo post cum armatis hominibus, sicuti salutatum introire ad Ciceronem ac de improviso domi suæ imparatum confodere. Curius ubi intellegit, quantum periculi Consuli impendeat, propere per Fulviam Ciceroni dolum, qui parabatur, enunciat. Ita illi ianua prohibiti, tantum facinus frustra susceperant. Interea Manlius in Etruria plebem sollicitare, egestate simul, ac dolore iniuriæ novarum rerum cupidam, quod, Sullæ dominatione, agros bonaque omnia amiserat; præterea latrones cuiusque generis, quorum in ea regione magna copia erat; non nullos ex Sullanis colonis, quibus lubido atque luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant. Ea quum Ciceroni nunciarentur; ancipiti 29
malo permotus, quod neque urbem ab insidiis privato consilio longius tueri poterat, neque exercitus Manlii quantus aut quo consilio

Rem. 1. *consulibus.* Vin. et Fabr. Bas. 1. Tur. 1. Sen. 2. Heuss. Guelf. 1. 2. 3. Leid. c. g. i. *insomnis.* Sen. 1. Heuss. Struv. Vin. uterq. Bern. 3. *intenti parati.* Fabr. 1. Sen. 2. et duo alii. *officere multum.* Erl.

Cap. 28. *domi suæ* delet Guelf. 6. *domus s.* Tur. 2. *suæ* omiserunt Rem. 1. Vin. 1. Guelf. 11. Sen. 1. Comm. Naz. *domui suæ.* Palat. 7. unus Wassii aliquot Ausonii Popmæ. inc. 2. Ecc. Vin. 2. Guelf. 3. Fabr. 2. (m. sec.) *intellegit.* Bas. 1. Fabr. 1. Sen. 1. Guelf. 5. Erl. Teg. Paris. c. d. Tur. 1. Bern. 1. *intelligit.* Leid. a. i. k. l. m. n. *intellexit.* Cod. Ursini. Bas. 2. 4. inc. Struv. Vin. 2. Ecc. Guelf. 2. 7. 8. 10. Paris. b. m. sec. Bern. Leid. b. c. d. e. f. g. h. *quantum periculi.* inc. 1. Sen. 2. Guelf. 2. 9. 11. Tur. 2. Leid. h. Bern. 2. 3. *quant. periculum.* Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. Bern. 1. *impendeat.* Paris. c. meliores Cortii. Bas. 1. 4. Tur. 1. Bern. 1. *impendat.* Guelf. 4. 2. 5. Vin. 2. *impenderat.* Guelf. 10. Leid. f. Struv. .... ant Bas. 2. *impendebat.* Ursini. Rem. 1. Ecc. Guelf. 6. 7. 8. Paris. e. et b. m. pr. Tur. 2. Bern. 2. 3. Leid. a. b. *impendisset.* Rem. 2. Paris. d. *Ciceroni dol. Cic.* om. Fab. 2. Bern. 1. *fecerat.* recentiores Cortii mscrpt. Bas. 1. m. pr. Tur. 2. *relinqui.* Vin. 2. m. sec. emendavit. *fec. reliqui.* Erl.

foret, satis compertum habebat, rem ad senatum refert, iam an-
tea volgi rumoribus exagitatam. Itaque, quod plerumque in atro-
ci negotio solet, Senatus decrevit, darent operam consules, ne
quid respublica detrimenti caperet. Ea potestas per Senatum,
more Romano, magistratui maxuma permittitur, exercitum para-
re, bellum gerere, coercere omnibus modis socios atque cives:
domi militiæque imperium atque iudicium summum babere; ali-
30 ter, sine populi iussu, nulli earum rerum Consuli ius est. Post
paucos dies L. Sænius Senator in Senatu literas recitavit, quas
Fæsulis allatas sibi dicebat: in quibus scriptum erat, C. Manlium
arma cepisse, cum magna multitudine, ante diem VI. Kalendas
Novembris. Simul id, quod in tali re solet, alii portenta atque
prodigia nunciabant, alii conventus fieri, arma portari, Capuæ
atque in Apulia servile bellum moveri. Igitur Senati decreto Q.

Cap. 29. *Itaque, ita* Teg. *fieri solet.* inc. Struv. Vin. 2. Ac. Guelf. 4. 6. 7. 8. 11. Leid. b. c. g. Erl. Bern. 2. 3. *sol. fi.* Leid. a. e. h. m. n. Bas. 2. 3. 4. *ut darent.* Guelf. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Fab. 2. inc. 1: Rem. 1. Ac. Ecc. Struv. Vin. uterq. Bas. 3. Bern. 1. 2. 3. Leid. a. e. d. f. g. n. *uti.* Leid. b. *detr. resp.* Teg. *nulli.* Heuss. Sen. 2. Struv. Vinar. 2. Guelf. 5. 3. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. inc. Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. *nullius.* Rem. uterq. Sen. 1. Ac. Ecc. Guelf. 1. 2. 4. Vin. 1. duo Rivii Palat. 1. 2. Comm. plures Wassii libri. Tur. 1.

Cap. 30. *allatas.* Bas. 1. 3. Tur. 1. 2. Bern. 3. *Kalendarum Novembrium.* Vin. 2. inc. 2. Ecc. Guelf. 11. 12. Bas. 1. 4. *Novembris* integre scribunt Guelf. 1. 3. 5. 9. Heuss. Struv. Tur. 2. *fieri solet.* incert. 1. Bas. 4. Struv. Acad. Eccard. Tur. 2. Rem. 1. Guelf. 4. 7. 8. 12. Erl. Leid. b. *solet fieri.* Leid. h. c. m. *alii arma.* Guelf. 3. 9. Bas. 4. *atque Apulia.* Fabric. 2. Bas. 2. *Senatus decr.* omnes libri excepto Rivii libro, ubi pr. m. *i* scripserat. *sed senati* scribendum esse testis est Nonius. 8. 10. et 50. cfr. Donat. ad Andr. 2. 2. 28. ad. Hecyr. 3. 2. 21. *circumque ea loca* omnes fere libri. *et circum ea.* incert. 2. Eccard. *missi sunt.* Erlang. Bas. 2. 3. Leid. b. c. g. m. Tur. 2. Bern. 3. *sunt miss.* Bas. 4. Leid. e. *ii utrique* ex meis. Leid. a. e. f. h. i. Edit. Parisin. *hii.* Guelf. 1. Erl. *hi.* Teg. Leid. l. Serv. ad Aen. 1. 94. *multi pronomen* omittunt. ita Bas. 1. 3. Leid. b. d. g. m. Bern. 1. *nam utrique.* Bas. 2. 4. Leid. e. n. *namque utr.* Tur. 2. *nam hi utrique.* Bern. 2. *utrique imp.* Leid. b.

Marcius Rex Fæsulas, Q. Metellus Creticus in Apuliam circumque
ea loca missi: hi utrique ad urbem Imperatores erant, impediti,
ne triumpharent, calumnia paucorum, quibus omnia hone-
sta atque inhonesta vendere mos erat. Sed Prætores Q. Pom-
peius Rufus Capuam, Q. Metellus Celer in agrum Picenum;
hisque permissum, uti pro tempore atque periculo exercitum
compararent; ad hoc, si quis indicavisset de coniuratione, quæ
contra rempublicam facta erat, præmium servo libertatem et se-
stertia centum: libero impunitatem eius rei et sestertia ducenta;
itemque decrevere, uti gladiatoriæ familiæ Capuam et in cetera
municipia distribuerentur pro cuiusque opibus: Romæ per totam
urbem vigiliæ haberentur, iisque minores magistratus præessent.
Quibus rebus permota civitas, atque immutata urbis facies erat; 31
ex summa lætitia atque lascivia, quæ diuturna quies pepererat,

c. d. g. m. n. *calupnia*. Bas. 1. 2. 4. *iisque permissum*. Guelf. 5. Erl. *hiisque* Bern. 2. *hisque perm.* Teg. Bas. 1. m. sec. Bas. 2. 4. omnes Leid. Tur. 1. 2. Bern. 3. *perm. est.* Leid. b. f. g. i. m. Bas. 2. 3. Bern. 3. *indicasset*. Teg. Bas. 3. Tur. 1. Bern. 1. Leid. k. *præmium decrevere*. inc. 1. Bas. 2. Tur. 2. Fabr. 2. Sen. 1. Ac. Ecc. Erl. Leid. i. n. *præmia decr.* Struv. Heuss. Guelf. 7. 8. Teg. Bern. 2. 3. Vin. 2. *decrevere* inter lineas. Guelf. 2. 4. *decr. præm.* Bas. 3. *præm. constituere ei dare*. Guelf. 6. *simul decrevere servo libertatem libero impunitatem et sestertiorum CC. milia*. Tur. 1. *sestertia centum*. Guelf. 5. Bas. 1. Vin. 1. deest in Teg. Leid. e. *sextertia*. Guelf. 3. 6. 7. 9. 10. inc. Struv. Sen. 1. Bas. 3. Ecc. *et centum sextercia. et senatus consulto libero*. Tur. 2. *sextaria*. Guelf. 8. Ac. *præmia, libertatem servo et centum sestertia*. Bern. 1. *s. c.* Rem. 1. Guelf. 11. *ex senatus consulto*. Guelf. 1. 2. *ducenta milia sestertiorum*. Sen. 2. Heuss. *libert. centum*. Bern. 3. *servo libertatem libero* etc. Vin. uterq. Bas. 2. *sestertia ducenta*. hæc optim. Codd. lectio. *sestertiorum ter ducenta milia*. Guelf. 1. 2. Par. a. Fabr. 1. Sen. 2. Heuss. Vin. 2. Accad. *sestertia ducenta milia*. Guelf. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 11. Leid. l. Bern. 1. inc. Remens. omnes Bas. Struv. Vin. 2. Paris. d. Ecc. *duc. mil. sestertia*. Bern. 3. Erl. *sestertiorum CC. milia*. Fab. 2. Guelf. 10. Teg. Bern. 2. ita et Guelf. 5. a pr. m. emendatum. *Itemque decrevere*. omnes fere libri. *itaque decr.* Bas. 1. 2. *hisque min.* Erl. Bas. 1. Tur. 2. Bern. 3. *hiisque*. Bas. 4.

Cap. 31. *facies erat: erat* omiserunt Ecc. Bodl. Erl. Edit. Paris. *fac. urbis*. omnes Leid. *urbis facies*. hoc ordine Cort. ex vetustissimis edidit. Ita Teg. Edit. Pa-

repente omnis tristitia invasit; festinare, trepidare; neque loco, nec homini cuiquam satis credere; neque bellum gerere, neque pacem habere: suo quisque metu pericula metiri. Ad hoc mulieres, quibus reipublicæ magnitudine belli timor insolitus incesserat, adflictare sese, manus supplices ad cælum tendere, miserari parvos liberos, rogitare, omnia pavere; superbia atque deliciis omissis, sibi patriæque diffidere. At Catilinæ crudelis animus eadem illa movebat, tamen etsi præsidia parabantur et ipse lege Plautia interrogatus erat ab L. Paullo. Postremo dissimulandi caussa aut sui expurgandi, sicuti iurgio lacessitus foret, in Senatum venit. Tum M. Tullius Consul, sive præsentiam eius timens, sive ira commotus orationem habuit luculentam atque utilem reipublicæ: quam postea scriptam edidit. Sed, ubi ille adsedit,

ris. Bas 1. 2. Tur. 1. Mark. r. A. Martin. Bern. 1. 2. 3. *quam diut.* Guelf. 9. Bas. 4. *nec homini.* Sen. 1. Ac. Erl. *pro suo quisque.* Guelf. 7. *reipublicæ pro magnitudine.* inc. 1. Ac. Ecc. Bas. 2. Leid. n. *reip. præ mag.* Bern. 1. *incesserat.* Cortius expunxit. omisit et edit. Paris. *rogitare deos.* Rem. 1. Ac. Bas. 3. 4. Erl. Paris. b. Leid. a. b. e. f. h. m. n. Bern. 1. 2. 3. inc. Guelf. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Ecc. Tur. 2. recentiores Gruteri. *tamen etsi.* Rem. 1. Guelf. 4. 6. Teg. *ab lege Plautia.* Guelf. 5. *lege Plautica.* Ecc. Guelf. 1. 2. *l. Plautitia.* Ac. Bas. 1. inc. Rem. 1. Guelf. 4. 8. 9. *Plautitia l.* Erl. *interrogatus erat.* Teg. Edit. Paris. Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. 2. omnes Leid. exc. h. Bern. 2. 3. haud dubie et multi Cortii libri. *aut sui exp.* aliquot Gruteri et Wassii mss. Struv. Vin. 2. inc. 2. Rem. 2. Bas. 1. 3. 4. Guelf. 7. 8. 10. 11. 12. omnes Paris. Leid. c. e. f. g. h. i. m. n. Mark. A. Bern. 2. 3. *ac sui exp.* inc. 1. Guelf. 3. 4. Leid. k. *vel sui.* B. Pub. *quasi sui.* Pemb. Arond. *et sui.* Ecc. Fabric. 2. Guelf. 9. Leid. a. *et ut sui.* Guelf. 1. 5. Bas. 2. Senat. uterq. Viner. 1. Tur. 1. m. pr. Leid. l. meliores Palatini. *ut* sine *et.* Tur. 2. *ut* etiam Guelf. 2. Fabric. 1. m. pr. inde Cort. suum *atque* consarcinavit. quod Erl. et Teg. exhibere videntur. *quasi iurgio* Leid. l. *seu ira..* Sen. 1. Edit. Paris. *ad simulanda omnia.* Sen. 1. *postulare cœpit.* ita multi libri Vin. uterq. Heus. Struv. Erl. *post cœp. patres.* Ecc. *postulare patribus* (*vel ut patres.* m. pr.) *cœp.* Tur. 1. *post. patres cœpit.* Leid. l. Palat. 2. *post. cœp. ne quid.* Bas. 3. *post. patr. cœpit ne.* Vin. 1. Teg. *post a patrib. conscriptis.* Leid. c. e. g. i. Comm. *post. patribus centum.* Guelf. 1. *post. patribus C.* Naz. *postulare a patr. c.*

Catilina, ut erat paratus ad dissimulanda omnia, demisso voltu,
voce supplici postulare, „Patres conscripti ne quid de se temere
crederent: ea familia ortum, ita ab adulescentia vitam instituis-
se, ut omnia bona in spe haberet: ne æstumarent, sibi, patricio
homini, cuius ipsius atque maiorum plurima beneficia in plebem
Romanam essent, perdita republica opus esse, quum eam serva-
ret M. Tullius inquilinus civis urbis Romæ." Ad hoc maledicta
alia quum adderet, obstrepere omnes, hostem atque parricidam
vocare. Tum ille furibundus: „Quoniam quidem circumventus,
inquit, ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina restin-
guam." Dein se ex curia domum proripuit, ibi multa ipse secum 32
volvens, quod neque insidiæ consuli procedebant, et ab incen-
dio intellegebat urbem vigiliis munitam, optumum factum credens,

vulgo editum. ita Paris. a. b. e. Bas. 2. Leid. a. b. d. f. h. k. Bern. 1. 2. sed *a* omiserunt Bas. 1. 4. Sen. 1. Fabr. uterq. Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. 9. 10. 11. 12. Paris. c. d. Tur. 2. *ortum.* alii mss. addunt *se,* alii *dicebat.* sed neutrum meliores Codd. exhibent. *ita se ab.* Bas. 1. 2. 4. Tur. 2. Leid. c. d. e. g. h. i. k. l. Bern. 1. 2. m. sec. *ne æstumarent.* quinque Palatini. uterque Fabr. Commel. Vin. Rem. Sen. Bas. 1. 2. Ac. Heuss. Ecc. Guelf. 1. 2. 5. 6. Tur. 1. *existimarent* ceteri. *neque exist.* Guelf. 11. inc. 1. Leid. a. b. g. n. Bern. 3. *ad hoc.* Fabr. 1. Sen. 1. uterq. Rem. et Vin. Bas. 1. 2. 3. Erl. Teg. Edit. Paris. Guelf. 5. 1. 2. Rivii mss. Leid. i. l. m. n. *ad hæc* ceteri *strepere.* Fabr. 1. 2. Vin. 1. 2. inc. 2. Bas. 2. Sen. 2. Heuss. Guelf. 2. 3. Ac. m. pr. Teg. Leid. k. *restinguam.* Guelf. 1. 2. et 3. 6. m. pr. Struv. Ac. Sen. 1. Leid. k. l. c. Bern. 1. 3. plurimi Gruteri Codd. *restringam.* Vin. 2. Guelf. 4. *exstinguam* ceteri. Erl. Teg. Bas. 1. 2. 4. Tur. 1. Leid. a. h. b. m. d. g. e. f. n. Bern. 2. Comm. *ruina vestra.* Guelf. 6. 9. 11. Bas. 2. Struv. Ac. Bas. 2. Tur. 2. Leid. m. Bern. 3. *vestra ruina.* Bas. 4. Leid. a. h. Bern. 1. 2. alii *nostra,* alii *vestri.*

Cap. 32. *deinde.* Teg. Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 2. Bern. 1. 2. 3. *secum* delet Guelf. 6. *ipse.* deest Guelf. 2. inc. 1. Ecc. Bas. 2. Sen. 1. Vin. 2. Ac. Tur. 2. Bern. 2. Leid. c. e. i. *multa ipse secum.* Struv. Guelf. 1. 5. 12. Bas. 1. 3. Vin. 1. Fabr. 1. et ita Gruter. et plurimi Leid. *ipse multa secum.* Guelf. 10. 11. Heus. Sen. 2. Erl. *m. sec. ip.* multi Cortii libri. *opt. factum.* Ac. Guelf. 8. 10. ita ediderunt Gruter. Pareus. Was-

exercitum augere, ac prius quam legiones scriberentur, multa antecapere, quæ bello usui forent; nocte intempesta cum paucis in Manliana castra profectus est. Sed Cethego atque Lentulo ceterisque, quorum cognoverat promptam audaciam, mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirment, insidias consuli maturent, cædem, incendia aliaque belli facinora parent: sese prope diem cum magno exercitu ad urbem accessurum. Dum hæc Romæ geruntur, C. Manlius ex suo numero legatos ad Marcium Regem mittit, cum mandatis huiuscemodi:

33 „Deos hominesque testamur, Imperator, nos arma neque contra patriam cepisse, neque quo periculum aliis faceremus, sed uti corpora nostra ab iniuria tuta forent; qui miseri, egentes, violentia atque crudelitate fœneratorum plerique patriæ, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus; neque cuiquam nostrum licuit, more maiorum, lege uti, neque amisso patrimonio, liberum corpus habere: tanta sævitia fœneratorum atque Præto-

sius. Erl. Leid. a. b. c. d. e. f. l. Bas. 3. Tur. 2. *multa antecapere, quæ* etc. hæc optimorum Codd. lectio. *multo prævenire antecapere ea.* Fabric. 1. *multo prævenire et antec. ea.* Fabr. 2. *multa loca antec.* Tur. 2. *mult. antec. loca.* Leid. m. *multa prævenire antec. ea.* Guelf. 9. *multa antec. ea.* Guelf. 1. 2. Heuss. Vin. 2. Tur. 1. Bern. 3. Leid. e. g. h. l. n. *multa prævenire cupere ea.* Leid. i. *ut quibus reb.* Guelf. 7. Vin. 2. Bern. 3. Leid. c. d. n. *opes copiis.* Ecc. *legatos.* in Fabr. 1. Tur. 1. et Guelf. 3. alia manus adiecit. locum mutat in Paris. a. *suo nomine legatos.* Bern. 1. *sui nomin.* Leid. g.

Cap. 33. *neque quod.* Fabr. 2. Rem. 2. Guelf. 3. *periculum alicui.* Rem. 1. *periculum homini.* Guelf. 3. *ab iniuriis.* Fabric. 2. Guelf. 9. Bas. 4. Leid. h. *patriæ.* Naz. Commel. Rem. 1. Paris. a. c. Leid. a. b. c. d. e. f. g. i. k. l. Ac. Sen. 1. Guelf. 4. Bas. 1. 4. Erl. *atque fortuna.* Fab. uterq. Vin. 1. Sen. 2. Ac. m. pr. Bas. 3. Teg. Tur. 2. Bern. 1. Leid. a. *maiores nostri.* omnes fere Codd. *mai. vestri.* Heus. Sen. 2. Par. a. c. d. Gell. (20. 6.) *vestrum* genuinam lectionem fuisse docet. *maiores* (omisso *nostri*) Teg. *miserti.* Rem. 2. inc. Ac. uterq. Fabr. Bas. 1. 2. 3. 4. omnes Parisin. Sen Vin. Guelf. 1. 3. 4. 6. 9. 10. 11. 12. Tur. 2. Bern. 1. 2. 3. Leid. m. n. *miseriti.*

ris fuit. Sæpe maiores vestrum, miseriti plebis Romanæ, decretis suis inopiæ eius opitulati sunt: ac novissume memoria nostra, propter magnitudinem æris alieni, volentibus omnibus bonis, argentum ære solutum est. Sæpe ipsa plebes, aut dominandi studio permota, aut superbia magistratuum, armata a patribus secessit. At nos non imperium neque divitias petimus, quarum rerum caussa bella atque certamina omnia inter mortalis sunt; sed libertatem, quam nemo bonus, nisi cum anima simul amittit. Te atque Senatum obtestamur, consulatis miseris civibus; legis præsidium, quod iniquitas Prætoris eripuit, restituatis; neve eam nobis necessitudinem imponatis, ut quæramus, quonam modo, maxume ulti sanguinem nostrum, pereamus."

Ad hæc Q. Marcius respondit: „Si quid ab Senatu petere vel- 34
lent, ab armis discedant, Romam supplices proficiscantur: ea mansuetudine atque misericordia Senatum Populumque Romanum semper fuisse, ut nemo umquam ab eo frustra auxilium pe-

Guelf. 2. 5. 7. 9. Teg. Tur. 1. m. pr. Leid. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. Fabric. et Merseb. Rivii. *inopiæ eius: eius* delet Rem. 1. edit. Paris. in aliis locum mutat. *communi ære.* seu *ær. com.* inc. Sen. 2. Heus. Struv. omnes Bas. Tur. 2. Bern. 1. 2. 3. Leid. a. b. d. e. f. g. h. k. Vin. 2. Guelf. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. aliquot præpos. *ex* vel *de* addunt. *ære.* Teg. Paris. a. c. d. e. multi Cortii libri. Tur. 1. Leid. c. i. l. m. n. Nonius 4. 419. *plebes.* ita Gruter. edidit. Codd. non addicunt. *non imp. non divitias.* Bas. 3. Leid. h. *certamina omnia. omnia* omittunt Guelf. 4. 9. *omnino.* Guelf. 3. Erl. *nemo bonus umquam.* Bas. 2. *amisit.* Rem. 2. Ecc. Ac. Leid. a. b. h. *simul* deest in Guelf. 3. 6. locum mutat. Tur. 1. Bern. 3. *nobis eam: nobis* ignorant Ecc. Vin. 2. Erl. Leid. c. Edit. Paris. *necessitatem.* Merseb. Rivii. Bern. 3. 1. Leid. b. *ut quæramus* inter lineas habet. Guelf. 3. *ulti maxime.* Vin. 1. Tur. 1. Teg. Erl. Edit. Paris. *maxime pereamus.* Sen. 2. Heuss.

Cap. 34. *respondit* delet Arondel. Guelf. 11. *petere velint.* Bas. 2. 3. Leid. d. h. item m. qui *petere* omisit. *senatum populi Romani.* ita plurimi Cortii Codd. *senatum p. r.* plures Leid. Bern. 2. Bas. 1. *sen. pop. romanumque.* Bas. 2. *senatum P. Q. R.* Guelf. 1. Bas. 3. 4. inc. 1. Tur. 1. opt. Leid. Bern. 1. 3. Fabric. Rivii. *sen.*

tiverit." At Catilina ex itinere plerisque Consularibus, præterea optumo cuique, litteras mittit: „Se falsis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum resistere nequiverit, fortunæ cedere, Massiliam in exilium proficisci: non quo sibi tanti sceleris conscius esset, sed uti respublica quieta foret; neve ex sua contentione seditio oriretur." Ab his longe divorsas literas Q. Catulus in Senatu recitavit, quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat; earum exemplum infra scriptum est.

35 „L. Catilina Q. Catulo. Egregia tua fides re cognita, grata mihi, magnis in meis periculis fiduciam commendationi meæ tribuit. Quamobrem defensionem in novo consilio non statui parare: satisfactionem ex nulla conscientia de culpa proponere decrevi: quam, me Dius fidius, veram licet cognoscas. Iniuriis contu-

remp. Tur. 2. *non quod sibi.* Guelf. 7. 9. Fabric. 2. Leid. h. *esset*. omiss. Cort. Edit. Paris. Erl. Teg. *consc. esset*. Bas. 1. 2. 3. omnes Leid. Tur. 1. Bern. 1. 2. 3. haud dubie et Pal. *esset consc*. Bas. 4. Tur. 2. *div. litteras: litt.* abest Leid. k. *Q. Catullus*. Guelf. 1. *Q. Catellus*. Vinar. 1. *in senatum*. Bas. 1. Leid. n. *quas - dicebat.* omisit Fabr. 2. *sub nomine*. Guelf. 3. 7. 8. *script. est: est* mutat locum in Guelf. 6. delent Erl. Teg. Edit. Paris. Bas. 2.

Cap. 35. *S*. abest ab omnib. Leid. Sen. 1. Bas. 1. inc. 2. Guelf. 4. 3. 12. Rem. uterq. Palat. 9. 10. *salutem* omnibus litteris Guelf. 1. 2. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. inc. 1. Vin. uterq. Ac. Struv. Fabriciani. Heuss. Ecc. *S. Q. Cat*. Erl. Teg. Tur. 1. 2. ita et Pal. vetustiores. *salut. dicit* Vaticanus, qui solas orationes continet. *grata mihi magnis in meis peric.* hæc omnium fere Codd. lectio. *meis* delet Paris. c. *in* omissum Guelf. 6. *magis in magnis peric.* Vin. 2. *magnis in nostris*. Guelf. 11. *in meis mag.* Teg. Bern. 2. *consilio novo*. ita Gruter. Wass. et Leid. *agnoscas*. Heuss. Sen. 2. Martin. Edit. Paris. *non quia*. plurimi libri. Bas. 4. Leid. e. f. k. l. n. m. plures Palatini. Bern. 3. *non quin*. Guelf. 1. Vinar. 1. præterea Fabr. 1. et Guelf. 5. m. pr. Bas. 1. 2. 3. Pal. 5. 3. 12. Leid. a. c. g. i. Bern. 1. *non quod*. Leid. b. d. h. Bern. 2. *meis nominibus sumtum*. Heuss. Sen. 2. Leid. a. d. Pal. 3. 12. Arond. inc. Bas. 2. 3. Struv. Rem. 1. Tur. 2. Bern. 2. Guelf. 6. 8. 9. 10. 11. 12. Vin. 2. Erl. Teg. *sumtum ex meis nom*. Guelf. 7. Leid. m. *s. m. nom*. Bas. 4. Leid. e. Bern. 1. *non possem*. Leid. c. d. e. g. k. l. h. Bas. 3. 4. Bern. 2. *cum etiam alienis* inc. *cum ex alienis*. Bas. 3. Leid.

meliisque concitatus, quod fructu laboris industriæque meæ privatus, statum dignitatis non obtinebam, publicam miserorum caussam pro mea consuetudine suscepi: non quin æs alienum meis nominibus ex possessionibus solvere possem; quum et alienis nominibus liberalitas Orestillæ suis filiæque copiis persolveret: sed quod non dignos homines honore honestatos videbam, meque falsa suspicione alienatum esse sentiebam. Hoc nomine satis honestas, pro meo casu, spes reliquæ dignitatis conservandæ sum sequutus. Plura quum scribere vellem, nunciatum est, vim mihi parari. Nunc Orestillam commendo tuæque fidei trado; eam ab iniuria defendas, per liberos tuos rogatus; haveto."

Sed ipse paucos dies commoratus apud C. Flaminium in 36
agro Arretino, dum vicinitatem, antea sollicitatam, armis exor-

m. *cum es al.* Tur. 2. *nominib.* delet. Leid. n. *sed et alienis.* Guelf. 1. Bas. 1. Sen. 2. Heus. Naz. *alienis iis.* Bern. 1. m. pr. *et alienis.* (*cum* inter lineas) Guelf. 5. Vin. 1. Ecc. Palat. 3. Tur. 1. *cum et al.* Teg. Bas. 2. Palat. 4. 8. 9. Bern. 1. Tur. 1. *cum alien. nominib.* Fabric. 1. 2. Guelf. 6. 9. Edit. Paris. Leid. b. Palat. 7. *et cum alien.* Guelf. 7. 8. Palatin. 2. 11. 12. *sed cum alien.* Palat. 6. *cum etiam et alienis.* Palat. 5. 10. *alienatum esse.* Erl. Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. 2. omnes Leid. Palatini. Bern. 1. 2. 3. *indignos h.* Guelf. 1. 7. 11. Bas. 1. Struv. Erl. Leid. e. sed Bas. 1. addit *vel non dignos. honore honestos.* tres Rivii Codd. Tur. 2. *vim mihi parari.* ita altera et melior Codd. pars. Edit. Paris. Teg. Bas. 1. 3. Leid. c. e. f. g. k. l. Palatin. Tur. 1. *nunciatum est mihi vim p.* ita ceteri libri. Bas. 2. Leid. a. b. d. h. i. m. n. Bas. 4. Bern. 1. 2. *Orestillam commendo.* (*tibi* omisso) uterq. Vin. et Fabr. Leid. c. d. e. h. i. l. m. n. Bas. 1. 3. Tur. 1. Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 11. 12. Ac. Ecc. inc. 2. Heus. 1. Edit. Paris. *tibi comm.* Bas. 2. Bern. 1. 2. retinent et Gruter. et Wassius. *comm. tibi* Bas. 4. *eamque.* Vinar. 2. Bern. 3. *ut eam.* Guelf. 9. 10. Bas. 2. 3. Leid. b. f. Bern. 2. *ut defendas.* Bas. 4. Leid. g. n. *habeto.* Fab. 1. Naz. et Bas. 1. m. pr. etiam Bongarsiani. Teg. Tur. 1. *valeto.* Erl. Bas. 3. m. sec.

Cap. 36. *Flammam* cognomen solus Nazar. adiecit. *Arretino.* Guelf. 1. Tur. 1. *Aret.* Vin. 2. plur. quos Popma inspexit. Tur. 2. *Areat.* Guelf. 7. *Regatino.* Guelf. 11. *Reatino* ceteri. *dum civitatem.* Guelf. 7. 11. Leid. m. *in civitat. iuventutem.*

nat, cum fascibus atque aliis imperii insignibus in castra ad
Manlium contendit. Hæc ubi Romæ comperta sunt, Senatus Ca-
tilinam et Manlium hostis iudicat; ceteræ multitudini diem sta-
tuit, ante quam sine fraude liceret ab armis discedere, præter
rerum capitalium condemnatis. Præterea decernit, uti Consu-
les delectum habeant; Antonius cum exercitu Catilinam persequi
maturet; Cicero urbi præsidio sit. Ea tempestate mihi imperium
populi Romani multo maxume miserabile visum est: cui quum
ad occasum ab ortu solis omnia domita armis parerent; domi
otium atque divitiæ, quæ prima mortales putant, adfluerent;
fuere tamen cives, qui seque remque publicam obstinatis animis
perditum irent. Namque duobus Senati decretis, ex tanta multi-
tudine, neque præmio inductus coniurationem patefecerat, neque
ex castris Catilinæ quisquam omnium discesserat; tanta vis mor-
37 bi, (atque) uti tabes, plerosque civium animos invaserat. Neque
solum illis aliena mens erat, qui conscii coniurationis; sed om-
nino cuncta plebes novarum rerum studio Catilinæ incepta pro-
babat. Id adeo more suo videbatur facere. Nam semper in ci-

Leid. n. *in civitatem*. Struv. Heuss. *iuventutem*. Guelf. 3. 9. *comperta sunt*. Bas. 1. 2. 3. 4. omnes Leid. Grut. Wass. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. *sunt*. omisit Cort. edit. Paris. *ante quam diem*. inc. 2. Guelf. 11. *ante quem*. Guelf. 10. Bas. 3. Bern. 3. *sine fraude lic. ab arm. disc.* hoc ordine Bas. 1. Guelf. 1. 5. incert. Struv. Ac. Rem. uterq. Edit. Paris. Leid. h. k. m. n. *lic. ab arm. disc. s. fr.* Fabric. Heuss. Vinar. 1. tres Guelf. Teg. Leid. a. c. d. e. f. g. i. l. *et Catilin.* Teg. *Senatus discernit*. Guelf. 6. et (omisso *senatu*) Vin. 1. *sen. decrevit*. Guelf. 8. Bern. 2. *decernit sen.* Fabric. 2. *præterea decrevit*. Guelf. 7. 10. Bas. 2. Vin. 2. Leid. h. Bern. 3. *præterea uti cons. decernit*. Guelf. 9. *præterea delect. hab. decern. u. c.* Guelf. 4. *dilectum*. Erlang. *paterent*. Guelf. 11. Bas. 2. Rem. uterq. *m.* pr. *visum est*. Bas. 1. 2. 3. 4. omnes Leid. Gruter. Wass. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. *est*. omiss. Cort. *seque remque*. sic plurimi Codd. ceteri (ut supra c. 9) aut *se remque* aut *se et rem.* *neque aliquis pr. induct.* incerti et Guelf. 9. *quisquam ind.* Leid. a. *morbi, uti tabes*. tres Wassii, duo Gruteri, unus Rivii Cod. *atque* etiam in Paris. e. erasum. *atque uti tabes* ceteri. *decesserat*. Leid. a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l.

vitate, quibus opes nullæ sunt, bonis invident, malos extollunt; vetera odere, nova exoptant; odio suarum rerum mutari omnia student; turba atque seditionibus sine cura aluntur: quoniam egestas facile habetur sine damno. Sed urbana plebes, eo vero præceps erat multis de caussis. Primum omnium, qui ubique probro atque petulantia maxume præstabant; item alii per dedecora patrimoniis amissis; postremo omnes, quos flagitium aut facinus domo expulerat, ii Romam, sicuti in sentinam, confluxerant. Deinde multi memores Sullanæ victoriæ, quod ex gregariis militibus alios Senatores videbant, alios ita divites, uti regio victu atque cultu ætatem agerent, sibi quisque, si in armis foret, ex victoria talia sperabat. Præterea iuventus, quæ in agris, manuum mercede, inopiam toleraverat, privatis atque publicis largitionibus excita, urbanum otium ingrato labori prætulerat; eos atque alios omnis malum publicum alebat Quo minus mirandum, homines egentis, malis moribus, maxuma spe, reipublicæ iuxta ac sibi consuluisse. Præterea quorum, victoria Sullæ, parentes proscripti, bona erepta, ius libertatis imminutum erat, haud sane

Cap. 37. *coniurat. erant.* incert. 2. Guelf. 3. Leid. k. Bas. 3. m. sec. Bern. 2. *plebes.* Bas. 1. sed paulo post *pleps.* *qui* (inter lineas *bus*) Ecc. inde Cort. *quis* legendum censet. expressit Edit. Parisin. *præceps ierat.* incert. 1. Turic. 1. Bern. 2. in margine m. sec. *erat* ceteri. *de multis causis* longe plurimi Codd. *multis de causis.* Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 12. *ex multis causis* Fabric. 2. *præstabat.* meliores Gruteri incert. 1. Guelf. 1. Leid. l. *postremo quos.* (omisso *omnes*) tres Wassii libri Leid. h. *hi.* Teg. Bas. 1. 4. Tur. 1. *dein multi* Tur. 1. *aqua in sentinam* Acad. Bas. 2. Struv. incert. 2. Vinar. 2. Guelf. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Leid. h. n. Tur. 2. Bern. 2. 3. *aquæ.* Leid. m. *qui ex greg.* Guelf. 4. 6. inc. 2. Bas. 2. *armis foret - sperabat - prætulerat.* Rivii libri, Gruter. Wass. omnes Leid. Bas. 1. 2. 3. Tur. 2. Bern. 1. 2. *foret* Bern. 3. *foret - prætulerat.* Tur. 1. Bas. 4. *forent* inc. 1. Guelf. 10. *sperabant.* Guelf. 10. Bern. 3. Tur. 1. Bas. 4. *excitata. urb.* Fabr. 2. Ac. Guelf. 9. 10. Leid. c. f. h. i. k. *mir. est.* *est* delent Guelf. 8. 9. *quam senatus.* Sen. 1. Bas. 2. 3. Guelf. 5. 6. Ecc. Leid. i. m. item Fabric. 2. Acad. m. pr. *contur-*

alio animo belli eventum exspectabant. Ad hoc, quicumque aliarum atque Senati partium erant, conturbari rempublicam, quam minus valere ipsi malebant. Id adeo malum multos post annos in
38 civitatem revorterat. Nam postquam Cn. Pompeio et M. Crasso Consulibus tribunicia potestas restituta est, homines adulescentes, summam potestatem nacti, quibus ætas animusque ferox erat, cœpere, Senatum criminando, plebem exagitare; dein largiundo atque pollicitando magis incendere; ita ipsi clari potentesque fieri. Contra eos summa ope nitebatur pleraque nobilitas, Senatus specie pro sua magnitudine. Namque, uti paucis verum absolvam, post illa tempora quicumque rempublicam agitavere, honestis nominibus, alii, sicuti populi iura defenderent, pars, quo Senatus auctoritas maxuma foret, bonum publicum simulantes, pro sua quisque potentia certabant; neque illis modestia, neque modus contentionis erat: utrique victoriam crudeliter exercebant.
39 Sed postquam Cn. Pompeius ad bellum maritumum atque Mithridaticum missus est; plebis opes imminutæ, paucorum potentia

bare. Guelf. 7. et 5. m. pr. Bas. 3. *ideo malum.* uterq. Rem. Fab. Ecc. Heus. Vin. 1. Sen. uterq. Guelf. 1. 2. 3. 5. 11. Bas. 2. Tur. 1. 2. *quod adeo.* Bas. 3. *id id eo.* Teg. Leid. l. *ideo id mal.* Guelf. 7. *id mal.* Leid. a. k. *ideo ad. m.* Guelf. 9. *iddeo.* Bas. 1. *id adeo.* plures Cortii libri. Leid. b. c. d. e. f. g. h. i. m. n. Edit. Paris. Bas. 3. m. pr. Bern. 1. 2. 3. *id mal. adeo.* Bas. 4.

Cap. 38. *restit. est. est* delent Fabric. 2. Bas. 2. *adulescentes.* hoc loco etiam Bas. 1. Bern. 1. *ferox erat. erat* Cort. omisit. *dein larg.* vetustissimi Cortii. Bas. 1. Tur. 1. *dehinc.* Bas. 4. inc. 1. *pollicendo.* Leid. a. b. d. f. h. k. m. Tur. 2. *senatus sub specie.* plures Cortii libri. Bas. 3. 4. Leid. a. c. d. e. h. m. Erl. *verum absolvam* hæc omnium fere Codd. lectio. *verum* omisit Ecc. in quatuor Cortii libris locum mutat. *vera abs.* Heuss. Sen. 2. Bern. 3. *post illa temp.* uterque Vin. Fabric. Rem. ino. Sen. Ac. Heuss. Struv. Ecc. omnes Guelf. (exceptis 6. 9.) Bas. 1. 2. 3. 4. Leid. g. h. i. k. m. Bern. 1. 2. *certabat.* Ac. inc. 1. Vin. 1. Rem. 1. Guelf. 6. 7. 8. 11. Bern. 1. *neque illis modestia.* Cort. pronomen delevit. item Edit. Paris.

Cap. 39. *missus est. est* delet Guelf. 10. *imminutæ sunt.* ita inc. Heus. Struv.

crevit. Hi magistratus, provincias, aliaque omnia tenere: ipsi innoxii, florentes, sine metu ætatem agere, ceterosque iudiciis terrere, quo plebem in magistratu placidius tractarent. Sed ubi primum dubiis rebus novandis spes oblata est, vetus certamen animos eorum arrexit. Quod si primo prælio Catilina superior, aut æqua manu discessisset; profecto magna clades atque calamitas rempublicam oppressisset; neque illis, qui victoriam adepti forent, diutius ea uti licuisset, quin defessis et exsanguibus, qui plus posset, imperium atque libertatem extorqueret. Fuere tamen extra coniurationem complures, qui ad Catilinam initio profecti sunt; in his A. Fulvius, Senatoris filius; quem retractum ex itinere parens necari iussit. Isdem temporibus Romæ Lentulus, sicuti Catilina præceperat, quoscumque moribus aut fortuna novis rebus idoneos credebat, aut per se, aut per alios sollicitabat; neque solum civis, sed cuiusque modi genus hominum, quod modo bello usui foret. Igitur P. Umbreno cuidam negotium dat, 40
uti legatos Allobrogum requirat, eosque, si possit, impellat ad

Bas. 2. 3. Guelf. 4. 10. Leid. a. b. d. e. f. m. Bern. 2. *alia omnia*. Tur. 2. *noxii*. Sen. uterq. Guelf. 1. Heuss. Naz. *ceteros iudic*. Fabr. 2. Arond. Teg. Edit. Paris. *oblata est : est* omis. Fabr. 2. Edit. Paris. *adepti sunt*. Guelf. 3. *exsanguibus ceteris*. Bas. 1. item Acad. inter lineas. *extorq*. eius loco *eriperet* Leid. l. *complures*. Bas. 3. omisit, in multis locum mutat. *quam plures*. Guelf. 9. 10. *in his erat : erat* exulat ab Ac. Edit. Paris. *prænomen A*. multi libri omittunt. Bas. 1. 2. 3. 4. plur. Leid. Tur. 2. Bern. 2. *isdem*. Bas. 1. 3. Fabric. uterq. Heuss. Sen. 1. Guelf. 1. 2. 4. 5. 6. 8. Bern. 2. *hisdem*. inc. 2. Ac. Ecc. Vin. uterq. Guelf. 3. 7. 9. 10. 11. 12. Bas. 4. Bern. 3. *cuiusquemodi*. Bas. 1. 2. uterq. Vin. Fabr. Ac. Ecc. Sen. 1. Palatini. Commel. Tur. 1. Guelf. 1. 2. 4. 5. 6. 9. Paris. c. d. e. Leid. a. b. c. d. f. g. i. l. k. *cuiuscumquemodi*. ceteri. *bello* sedem varie mutat. *bello usui foret*. Bas. 1. 3. inc. uterq. Sen. 2. Heus. Guelf. 3. 5. 10. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. *m. us. for. b.* uterq. Fabr. Vinar. Acad. Senat. 1. Guelf. 1. 2. Paris. a. b. c. d. Bas. 2. Bern. 3. *b. m. u. f.* Guelf. 11. 12. *m. u. b. f.* ceteri. Paris. c.

Cap. 40. *si posset* incerti uterque Rem. Vin. Guelf. 12. m. pr. Bas. 3. 4. *nego-*

societatem belli: existumans publice privatimque ære alieno oppressos, præterea, quod natura gens Gallica bellicosa esset, facile eos ad tale consilium adduci posse. Umbrenus, quod in Gallia negotiatus erat, plerisque principibus civitatium notus erat atque eos noverat: itaque sine mora, ubi primum legatos in foro conspexit, percunctatus pauca de statu civitatis, et quasi dolens eius casum requirere cœpit, quem exitum tantis malis sperarent? Postquam illos videt queri de avaritia magistratuum, accusare Senatum, quod in eo auxilii nihil esset; miseriis suis remedium mortem exspectare: „At ego, inquit, vobis, si modo viri esse voltis, rationem ostendam, qua tanta ista mala effugiatis." Hæc ubi dixit, Allobroges in maxumam spem adducti, Umbrenum orare, ut sui misereretur: nihil tam asperum neque tam difficile esse, quod non cupidissume facturi essent, dum ea res civitatem ære alieno liberaret. Ille eos in domum D. Bruti perducit; quod foro propinqua erat neque aliena consilii, propter Semproniam: nam tum Brutus ab Roma aberat. Præterea Gabinium accersit, quo maior auctoritas sermoni inesset: eo præsente coniurationem ape-

tiatus erat: erat omisit inc. 1. Edit. Paris. *esset*. Bern. 1. *civitatium*. Bas. 1. Fabr. 1. Naz. m. pr. Cort. omisit. *percunctatus*. mscrpt. variant. alii *percontatus* alii *perconctatus*. sec. Bern. 1. *postq. videt illos*. Rem. uterq. Bas. 1. 3. Ac. *vidit*. Fabr. 1. Guelf. 9. Vinar. 1. m. pr. *condolens*. Leid. c. d. l. Vinar. 2. Bern. 3. *nihil auxilii*. Bas. 4. Teg. Tur. 2. Bern. 2. 3. *mortem remedium*. Fabr. uterq. Vin. 1. Ac. Bas. 3. Teg. pro *exspectare sperare* legunt. Rem. 2. Vin. 1. Guelf. 1. m. pr. Commel. plur. Palat. unus Rivii. *vobis* omis. Guelf. 7. 9. *tanta ista mala*. Commel. Palat. Bas. 1. 3. uterq. inc. Vin. Fabr. plures Guelf. Sen. 1. Leid. m. n. *tanta mala ista*. ceteri. *cuncta mala*. Leid. l. *difficile esse: esse* omisit Guelf. 12. *quod non* omnes fere Codd. *quin* ex Veneto Rivius. Edit. Paris. Cort. Haverc. *ut sui*. Bas. 1. 2. 4. Tur. 1. Bern. 1. *perduxit*. Guelf. 7. Struv. Rem. 1. Leid. g. Bas. 4. *propinqua erat* omnes fere libri. *ab Roma*. Bas. 1. Leid. a. b. c. g. h. confirmat Prisc. 15. 2. p. 618. *arcessit*. Sen. 1. Struv. Guelf. 1. 3. 5. *accersit*. ceteri. *amplior inesset*. uterq. Fabric. Vinar. Guelf. 2. 4. Sen. 1. Teg. Tur. 1. Bern. 3. *deinde*. Bas. 1. 2. 3. 4. Teg. Tur. 1. 2. Bern.

rit, nominat socios, præterea multos cuiusque generis innoxios; quo legatis animus amplior esset: deinde eos pollicitos operam suam domum dimittit. Sed Allobroges diu in incerto habuere, 41
quidnam consilii caperent. In altera parte erat æs alienum, studium belli, magna merces in spe victoriæ: at in altera maiores opes, tuta consilia, pro incerta spe, certa præmia. Hæc illis volventibus, tandem vicit fortuna reipublicæ. Itaque. Q. Fabio Sangæ, cuius patrocinio civitas plurimum utebatur, rem omnem, uti cognoverant, aperiunt. Cicero, per Sangam consilio cognito, legatis præcepit, ut studium coniurationis vehementer simulent, ceteros adeant, bene polliceantur; dentque operam, uti eos quam maxume manifestos habeant. Isdem fere temporibus in Gallia cite- 42
riore atque ulteriore, item in agro Piceno, Bruttio, Apulia, motus erat. Namque illi, quos antea Catilina dimiserat, inconsulte ac veluti per dementiam cuncta simul agebant: nocturnis consiliis, armorum atque telorum portationibus, festinando, agitando omnia, plus timoris, quam periculi effecerant. Ex eo numero complures Q. Metellus Celer Prætor, ex Senati Consulto, caussa co-

1. 2. *eos pollicitos*: *eos* omisit Fabr. 2. Bas. 3. qui ita: *deinde pollicitos operam suam dare dimittit. domum.* Bas. 3. Guelf. 3. et 6. omiserunt. Edit. Paris.

Cap. 41. *in incertum hab.* Rem. uterq. Fabr. 1. Pal. 3. Bern. 1. *diu incertum* Guelf. 3. *certum præmium.* Guelf. 5. Rem. 2. Tur. 1. *ita Q. Fab.* Fabr. 1. Vin. 1. *consilio* locum mutat in Sen. 2. inc. 1. Struv. Heus. et tribus aliis Cortii. *præcepit ut* omnes fere libri. Cort. fide unius Cod. Guelf. delevit.

Cap. 42. *Bruttio.* Guelf. 1. 5. Bas. 1. inc. Sen. uterq. Vin. 1. Heuss. omnes fere Leid. *Brettio.* vetus Codd. Ursini. *nam illi.* Leid. a. b. c. d. e. f. h. i. k. n. Bern. 1. 3. *quos paulo ante.* Vin. 1. inc. 1. Fab. uterq. Bas. 2. 3. Guelf. 2. m. sec. Teg. Tur. 1. Bern. 2. *antea Catil.* hoc ordine meliores Cortii, omnes nostri. *Catil. ant.* Gruter. Wass. Haverc. Leid. *agebant* exstat in omnibus fere mscrpt. *ex sociis causa cognita.* uterq. inc. Rem. 2. Ac. Guelf. 4. 6. 7. 9. 11. 12. *ex sociis Catilinæ.* Rem. 1. Guelf. 3. 8. Tur. 2. Paris. b. e. manifesto notarum (S. C.) errore. *ex soc. latin. senat. consulto.* Bas. 4. *ex senatus consultu.* Bas. 2. Fabric. uterq. Eccard. Guelf. 1.

gnita, in vincula coniecerat; item in ulteriore Gallia C. Murena,
43 qui ei provinciæ legatus præerat. At Romæ Lentulus cum ceteris, qui principes coniurationis erant, paratis, ut videbantur, magnis copiis, constituerant, uti, cum Catilina in agrum Fæsulanum cum exercitu venisset, L. Bestia tribunus plebis, concione habita, quereretur de actionibus Ciceronis, bellique gravissumi invidiam optumo Consuli imponeret; eo signo, proxuma nocte cetera multitudo coniurationis suum quisque negotium exsequeretur. Sed ea divisa hoc modo dicebantur: Statilius et Gabinius uti cum magna manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent, quo tumultu facilior aditus ad Consulem ceterosque, quibus insidiæ parabantur, fieret: Cethegus Ciceronis ianuam obsideret, eumque vi adgrederetur; alius autem alium; sed filii familiarum, quorum ex nobilitate maxuma pars erat, parentes interficerent; simul, cæde et incendio perculsis omnibus, ad Catilinam erumperent. Inter hæc parata atque decreta Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum: illos dubitando et dies prolatando magnas opportunitates corrumpere; facto, non consul-

Vin. 1. Sen. 2. Tur. 1. *in ulteriori Gallia.* Tur. 1. qui unus omnium adhuc collatorum hanc lectionem exhibere videtur.

Cap. 43. *ut videbantur.* Naz. Commel. Guelf. 8. 10. Bas. 3. *constituerant.* Naz. Commel. Guelf. 1. 5. m. pr. inc. 1. Fabr. 1. Tur. 1. Bern. 1. 2. 3. *cum Catil. cum* omis. Guelf. 5. 6. 11. in Guelf. 3. inter lineas adpictum. quare Cort. *cum* priore loco et *exercitu* eiecit. *veniss. cum exerc.* Bern. 3. *L. Bestia tandem Romani populi concione.* Guelf. 1. lectio, ut supra. ex compendiaria scribendi ratione (*Tr. Pl.*) orta. *de actibus Cic.* Rem. 1. Bas. 2. Guelf. 2. 3. 4. 6. 8. Bern. 2. *de actione* Senat. 2. *bellique gravissimam inv.* incerti, Rem. 1. Struv. Bas. 2. Guelf. 2. 4. 6. 9. 12. Leid. a. e. f. h. k. n. Bern. 1. *signo dato.* inc. 1. Guelf. 8. Bas. 3. Struv. Vin. 2. Leid. b. c. Bern. 2. 3. *eo dato signo.* Leid. d. *suum quæque negotium.* Rem. 2. Bas. 1. Sen. uterq. Fabric. 1. Guelf. 1. 2. 4. 5. 9. m. pr. duo Rivii, Commel. Palatin. 2. 3. 5. 6. Teg. Tur. 1. *suum quemque.* Naz. Bas. 2. *exsequerentur.* Guelf. 2. m. pr. *Statilius Gabinius.* copula omissa plurimi Gruteri et Cortii libri. omnes Bas. *incenderet.* Fab.

to, in tali periculo opus esse; seque, si pauci adiuvarent, lan-
guentibus aliis, impetum in curiam facturum. Natura ferox, ve-
hemens, manu promptus erat; maxumum bonum in celeritate pu-
tabat. Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis per Gabinium cete- 44
ros conveniunt; ab Lentulo, Cethego, Statilio, item Cassio postu-
lant iusiurandum, quod signatum ad civis perferant: aliter haud
facile eos ad tantum negotium impelli posse. Ceteri nihil suspi-
cantes dant: Cassius semet eo brevi venturum pollicetur, ac paul-
lo ante legatos ex urbe proficiscitur. Lentulus cum his T. Vol-
turcium quemdam Crotoniensem mittit; ut Allobroges prius, quam
domum pergerent, cum Catilina, data atque accepta fide, socie-
tatem confirmarent. Ipse Volturcio literas ad Catilinam dat, qua-
rum exemplum infra scriptum est. „Qui sim, ex eo, quem ad te
misi, cognosces. Fac cogites, in quanta calamitate sis, et memi-
neris te virum esse; consideres, quid tuæ rationes postulent: au-
xilium petas ab omnibus, etiam ab infimis." Ad hoc mandata
verbis dat: „Quum ab Senatu hostis iudicatus sit, quo consilio
servitia repudiet? in urbe parata esse, quæ iusserit: ne cuncte-

1. Ac. Struv. inc. 2. Rem. 1. Vin. 2. Guelf. 10. 12. Teg. Bas. 4. Bern. 1. *ceterosq. quib. que* omis. Guelf. 3. Bas. 2. *eum vi adgrederetur.* inc. 2. *ex nob. magna pars erat.* Fab. uterq. Vin. 1. Guelf. 8. Erl. *erat.* omisit Tur. 1. Bern. 1. 2. *percussis omnibus.* inc. 2. Guelf. 10. Sen. 2. Struv. Bern. 2. *percusis.* Guelf. 6. 8. *facto non consultu.* Guelf. 1. Vin. 1. Teg. m. sec. *promptus erat.* omnes libri. *putare.* Bern. 1.

Cap. 44. *nihil mali susp.* inc. 2. Acad. m. pr. *nih. su. mal.* Leid. n. *cum his* omis. Guelf. 5. 9. *Volturcium.* ita meliores libri. *ut Allob.* Bas. 1. 2. 4. Tur. 1. omnes Leid. Edit. Gruter. et Wass. *atque acc.* Erl. Bas. 1. 2. 4. Bern. 1. 2. 3. omnes Leid. Edit. Gruter. et Wass. *scriptum est: erat* Guelf. 3. *qui sim* inc. 1. Fabric. 2. Struv. Bas. 1. 3. Sen. uterque Heuss. Vin. 1. Leid. i. l. plures Glareani et Palatini complures m. pr. Tur. 1. m. pr. Tur. 2. *te esse virum.* Fabr. uterq. Struv. Vin. 2. Ecc. Erl. Teg. unus Paris. *te virum esse* ceteri. *ad hæc* uterq. inc. Rem. Bas. 2. 4. Ac. Guelf. 8. Leid. e. h. *omnia parata esse* Rem. 1. Struv. Guelf. 4. 7. *omnia* addunt et Leid. h. n. Tur. 2. sed alio loco. *esse.* omis. Heuss. Sen. 2.

45 tur ipse propius accedere." His rebus ita actis, constituta nocte, qua proficiscerentur, Cicero, per legatos cuncta edoctus, L. Valerio Flacco et C. Pomptino Prætoribus imperat, uti in ponte Mulvio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant: rem omnem aperit, cuius gratia mittebantur; cetera, uti facto opus sit, ita agant, permittit. Illi homines militares, sine tumultu præsidiis collocatis, sicuti præceptum erat, occulte pontem obsidunt. Postquam ad id loci legati cum Volturcio venere, et simul utrimque clamor exortus est; Galli, cito cognito consilio, sine mora prætoribus se tradunt. Volturcius primo, cohortatus ceteros, gladio se a multitudine defendit; deinde, ubi a legatis desertus est, multa prius de salute sua Pomptinum obtestatus, quod ei notus erat; postremo timidus, ac vitæ diffidens velut hostibus, sese
46 Prætoribus dedit. Quibus rebus confectis, omnia propere per nuntios Consuli declarantur. At illum ingens cura atque lætitia simul occupavere; nam lætabatur, (intelligens) coniuratione patefacta, civitatem periculis ereptam esse: porro autem anxius

Cap. 45. *cuncta doctus.* Rem. 2. Guelf. 9. *Pomptino* Guelf. 5. Paris a. c. d. Tur. 1. m. sec. sed in hoc nomine libri mscrpt. quam maxime variant. *Promptino.* in multis meliorum legitur, ceteri genuinam lectionem magis etiam corrumpunt. *Pontinius.* Ed. Hav. *Mulvio.* meliores libri. *cuius rei gratia.* Guelf. 12. plures Rivii. Leid. a. *cu. gr. rei.* Leid. d. *permittit illis.* omnes fere libri. *illis* omis. Bas. 2. *illi.* Guelf. 8. et 11. m. pr. Fabr. m. sec. plures Wassii. Tur. 1. m. pr. *dimittit cum illis hom. mil. illi sicut.* Bas. 4. *his.* Paris. e. *obsident.* Paris. b. e. Bas. 2. Bern. 1. 3. alii libri *venere.* ita Bas. 1. alii *venerunt.* ita omnes Leid. Bas. 2. 3. 4. Tur. 1. *veniunt.* duo Wassii. *et simul: et* omis. Ac. Bas. 3. tres Guelf. *cito.* delet Putsch. nec agnoscit Guelf. 3. Bern. 1. *deinde.* omnes Cortii libri. *dein.* Gruter. edidit. et ita Leid. legere videntur. *vitæ suæ.* Guelf. 7. 8. Erl. Leid. m. Bern. 1. *velut.* omnes Bas. Leid. Tur. 1. Bern. 2. 3. *obtest. est.* Bas. 3. pro *dedit, tradit.* Erl. Guelf. 4. 10. Leid. f. h.

Cap. 46. *lætabatur, intelligens - anxius erat, dubitans:* participia omnes libri retinent nisi quod Guelf. 5. *intellegens lætabatur. opus sit.* Fabr. uterq. Bas. 2. Vin. 1. Guelf. 3. 7. Teg. *fore credebat: fore* omissum in Guelf. 10. itemque *Coeparium*

erat, (dubitans) in maxumo scelere tantis civibus deprehensis;
quid facto opus esset; pœnam illorum sibi oneri, impunitatem
perdundæ reipublicæ fore credebat. Igitur confirmato animo vo-
cari ad sese iubet Lentulum, Cethegum, Statilium, Gabinium,
item Cœparium quemdam Terracinensem, qui in Apuliam ad
concitanda servitia proficisci parabat. Ceteri sine mora veniunt:
Cœparius, paullo ante domo egressus, cognito indicio, ex urbe
profugerat. Consul Lentulum, quod Prætor erat, ipse manu te-
nens in senatum perducit; reliquos cum custodibus in ædem Con-
cordiæ venire iubet. Eo Senatum advocat, magnaque frequentia
eius ordinis, Volturcium cum legatis introducit: Flaccum Præ-
torem scrinium cum litteris, quas a legatis acceperat, eodem ad-
ferre iubet. Volturcius interrogatus de itinere, de litteris, postre- 47
mo quid, aut qua de caussa consilii habuisset? Primo fingere alia,
dissimulare de coniuratione; post, ubi fide publica dicere iussus
est, omnia, uti gesta erant, aperit docetque se paucis ante diebus
a Gabinio et Cœpario socium adscitum, nihil amplius scire,

que omisit Guelf. 1. Ac. Tur. 1. Bern. 3. *Coeparium* Bas. 1. (infra cap. 47.) scribit, sed hoc loco *Ceparium* longe plurimi. *Q.* ante *Coep.* addit Rem. 1. *item Coepar. quendam.* Tur. 1. Bern. 3. *quemdam* addunt inc. 2. Struv. Bas. 3. 4. Guelf. 1. 7. 8. *Terracinensem* scribunt Rem. uterq. inc. Fabr. omnes Gruteri. Leid. Vin. 1. Ecc. Guelf. 1. 2. 5. 9. Bas. 1. *Teracin. Tracin. Terracon. Terracun.* ceteri. *Tarracinens.* Cluverius, Ursinus *Terracenens.* scribi voluit. *mora conveniunt.* Fabric. 1. Bas. 2. Ecc. Guelf. 6. Teg. Leid. c. *ex urbe* Bas. 1. inter lineas. *in senatum* omiserunt aliquot Rivii et Wassii libri. *in sen. ducit* Tur. 1.

Cap. 47. quid aut qua de causa consilii. hoc in loco Codd. deterioris notæ variant; sed glossatorum inventa notare non attinet. *fide publica data* Guelf. 7. 8. 9. 11. Rem. 1. inc. Leid. m. n. Struv. Tur. 2. *fide d. publ.* Leid. a. g. h. Bas. 2. 4. *fidei publicæ dicere.* Fabr. 1. m. pr. Bas. 1. Guelf. 4. 10. Leid. l. Bern. 3. *aperit docetque: docetque* omis. Bern. 3. idem *aperire* legit. *se paucis: se* omisit Ae. Guelf. 10. *accitum.* Tur. 2. Bern. 1. inc. 2. Guelf. 6. 7. 8. 9. Bas. 2. 4. *esse* addunt Bas.

quam legatos; tantummodo audire solitum ex Gabinio, P. Autronium, Servium Sullam, L. Vargunteium, multos præterea in ea coniuratione esse. Eadem Galli fatentur ac Lentulum dissimulantem coarguunt, præter literas, sermonibus, quos ille habere solitus erat: ex libris Sibyllinis regnum Romæ tribus Corneliis portendi; Cinnam atque Sullam antea: se tertium esse, cui fatum foret urbis potiri; præterea ab incenso Capitolio illum esse vigesimum annum, quem sæpe ex prodigiis haruspices respondissent bello civili cruentum fore. Igitur perlectis literis, quum prius omnes signa sua cognovissent, Senatus decernit, uti abdicato magistratu Lentulus, itemque ceteri in liberis custodiis haberentur. Itaque Lentulus P. Lentulo Spintheri, qui tum Aedilis erat, Cethegus Q. Cornificio, Statilius C. Cæsari, Gabinius M. Crasso, Cœparius (nam is paullo ante ex fuga retractus erat) Cn. Te-
48 rentio Senatori traduntur. Interea plebes, coniuratione patefacta,
quæ primo cupida rerum novarum, nimis bello favebat, mutata mente, Catilinæ consilia exsecrari, Ciceronem ad cœlum tollere; veluti ex servitute erepta gaudium atque lætitiam agitabat.

2. 3. *adscitum* meliores. *Serv. Sullam. Serv.* omissum in Rem. 2. Guelf. 1. 5. 6. *Serv. et L. Sullam.* Vin. 2. *ille habere solitus erat. esset* Guelf. 7. *solit. erat hab.* Guelf. 8. Erl. Bern. 3. *ille* omis. Heuss. Senat. 2. inc. 1. *ille* et *erat* etiam in Paris. locum mutant. *se tertium fore.* Fabr. 1. Vin. 1. *tert. esse.* ceteri. *esse* omis. Tur. 2. sed *dicebat* addit. *urbe potiri.* Guelf. 11. 12. Vinar. 2. Leid. a. n. Bas. 4. Bern. 3. *aruspices* plur. Cortii libri constanter sine adspiratione. *auruspices* multi perperam. *Sen. decrevit.* Guelf. 7. 9. inc. 1. Struv. Vin. 2. Ac. Bas. 3. Leid. b. c. d. e. f. g. m. n. Bern. 3. *itemque.* Teg. Bas. 1. 2. 3. omnes Leid. *abdicato magistratu.* Paris. a. c. d. omnes Leid. Bas. 1. Tur. 1. m. sec. Bern. 2. Guelf. 5. *abdicatus esset.* Bas. 3. Tur. 2. *foret.* Bas. 4. *ædilis erat : erat* omisit Bern. 3. *ex fuga retractus erat : est* Bas. 2. Vin. 1. *ex* omissum in melioribus Gruteri et Guelf. 1. 5. *cust. tenerentur.* Teg. *habeantur.* Leid. a. d. e. h. i. k. l. Bas. 1. 4. Bern. 1. 3. *traditur* incerti, Bas. 3. Rem. 1. Struv. Guelf. 4. 6. 7. 9. 10. 11. 12. Erl. Leid. e. f. k. m. n. Tur. 1. m. sec. Bern. 2.

Cap. 48. *novarum rerum.* Fabr. 2. Vin. 1. Bas. 2. 4. Ac. Struv. Bern. 1. 2. incerti et pauci ex ceteris; ita edidit. Gruter. consentire videntur omnes Leid. *rerum*

Namque alia belli facinora prædæ magis, quam detrimento fore; incendium vero crudele, immoderatum ac sibi maxume calamitosum putabat: quippe cui omnes copiæ in usu cotidiano et cultu corporis erant. Post eum diem quidam L. Tarquinius ad Senatum adductus erat, quem ad Catilinam proficiscentem ex itinere retractum aiebant. Is, quum se diceret indicaturum de coniuratione, si fides publica data esset, iussus a Consule, quæ sciret, edicere: eadem fere, quæ Volturcius, de paratis incendiis, de cæde bonorum, de itinere hostium Senatum docet: præterea se missum a M. Crasso, qui Catilinæ nunciaret, ne eum Lentulus et Cethegus, aliique ex coniuratione deprehensi terrerent; eoque magis properaret ad urbem accedere, quo et ceterorum animos reficeret, et illi facilius e periculo eriperentur. Sed ubi Tarquinius Crassum nominavit, hominem nobilem, maxumis divitiis, summa potentia; alii, rem incredibilem rati; pars tametsi verum existumabant, tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis leniunda quam exagitanda videbatur; plerique Crasso ex negotiis privatis obnoxii conclamant, indicem falsum esse,

novarum meliores. *agitare.* Bas. 3. *agitabant.* Fabr. 2. Guelf. 6. Leid. e. *calam. putabant.* Fabr. 2. Bas. 4. *cotidiano.* Bas. 1. Tur. 2. *adductus ad Senatum.* Ac. Bas. 1. *deductus erat.* Fabr. 1. *ductus erat.* Bas. 3. *add. est.* inc. 1. Guelf. 7. Leid. f. h. *ex itinere* cum locum mutet in Bas. 3. Acad. aliisque, pro glossa habuit Cortius. *edicere* uterq. Fabr. Vin. Sen. inc. 2. Heus. Guelf. 2. 3. 4. 10. 11. 12. Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. *dicere* omnes Gruteri et quatuor Wassii libri. *edocet* Guelf. 9. 10. 11. 12. inc. 2. et 1. m. pr. Leid. a. e. f. g. h. m. Tur. 2. *docet* omnes Gruteri, plures Wassii, ceteri omnes. *Lentulus atque Cetheius* Rem. 2. Ac. *Lentulus Cethei.* Fab. 2. Bas. 3. Rem. 1. *et alii.* Guelf. 3. *ne eum.* pronom. locum mutat in inc. 2. *eo magis.* Guelf. 2. *ad urbem* Ac. Rem. 2. Guelf. 5. 6. *pars tamensi.* Ac. m. pr. *atque etsi.* Guelf. 10. *pars etsi.* Fabric. 2. *magis leniunda. magis* om. Fabric. 1. Bern. 3. 2. m. pr. Tur. 2. *len. magis.* plures libri. *falsum esse. esse* om. Guelf. 3. Leid. b. *esse falsum* Tur. 2. *falsum videri* Guelf. 7. *falsum esse videri* Ecc. *decrevit* Guelf.

deque ea re postulant uti referatur. Itaque consulente Cicerone frequens Senatus decernit: Tarquinii indicium falsum videri; eumque in vinculis retinendum, neque amplius potestatem faciundam, nisi de eo indicaret, cuius consilio tantam rem esset mentitus. Erant eo tempore, qui æstumarent, indicium illud a P. Autronio machinatum, quo facilius, adpellato Crasso, per societatem periculi reliquos illius potentia tegeret. Alii Tarquinium a Cicerone immissum aiebant, ne Crassus, more suo, suscepto malorum patrocinio, rempublicam conturbaret. Ipsum Crassum ego postea prædicantem audivi, tantam illam contumeliam sibi
49 ab Cicerone impositam. Sed isdem temporibus Q. Catulus et C. Piso, neque precibus, neque gratia, neque pretio Ciceronem impellere potuere, uti per Allobroges, aut alium indicem C. Cæsar falso nominaretur. Nam uterque cum illo gravis inimicitias exercebat. Piso oppugnatus in iudicio pecuniarum repetundarum, propter cuiusdam Transpadani supplicium iniustum: Catulus ex petitione Pontificatus odio incensus, quod extrema ætate, maxumis

7. 8. 10. inc. 1. Struv. Vinar. 2. Bas. 2. 3. Leid. b. c. e. f. g. m. Bern. 1. *Tarq. indic. falsum videri. videri* om. Fabr. 2. *falsum esse* Fabr. 1. Teg. *Potestatem fac.* varie turbant libri, alii *sui* alii *dicendi* alii *loquendi* intrudunt. *mentitus esset* Commel. Bas. 1. *esset ment.* longe plurimi. *ment. erat.* Bas. 4. *indicium illud* alii *illud ind.* sic. Bas. 1. 3. *indicium* omis. Bern. 2. delevit Cort. *ego post* Guelf. 2. Vin. 1. Fabric. 2. *a Cic.* Bas. 1. Tur. 2.

Cap. 49. *isdem temp.* uterq. Fabr. inc. Struv. Sen. 1. Bas. 1. Guelf. 1. 2. 3. 5. 6. 8. 10. *neque gratia neque precib. neque pretio.* ordo in Codd. varii mutatur. *neque precib. neque gratia.* Bas. 1. 2. Tur. 1. 2. Leid. a. b. d. e. g. h. i. l. Naz. Palat. 2. 5. 7. 8. 10. 12. Bern. 1. 2. *neque precib.* non est in Guelf. 1. neque in tribus Putschii libris. *neque pretio* deest in Guelf 11. *neque gratia* desideratur in Ecc. Vin. 2. Leid. g. *potuere.* ap. Prisc. 10. 9. 508. Ed. Kr. hæc ita laudantur: *Sed neque pretio neque gratia impelli* (*impellere* Putsch.) *quivit. aut per alium indicem.* Bas. 1. Struv. Heuss. Acad. Guelf. 6. 7. 9. Tur. 2. Bern. 1. 2. ceteri præpos. omittunt. *uterque-exercebat.* Bas. 1. Fabr. 1. Sen. 1. Guelf. 5. 10. uterque Vin. Rem. Leid. f. l. Tur. 1. m. sec. *uterque-exercebant* ceteri. *utrique-exercebant.* Guelf. 8. 11. 12. m. sec.

honoribus usus, ab adulescentulo Cæsare victus discesserat. Res autem opportuna videbatur; quod is privatim egregia liberalitate, publice maxumis muneribus grandem pecuniam debebat. Sed ubi Consulem ad tantum facinus impellere nequeunt, ipsi singulatim circumeundo atque ementiundo, quæ se ex Volturcio, aut Allobrogibus audisse dicerent, magnam illi invidiam conflaverant; usque adeo, ut nonnulli equites Romani, qui præsidii caussa cum telis erant circum ædem Concordiæ, seu periculi magnitudine, seu animi nobilitate impulsi, quo studium suum in rempublicam clarius esset, egredienti ex Senatu Cæsari gladio minitarentur. Dum hæc in Senatu aguntur, et dum legatis Allo- 50
brogum et Tito Volturcio, comprobato eorum indicio, præmia decernuntur: liberti et pauci ex clientibus Lentuli, divorsis itineribus, opifices atque servitia in vicis ad eum eripiendum sollicitabant: partim exquirebant duces multitudinum, qui pretio rempublicam vexare soliti erant. Cethegus autem per nuncios familiam atque libertos suos, lectos et exercitatos in audaciam, ora-

inc. 2. Bas. 4. Bern. 2. *pecuniar. repetund.* Leid. c. e. g. h. i. k. l. m. *pecun.* retinent et omnes Cortii libri. Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. *quod in extr. ætate.* Bas. 1. 3. Struv. Vin. 2. Ac. Leid. e. k. *quod is. is* abest Vinar. 2. locum mutat in Guelf. 3. *egregia libertate.* Bas. 1. 3. Fabr. 1. Acad. inc. 2. Rem. uterq. *singulatim.* Bas. 1. 2. Guelf. 5. Fabric. 1. Sen. 1. Vin. 1. Rem. 2. *singillatim.* Vin. 2. Fabric. 2. Ecc. Guelf. 1. 2. 4. *ementiundo.* Bas. 1. Guelf. 5. Rem. 2. *mentiendo* ceteri. *ea quæ se.* Bas. 1. Struv. Rem. 1. Leid. a. d. *usque adeo.* omnes Bas. uterq. Fabric. Rem. Tur. 1. m. pr. Bern. 1. 2. 3. inc. Struv. Ac. Vin. 1. Ecc. omnes Guelf. (præter 2. 3. 5.) Leid. b. d. f. h. i. m. *et usque adeo.* Leid. e. g. *usque eo* ceteri. *circa ædem.* uterq. Fabr. inc. Vin. 1. Leid. k. Bas. 2. Bern. 2. 3. *ædem* non legit Merseb. Rivii. *nobilitate* Bas. 1. Guelf. 3. 5. 8. m. pr. Paris. b. e. Tur. 1. m. pr. Rem. inc. 2. Ac. Sen. 1. Ecc. Erl. Teg. omnes Leid. (præter l. m.) *mobilitate* ceteri. *clarius haberetur.* Teg. Fabr. 1.

Cap. 50. *libertini* incerti, Rem. 1. Struv. Acad. Bas. 3. 4. Guelf. 4. 6. 7. 11. Leid. e. Tur. 2. Bern. 1. 2. *soliti erant.* omnes fere libri. *electos et ex.* plurimi libri. *lectos et exercitatos.* Bas. 1. uterq. Vin. et Fabr. Teg. Paris. c. d. Leid. a. i. l. Bern.

bat, ut grege facto, cum telis ad sese irrumperent. Consul, ubi ea parari cognovit, dispositis præsidiis, ut res atque tempus monebat, convocato Senatu refert, quid de his fieri placeat, qui in custodiam traditi erant. Sed eos paullo ante frequens Senatus iudicaverat contra rempublicam fecisse. Tum D. Iunius Silanus, primus sententiam rogatus, quod eo tempore Consul designatus erat, de his, qui in custodiis tenebantur, præterea de L. Cassio, P. Furio, P. Umbreno, Q. Annio, si deprehensi forent, supplicium sumendum decreverat; isque postea, permotus oratione C. Cæsaris, pedibus in sententiam Tib. Neronis iturum se dixerat; quod de ea re, præsidiis additis, referundum censuerat. Sed Cæsar, ubi ad eum ventum est, rogatus sententiam a Consule, huiuscemodi verba locutus est.

51 „Omnis homines, Patres conscripti, qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. Haud facile animus verum providet, ubi illa obficiunt; neque quisquam omnium lubidini simul et usui paruit. Ubi intenderis ingenium, valet: si lubido possidet, ea dominatur, animus

1. Rem. 1. Heuss. Ac. Sen. 2. Guelf. 1. 3. 5. 6. 9. 11. 12. *et* omittunt Vin. 2. Ecc. Guelf. 6. 4. 10. Tur. 2. *exercitatos* om. incert. 2. *electos et* om. Senat. 1. Guelf. 2. *exercitatos orabat in audaciam.* hic verborum ordo in omnibus fere libris. *in audac. orab.* Paris. e. *orab. summam per audac.* Bas. 3. *ut grege f. ut* abest Guelf. 12. Vinar. 2. *quid de iis.* ita Haverc. confirmare videntur omnes Leid. *his* omnes Cortii. *in custodiis trad.* Bas. 3. inc. 2. Guelf. 7. 8. 10 12. Leid. d. e. h. Pal. 4. 11. Bern. 2. *in custodia.* Rem. 1. Guelf. 4. 6. 9. *Sillanus* plurimi Codd. *Silanus* Græci scriptores et Lapides Capitolini. *in custodia teneb.* Vin. 1. inc. 1. Fabric. uterq. Guelf. 9. 10. 11. 12. Teg. *habebantur.* Bas. 2. *et præterea. et* omittunt. Bas. 3. inc. 1. *qui de ea re.* inc. 1. Fabric. 1. a manu emendatrice. Bern. 1. *præs. abditis.* inc. 2. Struv. Heuss. Sen. 1. vetustiores Rivii et omnes fere Palatini. Fabr. 1. Bas. 1. 3. Vin. 2. Ecc. Guelf. 1. 2. 4. 6. 8. 9. 10. 11. 12. Tur. 1. 2. Bern. 2. 3. *additis.* Bas. 1. pro varia lectione 2. 4. inc. 1. Fabric. 2. Palat. 4. Ac. Rem. uterq. Vin. 1. Guelf. 7. 5. (ubi tamen et alterum) Bern. 1. *ventum est.* ita Haverc. edidit, adsentientibus omnibus, ut videtur, Leid. Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3.

nihil valet. Magna mihi copia est memorandi, P. C. qui reges atque populi, ira aut misericordia impulsi, male consuluerint: sed ea malo dicere, quæ maiores nostri, contra lubidinem animi sui recte atque ordine fecere. Bello Macedonico, quod cum rege Perse gessimus, Rhodiorum civitas, magna atque magnifica, quæ populi Romani opibus creverat, infida atque advorsa nobis fuit: sed postquam, bello confecto, de Rhodiis consultum est, maiores nostri, ne quis divitiarum magis, quam iniuriæ caussa bellum inceptum diceret, impunitos eos dimisere. Item bellis Punicis omnibus, quum sæpe Carthaginienses et in pace, et per inducias multa nefaria facinora fecissent, numquam ipsi per occasionem talia fecere: magis, quid se dignum foret, quam quid in illos iure fieri posset, quærebant. Hoc idem vobis providendum est, Patres conscripti, ne plus valeat apud vos P. Lentuli et cæterorum scelus, quam vestra dignitas; neu magis iræ vestræ, quam famæ consulatis. Nam si digna pœna pro factis eorum reperitur, novum consilium adprobo: sin magnitudo sceleris omnium ingenia exsuperat; his utendum censeo, quæ legibus comparata

Cap. 51. *ab amicitia.* Teg. *est memorandi P. C.* P. C. om. Guelf. 5. Leid. a. b. d. f. g. h. m. n. *est* om. Struv. *est m. cop. mem.* Bern. 1. 3. *aut populi.* Fab. 1. Vin. 1. Teg. alii. *nil valet.* Fabr. uterq. Bern. 1. 3. Vin. 2. Bas. 4. *male consuluerunt.* Vin. 2. Struv. Heus. uterq. inc. Rem. Bas. 2. 3. Guelf. 7. 8. 10. Leid. f. Bern. 1. *consuluere.* Leid. k. Guelf. 9. *sui animi.* Struv. Bas. 3. Tur. 2. *sui* omis. Guelf. 3. ceteri constanter retinent. *advorsa* Bas. 1. Guelf. 2. *fuit nobis* Heuss. Vinar. 1. Fabr. 1. Teg. *impunitos eos dimisere. eos imp.* inc. 1. *dimis. eos.* Vin. 2. Fabric. 2. *eos* om. Guelf. 1. *Cartaginienses.* Bas. 1. Guelf. 5. *Cartaginenses* longe plurimi Codd. *nefanda fac.* Merseb. Rivii. Bern. 1. 2. *quid in illos iure fieri. iure* locum mutat inc. 1. Bas. 2. *digne fieri.* Fabric. 2. *iure* omis. Leid. l. *tantum quid in illos fieri.* Guelf. 2. *in illis.* Guelf. 5. *hoc idem vobis. vobis* delet Guelf. 3. *item.* omnes Paris. Leid. Bas. 1. 3. Bern. 1. 2. *est* delet Tur. 2. *apud vos valeat.* Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. 2. *iræ vestræ quam. vestræ* non est in Guelf. 11. *reperiretur.* Leid. k. Bas. 2. 4. Tur. 2. Bern. 2. *his utendum* antiquissimi Cortii libri, omnes Bas. Tur. 1. Bern. 1.

sunt. Plerique eorum, qui ante me sententias dixerunt, composite atque magnifice casum reipublicæ miserati sunt: quæ belli sævitia esset, quæ victis acciderent, enumeravere; rapi virgines, pueros: divelli liberos a parentum complexu: matres familiarum pati, quæ victoribus collibuissent: fana atque domos exspoliari; cædem, incendia fieri; postremo armis, cadaveribus, cruore, atque luctu omnia compleri. Sed, per Deos immortalis! quo illa oratio pertinuit? an, uti vos infestos coniurationi faceret? scilicet quem res tanta atque tam atrox non permovit, eum oratio accendet. Non ita est; neque cuiquam mortalium iniuriæ suæ parvæ videntur: multi eas gravius æquo habuere. Sed alia aliis licentia est, Patres conscripti; qui demissi in obscuro vitam habent, si quid iracundia deliquere, pauci sciunt; fama atque fortuna eorum pares sunt: qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales novere. Ita in maxuma fortuna, minuma licentia est; neque studere, neque odisse, sed minume irasci decet; quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio superbia atque crudelitas adpellatur. Equidem ego sic æstumo, Patres conscripti, omnis cruciatus minores, quam facinora

iis. Guelf. 5. omnes Leid. *sævitia esset. foret* Bas. 3. *essent* Tur. 2. *est* unus Wassii. *liberos a. par.* parentium Bas. 3. *collibuisset.* Bern. 2. *domos spoliari* omn. fere Cortii libri. Leid. c. e. h. i. k. l. m. multi Wassii Codd. Bas. 1. 2. Tur. 1. 2. Bern. 2. 3. *et tam atrox* uterq. Fabr. Bas. 1. 2. 3 4. Ac. Ecc. Struv. Vinar. 2. Rem. 1. Heuss. plures Guelf. Bern. 2. m. pr. 3. *oratio accenderet.* Vinar. 1. Guelf. 3. Struv. Heuss. Rem. 1. Senat. 2. *alia aliis lic. est. est* omis. Fabric. 2. *aliis alia* inc. 2. Senat. 2. Fabric. 2. Vin. 1. Guelf. 11. 12. Tur. 1. *aliis est alia.* Bas. 4. *vitam habent* Nazar. Commel. Palat. 5. 6. 12. Paris. a. b. c. Leid. i. Bas. 1. 3. et Tur. 1. pro varia lect. duo Wassii. Guelf. 1. 2. Fabr. 2. Rem. 1. Sen. uterq. Ac. Heuss. *agunt* ceteri. *fortuna eorum.* pron. abest. Fabr. 1. Vinar. 1. Guelf. 9. Teg. *minuma lic. est. est* om. Erl. *quod ap. alios iracundia.* Guelf. 5. *ea in imperio. ea* deest in Rem. 1. Fabr. 2. *sic æstumo.* Bas. 1. 2. Guelf. 2. 5. *existumo* longe plurimi libri. *sceleris eorum* omnes fere libri. *sævior f.* Ecc. Struv. Ac. uterq. Sen. inc. Fab. Leid. f. h. k. l. m. Bas. 1. 2. 3. 4. Vin. 1. Heuss. Guelf. 2. 3. 4. 10. 11. 12. Bern. 1. 2. 3. *gratias aut ini-*

illorum esse; sed plerique mortales postrema meminere, et in hominibus impiis sceleris eorum obliti de pœna disserunt, si ea paullo severior fuit. D. Silanum, virum fortem atque strenuum, certe scio, quæ dixerit, studio reipublicæ dixisse, neque illum in tanta re gratiam aut inimicitias exercere; eos mores eamque modestiam viri cognovi. Verum sententia eius mihi non crudelis, quid enim in talis homines crudele fieri potest? sed aliena a republica nostra videtur. Nam profecto aut metus, aut iniuria te subegit, Silane, Consulem designatum, genus pœnæ novum decernere. De timore supervacaneum est disserere, quum præsenti diligentia clarissumi viri Consulis tanta præsidia sint in armis. De pœna possumus equidem dicere id, quod res habet: in luctu atque miseriis mortem ærumnarum requiem non cruciatum esse, eam cuncta mortalium mala dissolvere; ultra neque curæ neque gaudio locum esse. Sed, per deos immortalis! quamobrem in sententiam non addidisti, uti prius verberibus in eos animadvorteretur? an, quia lex Porcia vetat? at alia leges item condemnatis civibus non animam eripi, sed exilium permitti iubent. An, quia gravius est, verberari, quam necari? quid autem acerbum,

mic. Guelf. 5. Ac. *eamque modestiam viri. que* om. inc. 2. Struv. Guelf. 12. alii. *atque eam* Erl. *atque modest.* Leid. k. *sententia eius mihi non crudelis. eius* omis. Guelf. 2. Ecc. Vin. 2. *non mihi crudelis.* Guelf. 6. 10. alii Bas. 3. Bern. 2.3. *est, esse, videntur* addunt Struv. inc. Vin. 1. Rem. 1. Bas. 2. 4. Guelf. 6. 7. Bern. 2. *te Sillane, subegit, cons. desig.* Bas. 1. *supervacuum est* Bas. 2. Vin. 2. *præsenti diligentia* Bas. 1. vetus Putschii Cod. *præsertim* ceteri. *possumus equidem* omnes fere Palat. Guelf. 5. 6. alii pauci. Leid. d. e. m. n. Bas. 3. *quidem possumus* Erl. *equid. possumus* Tur. 1. Bern. 1. *possum* longe plur. *in sententia non ad.* Guelf. 5. Struv. Leid. m. *in exil permitti* quinque Gruteri. Bas. 2. Vin. 1. Struv. Guelf. 1. 4. 7. 8. inc. 2. Ecc. m. sec. Teg. Tur. 1. m, sec. *non animam eripi* Bas. 1. 3. Tur. 1. 2. Bern. 1. 3. Leid. d. e. k. *non* præponunt etiam, sed *vitam* legunt Leid. c. i. Bern. 2. Bas. 2. 4. *animum adverteretur.* Bern. 2. m. sec. *nimis grave est. est* locum mutat in Guelf. 4. inc. 2. *gravius est.*

aut nimis grave in homines tanti facinoris convictos? Sin quia levius; qui convenit in minore negotio legem timere, quum eam in maiore neglexeris? At enim quis reprehendet, quod in parricidas reipublicæ decretum erit? tempus, dies, fortuna, cuius lubido gentibus moderatur. Illis merito accidet, quicquid evenerit: ceterum vos, Patres conscripti, quid in alios statuatis, considerate. Omnia mala exempla ex bonis orta sunt: sed ubi imperium ad ignaros, aut minus bonos pervenit; novum illud exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur. Lacedæmonii, devictis Atheniensibus, triginta viros imposuere, qui rempublicam eorum tractarent. Hi primo cœpere pessumum quemque et omnibus invisum indemnatum necare, ea populus lætari et merito dicere fieri. Post, ubi paullatim licentia crevit, iuxta bonos et malos lubidinose interficere, ceteros metu terrere. Ita civitas, servitute oppressa, stultæ lætitiæ gravis pænas dedit. Nostra memoria, victor Sulla, quum Damasippum et alios huiusmodi, qui malo reipublicæ creverant, iugulari iussit, quis non factum eius laudabat? homines scelestos et factiosos, qui seditionibus rempublicam exagitaverant, merito necatos aiebant. Sed

est om. Leid. k. *grave nimis* Fabr. 2. Teg. *levius est. est* Fabr. 2. man. sec. adiecit, deest Leid. k. *quid convenit* Ecc. Vinar. 2. Guelf. 2. 9. 11. Bas. 1. Rem. 2. inc. 2. et a correctoribus Fabr. 1. Guelf. 1. 12. Leid. m. *quomodo conv.* Erl. *accidit* Vin. 1. Fabric. 1. Rem. 1. Senat. 2. Guelf. 1. 4. 5. 6. *in parricidis.* Bas. 3. *ex rebus domesticis orta sunt.* sic ediderunt Gruterus et Wassius; confirmant Guelf. 1. 3. 5. Vin. 1. plures Leid. *dom. reb.* Tur. 1. *ex bonis initiis* Edit. Aldina. Guelf. 7. incert. 1. Leid. m. Arond. Bern. 1. 2. *ex rebus bonis.* Bas. 1. 2. 4. uterq. Fabric. Eccard. Erl. Paris a. b. c. d. (in e. et Leid. d. e. h. Bas. 3. ordo mutatur.) inc. 2. Acad. Vinar. 2. Heuss. Struv. Guelf. 2. 4. 8. 9. 10. 12. Bern. 2. Leid. a. b. c. d. e. f. i. k. l. omnes Wassii libri. *ex bonis.* Guelf. 11. Fabr. 1. in margine Palat. 8. 9. 10. *bonis ex reb. domesticis.* Guelf. 6. *ad ignaros: cives* addunt omnes fere Cortii libri, Leid. d. h. k. m. n. Bas. 1. *ignavos.* Guelf. 7. 9. 10. 11. Fabr. 2. Vin. 2. inc. 1. Bas. 3. *novum illud exempl. illud* om. Fabr. 2. *exemplum* omis. Guelf. 5. 6. *rempubl. eorum* pron. omis. Struv. Guelf. 6. Leid. c. *indamnatum.* Vin. 1. Heuss. Ecc. Guelf. 2. 10. *gra-*

ea res magnæ initium cladis fuit. Nam uti quisque domum aut villam, postremo aut vas aut vestimentum alicuius concupiverat, dabat operam, uti in proscriptorum numero esset. Ita illi, quibus Damasippi mors lætitiæ fuerat, paullo post ipsi trahebantur: neque prius finis iugulandi fuit, quam Sulla omnis suos divitiis explevit. Atque ego hæc non in M. Tullio, neque his temporibus vereor; sed in magna civitate multa et varia ingenia sunt. Potest alio tempore, alio Consule, cui item exercitus in manu sit, falsum aliquid pro vero credi; ubi hoc exemplo, per Senati decretum, Consul gladium eduxerit, quis illi finem statuet, aut quis moderabitur? Maiores nostri, Patres conscripti, neque consilii, neque audaciæ umquam eguere: neque illis superbia obstabat, quo minus aliena instituta, si modo proba erant, imitarentur. Arma atque tela militaria ab Samnitibus, insignia magistratuum ab Tuscis pleraque sumpserunt: postremo quod ubique apud socios aut hostis idoneum videbatur, cum summo studio domi exsequebantur, imitari quam invidere bonis malebant. Sed eodem illo tempore, Græciæ morem imitati, verberibus animadvortebant in civis, de condemnatis summum supplicium sumebant.

veis poen. Ms. Rivii. *alios huiusmodi.* plerique Cortii libri, Leid. i. omnes Bas. *eiusmodi* Guelf. 1. 2. ita Grut. Wass. edid. omnes fere Leid. Tur. 1. Bern. 3. *et factiosos.* Bas. 1. 2. 3. 4. Leid. d. f. l. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 3. *domum aut villas* Bas. 1. incert 1. *aut dom.* Tur. 1. 2. *aut vas* om. Fabric. 1. Vinar. 1. *aut* om. Bas. 1. 2. 3. 4. Vinar. 2. Heuss. Leid. k. n. Tur. 1. Bern. 1. 2. 3. *uti is in prosc. is* omis. Guelf. 4. 5. 11. Leid. c. d. l. m. n. vetustiores Gruteri. *is esset.* Ecc. *uti ille* inc. 1. *ita ille.* pron. omis. Arond. inc. 2. m. pr. Teg. *post paulo* Guelf. 12. *omneis suos.* Riv. ex vetustis libris.. *atqui ego* Guelf. 1. Bern. 1. *ego* delent Senat. 1. Ecc. Heuss. *hæc non* Bas. 1. 2. Fabr. 1. Guelf. 4. 5. 11. Vin. 2. Struv. Heuss. Bern. 1. *hoc* ceteri. *sed in tam magna* Guelf. 7. 11. 12. m. sec. Leid. a. b. h. Bern. 1. Ae. inc. 1. Bas. 3. *in tanta magna.* Guelf. 8. *in manus sit.* Bas. 1. Paris a. c. *sit* unus Wassii omisit. *quis illi finem.* omnes libri. *neque consilii neque audacia* Naz. *neque illis superb.* omnes fere Codd. *illis* omis. Leid. a. b. c. e. f. g. h. m. n. *proba erant* plerique libri. *eodem*

Postquam respublica adolevit, et multitudine civium factiones valuere, circumvenire innocentes, alia huiuscemodi fieri cœpere; tum lex Porcia aliæque leges paratæ sunt; quibus (legibus) exsilium damnatis permissum est. Hanc ego caussam, Patres conscripti, quo minus novum consilium capiamus, in primis magnam puto. Profecto virtus atque sapientia maior in illis fuit, qui ex parvis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta vix retinemus. Placet igitur eos dimitti et augeri exercitum Catilinæ? minume; sed ita censeo: publicandas eorum pecunias, ipsos in vinculis habendos per municipia, quæ maxume opibus valent: neu quis de his postea ad senatum referat, neve cum populo agat: qui aliter fecerit, Senatum existumare, eum contra rempublicam et salutem omnium facturum."

52 Postquam Cæsar dicendi finem fecit, ceteri verbo alius alii varie adsentiebantur: at M. Porcius Cato, rogatus sententiam, huiuscemodi orationem habuit. „Longe mihi alia mens est, Patres conscripti, quum res atque pericula nostra considero, et quum sententias nonnullorum ipse mecum reputo. Illi mihi disseruisse videntur de pœna eorum, qui patriæ, parentibus, aris atque focis suis bellum paravere: res autem monet, cavere ab illis (magis) quam, quid in illos statuamus, consultare. Nam ce-

illo temp. illo delent Rem. 1. inc. 1. *animum advertebant* duo Wassii. *circumvenire* Bas. 1. 2. uterq. Fabric. inc. Vin. 2. Paris. a. b. c. d. Acad. Senat. 1. Struv. Guelf. 1. 2. 3. 5. 9. 10. 11. 12. *circumveniri* ceteri. *alia huiuscemodi. aliaque* Vin. 2. Bas. 2. Sen. 1. Guelf. 1. 8. Tur. 1. m. sec. Bern. 2. *et alia* inc. 1. Guelf. 7. *huiusmodi* Fab. uterq. inc. 2. Heuss. Guelf. 1. 9. 10. *aliæque leges. leges* delet Guelf. 10. Leid. f. Bern. 2. *quibus legibus. legib.* omis. Fabric. 2. inc. 1. Guelf. 3. plures Rivii et Wassii libri. Bern. 1. *paratæ sunt.* Erl. omnes Leid. Bas. Tur. 2. *compar. sunt.* Tur. 1. Bern. 1. *permissum est* Erl. omnes Leid. Bas. Tur. *ego hanc causam.* Bas. 1. Fabr. 1. et plurimi libri. *ea bene parta. ea* omis. Ecc. Ac. m. pr. *de his postea* plurimi libri. *de is.* Guelf. 4. Fabr. 2. *ne quis.* Leid. l.

Cap. 52. *adsentiebant* inc. 1. Struv. Sen. 2. Guelf. 3. 8. aliquot ex antiquioribus Rivii. Bern. 2. *longe alia mihi.* Bern. 4. *mecum ipse.* hoc ordine Fabr. 1. incert. 2.

tera maleficia tum persequare, ubi facta sunt; hoc, nisi provideris, ne accidat; ubi evenit, frustra iudicia implores, capta urbe, nihil fit reliqui victis. Sed, per deos immortalis! vos ego adpello, qui semper domos, villas, signa, tabulas vestras pluris quam rempublicam, fecistis: si ista, cuiuscumque modi sint, quæ amplexamini, retinere, si voluptatibus vestris otium præbere voltis; expergiscimini aliquando et capessite rempublicam. Non agitur de vectigalibus, neque de sociorum iniuriis; libertas et anima nostra in dubio est. Sæpe numero, Patres conscripti, multa verba in hoc ordine feci: sæpe de luxuria atque avaritia nostrorum civium questus sum; multosque mortalis ea caussa advorsos habeo; qui mihi atque animo meo nullius umquam delicti gratiam fecissem, haud facile alterius lubidini malefacta condonabam. Sed ea tametsi vos parvi pendebatis; tamen respublica firma erat, opulentia neglegentiam tolerabat. Nunc vero non id agitur, bonis ne an malis moribus vivamus; neque quantum aut quam magnificum imperium populi Romani sit: sed cuius hæc cumque modi videntur nostra, an nobiscum una, hostium futura sint. Hic mihi quisquam mansuetudinem et misericordiam nominat; iampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus; quia bona aliena largiri, liberalitas; malarum rerum audacia,

Guelf. 3. 5. 7. 8. 9. Heuss. uterq. Rem. tres Rivii Ms. *ab his* Guelf. 5. *magis quam*. *magis* locum mutat in Fabr. 2. Guelf. 5. inc. 1. omis. Guelf. 6. 12. Leid. c. *in illis* Sen. 2. Heuss. *cetera malefacta* omnes Guelf. Ecc. Struv. Bas. 2. 3. 4. Rem. 2. Sen. uterq. Tur. 1. m. pr. Bern. 1. 2. Teg. Paris. d. e. Leid. f. vetustissimi Gruteri. *mala*. Fabric. 1. *maleficia* Bas. 1. *ego vos adpello* Bas. 1. *sed libertas* Bas. 2. 3. *modi sunt* Fabr. 2. Ecc. inc. 1. Vin. 2. Guelf. 5. 10. Leid. m. *non de socior. iniuriis*. Fabric. Rivii. Fabric. 1. Struv. Heuss. *neque de* ceteri libri. *firma fuit* Sen. 2. *neglegentia* Bas. 1. Fabr. 1. Guelf. 1. Sen. 1. *bonisne. ne* abest. Guelf. 6. Sen. 2. Heuss. *Romani sit*. *sit* om. Fabr. 1. Guelf. 9. *cuius hæc cumque modi*. ita Rivii Ms. omnes Leid. Guelf. 2. Vin. 2. ita et Grut. et Wass. ediderunt. *cuius hæc modi vid*. Tur. 2. *sed hæc cuiuscumque*. ceteri. *modi sint* Guelf. 6. 9. *hæc* om. Erl. Bas. 1. primitus *vocab. rerum* Erl. Teg. Bas. 1. 2. 3. Turic. 2. Bern. 3. 4. *vocatur* deest in Teg. nec fuit primi-

fortitudo vocatur; eo respublica in extremo sita est. Sint sane, quoniam ita se mores habent, liberales ex sociorum fortunis, sint misericordes in furibus ærarii: ne illis sanguinem nostrum largiantur; et dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnis perditum eant. Bene et composite C. Cæsar paullo ante in hoc ordine de vita et morte disseruit; credo falsa existumans ea, quæ de inferis memorantur: divorso itinere malos a bonis loca tetra, inculta, fœda atque formidolosa habere. Itaque censuit pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custodiis habendos; videlicet timens, ne, si Romæ sint, aut a popularibus coniurationis aut a multitudine conducta per vim eripiantur. Quasi vero mali atque scelesti tantummodo in urbe, et non per totam Italiam sint; aut non ibi plus possit audacia, ubi ad defendendum opes minores. Quare vanum equidem hoc consilium est, si periculum ex illis metuit; sin in tanto omnium metu solus non timet; eo magis refert me mihi atque vobis timere. Quare quum de P. Lentulo ceterisque statuetis, pro certo habetote, vos simul de exercitu Catilinæ et de omnibus coniuratis decernere. Quanto vos attentius ea agetis, tanto illis animus infirmior erit, si paullulum modo vos languere viderint, iam omnes feroces aderunt.

tus in Turic. 1. *ærari.* Bern. 4. *illi sanguinem* Vin. 2. Bas. 2. Ac. Struv. Guelf. 4. 10. Leid. k. *falsa credo.* ita edidit Cort. ex ingenio. *in custodiis* omis. Commel. *in custodia* Leid. k. *videlicet timens, ut aut a pop.* Guelf. 5. Commel. Naz. *videlicet* non fuit in Palat. 3. *vel timens* Struv. *verum tim.* Palat. 4. *ut timens* Guelf. 10. *timens* omis. Bas. 1. *et non per. et* om. unus lib. Rivii, Guelf. 5. 6. *minores sunt. sint* Bern. 2. Fabr. 1. Bas. 4. delet Bas. 1. *consilium est. est* om. Guelf. 10. *est cons.* Bern. 3. *sin in. si* omnes Cortii Codd. Leid. f. g. m. n. Mark. Γ. omnes Bas. Tur. 1. 2. Bern. 1. *refert me mihi. me* omis. incert. 1. Guelf. 2. 3. 6. 7. Leid. m. *mihi me* Guelf. 2. inc. 2. *cum de lentulo* Bas. 1. *infirmior erit. erit* Guelf. 9. in margine, in Fabr. 2. locum mutat. *paululum modo. modo* abest Ac. inc. 2. Leid. h. *si ita esset* Fabr. Rivii. August. Civ. D. 5. 12. *nos haberemus. nos* om. Ecc. Acad. inc. 2. plures Wassii. *nos eam* Teg. Mark. Γ. Tur. 2. Bern. 1. *maior copia nobis* Bas. 1. 3. 4.

Nolite existumare, maiores nostros armis rempublicam ex parva magnam fecisse. Si ita res esset, multo pulcherrumam eam nos haberemus: quippe sociorum atque civium, præterea armorum atque equorum maior nobis copia quam illis. Sed alia fuere, quæ illos magnos fecere; quæ nobis nulla sunt: domi industria, foris iustum imperium: animus in consulendo liber, neque delicto, neque lubidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque avaritiam; publice egestatem, privatim opulentiam; laudamus divitias, sequimur inertiam; inter bonos et malos discrimen nullum; omnia virtutis præmia ambitio possidet. Neque mirum; ubi vos separatim sibi quisque consilium capitis, ubi domi voluptatibus, hic pecuniæ, aut gratiæ servitis; eo fit, ut impetus fiat in vacuam rempublicam. Sed ego hæc omitto. Coniuravere nobilissumi cives patriam incendere: Gallorum gentem infestissumam nomini Romano ad bellum accersunt; dux hostium supra caput est: vos cunctamini etiam nunc, quid intra mœnia adprehensis hostibus faciatis? Misereamini censeo: deliquere homines adulescentuli per ambitionem; atque etiam armatos dimittatis. Ne ista vobis mansuetudo et misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam vortet. Scilicet res ipsa aspera est; sed vos non timetis eam. Immo

Tcg. Tur. 1. 2. Bern. 1. 2. 4. *illis est. est* om. Leid. m. Franc. Bas. 1. *nobis est quam illis fuit* Bern. 2. *nobis est quam illis est* Tur. 2. *discrimen nullum. est* addant incerti, Franc. Struv. Rem. 1. Guelf. 7. Leid. d. e. n. Bas. 1. 3. Tur. 2. Bern. 2. 3. *nullum discrimen* hoc ordine inc. 2. Franc. Acad. Senat. 2. Heuss. Tur. 1. *hæc ego omitto* Fabric. 2. Bas. 2. *obmitto* Bern. 3. *hoc* Guelf. 5. 6. 7. 10. Bas. 3. *accersunt* Bas. 1. Ecc. Guelf. 2. 3. 5. 9. 12. Tur. 1. Bern. 1. 4. *accersere* Tur. 2. Bern. 2. *accersire* Vinar. 2. *accerserunt* plures Guelf. *arcessere* Bas. 2. 4. Ac. *arcesserunt* incerti, Struv. Guelf. 7. 8. 11. Leid. d. h. *arcessunt* ceteri. *cum exercitu* om. Fabr. 1. locum mutat in Fabr. 2. Sen. 2. Heuss. Bern. 2. *et dubitatis* omis. Fabr. uterq. Bas. 2. Acc. Leid. i. neque in sex aliis libris legi, testes sunt Gruter. et Putsch. *deprehensis* longe plurimi libri. *apprehensis* Nazar. Commel. Guelf. 5. Rem. 2. Ecc. Paris. a. c. d. Bas. 3. m. sec. *miseremini* Leid. l. Merseb. Rivii et alii Leid. Bas. 1. pro varia

vero maxume; sed inertia et mollitia animi, alius alium exspectantes cunctamini, dis immortalibus confisi, qui hanc rempublicam in maxumis sæpe periculis servavere. Non votis, neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo prospera omnia cedunt: ubi socordiæ te atque ignaviæ tradideris, nequicquam deos implores; irati infestique sunt. Apud maiores nostros A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari iussit, atque ille egregius adulescens immoderatæ fortitudinis morte pœnas dedit. Vos de crudelissumis parricidis quid statuatis, cunctamini? Videlicet vita cetera eorum huic sceleri obstat. Verum parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiæ, si famæ suæ, si dis aut hominibus umquam ullis pepercit: ignoscite Cethegi adulescentiæ; nisi iterum patriæ bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Cœpario loquar? quibus si quicquam umquam pensi fuisset, non ea consilia de republica habuissent. Postremo, Patres conscripti, si mehercule peccato locus esset, facile paterer, vos ipsa re corrigi, quoniam verba contemnitis; sed

lectione, Bern. 4. *atque etiam armatos. etiam* omis. Commel. Palat. 1. 2. Struv. Fabric. uterq. Ecc. Guelf. 1. 3. 5. Teg. *ne ista vobis mans. timeo, vereor, cavete* addunt Bas. 2. 3. Struv. Guelf. 7. 8. 11. incert. 1. Guelf. 9. 6. *vertet.* unus Rivii. *vertat* Guelf. 5. *vertatur* vel *convertatur* ceteri. *convertat* unus Wassii. Bas. 3. Bern. 3. 4. *res aspera est* Fab. 2. *dis* Vin. 2. Fab. 1. Heus. Sen. 2. Bern. 4. *prospera* longe plur. libri. *tradideris* omis. Guelf. 5. *te* om. Guelf 6. Bas. 2. *tete* omnes Leid. (exc. k. qui prim. omisit.) *te* omnes Cortii libr. *gravus pœnas dedit.* Guelf. 3. *A. Manl. Torq.* omnes fere libri. *T.* Guelf. 11. *unquam ullis* om. Guelf. 5. *ullis quidem* Guelf. 6. Heuss. *unquam* delet Leid. b. *ullis* om. Mark. r. Bas. 3. m. sec. *alterum iam patriæ* Vin. 2. Ecc. Guelf. 3. 5. Paris. d. Leid. c. unus Rivii. Tur. 1. m. sec. *iterum* ceteri. *iam* omis. Bas. 1. 2. Fabric. incerti. Franc. plures Wassii, Senat. 1. Guelf. 2. 4. 12. Paris. b. e. *facit* Guelf. 6. *intulit* plures Rivii et Wassii libri. *atque hominib.* Bas. 1. *umquam pens.* Bas. 1. 2. Fabric. 1. Vinar. 2. Senat. 2. Guelf. 5. *umquam* om. Ac. Ecc. inc. 1. Guelf. 1. 4. 6. 12. *verba mea* Vin. 2. incerti Guelf. 7. 12. omnes Leid.

undique circumventi sumus. Catilina cum exercitu faucibus urget: alii intra moenia atque in sinu urbis sunt hostes: neque parari neque consuli quicquam potest occulte; quo magis properandum est. Quare ita ego censeo: quum nefario consilio sceleratorum civium respublica in maxuma pericula venerit, hique indicio T. Volturcii et legatorum Allobrogum convicti confessique sint, cædem, incendia, aliaque se fœda atque crudelia facinora in civis patriamque paravisse; de confessis, sicuti de manifestis rerum capitalium, more maiorum, supplicium sumendum."

Postquam Cato adsedit, Consulares omnes itemque Senatus 53
magna pars sententiam eius laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt: alii alios increpantes timidos vocant: Cato clarus atque magnus habetur: Senati decretum fit, sicuti ille censuerat. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Romanus domi militiæque, mari atque terra præclara facinora fecit, forte lubuit attendere, quæ res maxume tanta negotia sustinuisset. Sciebam, sæpe numero parva manu cum magnis legionibus hostium contendisse: cognoveram, parvis copiis bella gesta cum

præter d. *faucibus Italiæ* Guelf. 6. 7. 8. 10. 11. 12. Struv. Franc. inc. 1. Leid. k. m. n. multi alii. *in faucib.* Paris. b. e. aliquot Cortii libri. omnes Leid. plures Wassii. *atque in sinu. atque* om. Leid. k. plures Wassii. *prop. est* Teg. omnes Leid. Bas. Bern. Turic. *potest occulte* plures Wassii. Teg. Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. 2. Bern. 3. *ego censeo.* Bas. 1. Senat. 2. Heuss. Guelf. 4. Erl. *ego* omis. Leid. a. b. c. d. e. g. h. l. m. n. Bern. 1. 2. *ego ita censeo.* Bern. 4. *censeo ego* plurimi Codd. *confessique sint. que* et *sint* om. Guelf. 6. *sint* delent Guelf. 7. Ecc. Ac. Leid. e. *et confessi* Bas. 4. *aliaque se foeda.* Bas. 1. Fabric. uterq. Senat. 2. Tur. 1. Bern. 3. 4. Heuss. Guelf. 2. 4. 9. Mark. Γ. Λ. B. Pub. Norvicenses. *aliaque* omnes Leid. et Rivii libri et ceterorum plurimi. *alia foeda* plures Wassii.

Cap. 53. *item Senat.* Bern. 1. *clarus atque m.* Teg. Leid. e. f. i. k. l. Bas. 1. Bern. 1. 3. *clarus et m.* Bas. 4. *magnus atque clarus.* ita Gruter. Cort. Wassius ediderunt. *Senati decretum* legunt Guelf. 8. 10. 12. Bern. 1. Paris a. *sed multa mihi* Bas. 1. Rem. 2. Struv. *multa audienti.* ita optimi libri. *multaque, et multa, atque multa* inc. 1.

opulentis regibus: ad hoc sæpe fortunæ violentiam toleravisse: facundia Græcos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse. Ac mihi multa agitanti constabat, paucorum civium egregiam virtutem cuncta patravisse; eoque factum, uti divitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. Sed postquam luxu atque desidia civitas corrupta est; rursus respublica magnitudine sua imperatorum atque magistratuum vitia sustentabat; ac, sicuti effœta parentum, multis tempestatibus haud sane quisquam Romæ virtute magnus fuit. Sed memoria mea ingenti virtute, divorsis moribus fuere viri duo, M. Cato et C. Cæsar: quos, quoniam res obtulerat, silentio præterire, non fuit consilium, quin utriusque naturam et mores, quantum ingenio possem, aperirem.
54 Igitur his genus, ætas, eloquentia prope æqualia fuere: magnitudo animi par, item gloria; sed alia alii. Cæsar beneficiis atque munificentia magnus habebatur; integritate vitæ Cato. Ille mansuetudine et misericordia clarus factus; huic severitas dignitatem addiderat. Cæsar dando, sublevando, ignoscendo; Cato nihil largiundo gloriam adeptus est. In altero miseris perfugium; in altero malis pernicies; illius facilitas huius constantia laudabatur. Postremo Cæsar in animum induxerat laborare, vigilare; negotiis

Bas. 2. 3. Guelf. 7. 8. 10. Leid. b. c. f. h. Bern. 2. *populum Romanum parva* Bas. 2. Guelf. 6. 7. 8. 12. tres Wassii libri. *superasset* Guelf. 1. 5. Rem. 2. Turic. 1. *veluti effoeta* Paris. a. *fuere morib.* Fabr. 2. *fuere* om. Ecc. *diversi moribus* Sen. 2. Heuss. *viri* delet Guelf. 5. *possum ap.* Teg.

Cap. 54. *benef. ac mun.* Bas. 1. Tur. 1. Bern. 1. 3. *factus est* Leid. b. e. h. k. Bas. 2. Bern. 2. *est fact.* Bas. 4. *adeptus est* omnes libri. *est adept.* Bas. 4. *perfugium erat. erat* om. Rivii Codd. uterq. Fabr. Rem. Sen. 2. Heuss. Guelf. 3. Leid. i. *profugium* et *refugium* multi corrupte. *quod bono dignum.* Guelf. 5. 10. Leid. f. Fabric. Riv. *bellum novum* Bas. 1. 2. Teg. Tur. 1. Bern. 2. 3. *petebat gloriam* Bas. 1. 3. *illum sequebatur* August. Civ. D. 5. 12. pag. 304. Ed. Viv. *illum adsequebatur* Fabr. 1. m. sec. Ac. Guelf. 1. 2. 5. Sen. 1. Paris. a. Leid. a. b. c. d. k. l. Naz. Pal. 2. 5. 12 *eo magis assequebatur* Codd. a Manutio laudati. *illum* vel *illam* (sic enim ceteri legunt) omiserunt Merseb. Pal. 8. 9. Guelf. 6. *gloriam assequeb.* Rem. 1. *illa assequebatur* Paris. d. *eam assequeb.* Leid. f. h. *eum* Bas. 3.

amicorum intentus, sua neglegere; nihil denegare, quod dono dignum esset; sibi magnum imperium, exercitum, novum bellum exoptabat, ubi virtus enitescere posset. At Catoni studium modestiæ, decoris, sed maxume severitatis erat. Non divitiis cum divite, neque factione cum factioso; sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat; esse, quam videri, bonus malebat; ita, quo minus gloriam petebat, eo magis sequebatur.

Postquam, ut dixi, Senatus in Catonis sententiam discessit, 55
Consul optumum factum ratus, noctem, quæ instabat, antecapere, ne quid eo spatio novaretur, Triumviros, quæ supplicium postulabat, parare iubet: ipse, dispositis præsidiis, Lentulum in carcerem deducit: idem fit ceteris per Prætores. Est locus in carcere, quod Tullianum adpellatur, ubi paullulum descenderis ad lævam, circiter duodecim pedes humi depressus. Eum muniunt undique parietes atque insuper camera, lapideis fornicibus vincta: sed incultu, tenebris, odore fœda atque terribilis eius facies est. In eum locum postquam demissus est Lentulus, vindices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere.

Cap. 55. *ut dixi* om. Leid. h. *optumum factum* Struv. Ac. Guelf. 6. 8. 10. 12. Mark. r. primitus. *ad supplicium* plurimi libri. sed *ad* erasum in Bas. 1. Fabr. 1. nec habuerunt aliquando Guelf. 3. 10. Sen. 2. Heuss. Pal. 10. et 2. Tur. 1. *postulant* Fab. 1. *postulabant* inc. 1. Guelf. 11. *præsid. disp.* Erl. Bas. 2. 3. Tur. 1. 2. Bern. 2. *ducit* Guelf. 5. Comm. *est in carc. loc.* Bas. 1. 3. Tur. 1. Bern. 3. *loc.* om. Bas. 4. *ascenderis* ita plurimi Codd. *descenderis.* Bas. 3. Rem. uterq. Sen. 2. Franc. inc. 1. Commel. Pal. 2. m. sec. Bern. 1. *escenderis* Thosan Palmer. probavit Cort. *circiter* om. Teg. *vincta* et *iuncta* et alias mutata, hoc quoque loco promiscue scribuntur. *incultu* Naz. Commel. Bas. 2. 3. uterq. Sen. Guelf. 1. 5. Leid. h. l. m. n. *fac. est.* *est* om. Bern. 1. *dimissus* Vin. 2. Fabr. 2. Franc. Ac. Bas. 2. uterq. Rem. inc. 1. Guelf. 1. 2. 4. 5. 8. 9. 10. *est* a multis libris exsulat, sed retinent omnes Bas. Bern. Tur. Leid. *vindices rerum capitalium.* sic meliores. hæc Cortius omisit. *indices* Rem. uterq. Sen. 1. Bas. 1. 4. inc. 2. Guelf. 6. 8. 9. Franc. in Guelf. 2. et Fab. 1. m. sec. omnes Paris. *iudi-*

Ita ille patricius, ex gente clarissuma Corneliorum, qui consulare imperium Romæ habuerat, dignum moribus factisque suis exitium vitæ invenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Cœpario eo-
56 dem modo supplicium sumptum est. Dum ea Romæ geruntur, Catilina ex omni copia, quam et ipse adduxerat, et Manlius habuerat, duas legiones instituit; cohortes pro numero militum complet: deinde, ut quisque voluntarius aut ex sociis in castra venerat, æqualiter distribuerat, ac brevi spatio legiones numero hominum expleverat; quum initio non amplius duobus millibus habuisset. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa; ceteri, ut quemque casus armaverat, sparos aut lanceas, alii præacutas sudes portabant. Sed postquam Antonius cum exercitu adventabat, Catilina per montes iter facere, modo ad urbem, modo in Galliam versus castra movere; hostibus occasionem pugnandi non dare; sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romæ socii incepta patravis-

ces. Vin. 2. Acad. Struv. Senat. 2. Heuss. Bern. 2. *iudices vindices*. *r. c.* *qui contra* Tur. 2. *per iudices* Ecc. *per indices* Fabric. 2. Guelf. 1. 3. Bas. 2. Tur. 1. Teg. plurimi Gruteri libri. *laniatores et vind.* unus Wassii. *erat præc.* Bas. 1. 4. *præc. fuerat* Bern. 1. *frangere* Guelf. 1. 5. *ex gente clar.* Teg. Bas. 1. 2. 3. 4. Turic. 1. 2. Bern. 3. g. *corn. cl.* Bern. 2. *cl. g. Corn.* Cort. *exitium vitæ* Fabr. 1. 2. m. pr. Bas. 1. 2. 3. m. sec. omnes Paris. Leid. a. b. c. d. h. l. m. Tur. 1. Vinar. 2. Struv. Ecc. Sen. 1. Heuss. Guelf. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. Fabric. et alii duo Riv. Bern. 1. lib. 2. Reg. Pemb. Mark. Γ. Λ. *exitum* ceteri. *vitæ* delet Leid. n. *est sumtum*. Guelf. 10. et alii quatuor. *est* duo Wassii omittunt.

Cap. 56. *dum hæc.* inc. 1. Guelf. 7. Bas. 4. *ea* om. Bas. 1. *cohorteis* in vetustis legi notat Riv. iterumque paulo infra. *venit* Fabric. uterq. Erl. Teg. *distribuit.* Bas. 3. Rem. 1. *distribuebat.* Leid. i. *brevi legiones.* (*spatio* omisso) Bern. 1. *modo ad urbem.* sic omnes fere Codd. *ad urbem modo. modo* Guelf. 9. *in Galliam versus.* Prisc. de XII. vers. Aen. cap. 13. p. 357. et aliquot scripti Codd. Cortii. *ad Galliam versus.* Fabric. 1. Bas. 2. inc. 1. Guelf. 6. neutram præpos. admittunt Struv. inc. 2. Rem. 1. Bas. 1. Vinar. 2. Fabric. 2. Franc. Ac. Guelf. 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Leid. e. f. g. i. m. n. novem Wassii libri. Tur. 1. *scilicet ut fatigaret Antonium cum suis*, hæc glossa in Bas. 1. post *mouere* legitur. *sperans* Fabric. 1. Acad.

sent. Interea servitia repudiabat, cuius initio ad eum magnæ copiæ concurrebant, opibus coniurationis fretus; simul alienum suis rationibus existumans, videri caussam civium cum servis fugitivis communicavisse. Sed postquam in castra nuntius pervenit, 57
Romæ coniurationem patefactam; de Lentulo, Cethego, ceterisque, quos supra memoravi, supplicium sumptum: plerique, quos ad bellum spes rapinarum aut novarum rerum studium illexerat, dilabuntur: reliquos Catilina per montes asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem abducit; eo consilio, uti per tramites occulte perfugerent in Galliam (Transalpinam.) At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno præsidebat, ex difficultate rerum eadem illa existumans, quæ supra diximus, Catilinam agitare. Igitur, ubi iter eius ex perfugis cognovit, castra propere movit ac sub ipsis radicibus montium consedit, qua illi descensus erat in Galliam properanti. Neque tamen Antonius procul aberat: utpote qui magno exercitu, locis æquióribus expe-

Heuss. Sen. 2. Bas. 2. 3. Guelf. 3. Teg. Paris. e. Tur. 1. m. pr. Tur. 2. *magnas copias* om. Guelf. 11. Teg. *magnas sese* Mark. A. *magnam copiam* inc. 1. *cuius initio* laudat Prisc. 17. 20. pag. 81. *quorum* Leid. c. e. g. h. m. Franc. inc. 1. Guelf. 6. Fabr. 1. m. sec. Vin. 2. *cuius rei initio* Leid. d. Bas. 3. 4. Guelf. 9. 10. Ecc. *simul alienum*.. *simul* om. Guelf. 1. 5. Commel. Naz. Pal. 2. *existumans* abest a Guelf. 1. 6. Leid. i. Palat. 4. et Putschii codice. *servis* delet unus Rivii. *fugitivis* delet Senat. 2. Heuss.

Cap. 57. *Romæ coniuratione patefacta* Guelf. 7. 8. Vin. 2. *patefacta* etiam tres Wassii. *ceterisque*. *que* om. Fabric. uterq. inc. 2. Rem. 1. Heuss. Senat. 2. Franc. tres Guelf. *et ceteris* Guelf. 6. *adducit* Rem. uterq. Franc. Struv. Bas. 3. 4. Guelf. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. quatuor Wassii. *per tramites occultos* Franc. unus Wassii. *per occ. tram.* Guelf 9. *perfugeret* Bas. 1. 2. 4. 3. Ac. Rem. 2. inc. 1. Struv. Guelf. 1. 4. 5. 6. 10. 12. Tur. 1. *perflugerent.* Fabr. uterq. Vinar. 2. inc. 2. Sen. 2. Guelf. 2. 3. 8. Bern. 1. *in Galliam Transalpinam* omnes fere libri. *Cisalpinam* Fabric. 2. unus Rivii. neutram nec *Cis.* nec *Trans.* agnoscit Erl. *eadem illa. illa* del. Guelf 5. *propere movet* Guelf. 5. *properanti in Galliam* Guelf. 6. Tur. 1. *prop.* om. Ac. *expeditos* omnes fere libri Prisc. 18. 25. 240: sed Kr. ex coniect. *expeditus. expeditus* Fabr. 1.

ditus, in fuga sequeretur. Sed Catilina, postquam videt montibus atque copiis hostium sese clausum, in urbe res advorsas, neque fugæ, neque præsidii ullam spem; optumum factum ratus, in tali re fortunam belli temptare, statuit cum Antonio quam primum confligere. Itaque, concione advocata, huiuscemodi orationem habuit.

58 „Compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere; neque ex ignavo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. Quanta cuiusque animo audacia natura, aut moribus inest, tanta in bello patere solet; quem neque gloria, neque pericula excitant, nequicquam hortere: timor animi auribus obficit. Sed ego vos, quo pauco monerem, advocavi; simul uti caussam mei consilii aperirem. Scitis equidem, milites, socordia atque ignavia Lentuli quantam ipsi cladem nobisque attulerit; quoque modo, dum ex urbe præsidia opperior, in Galliam proficisci nequiverim. Nunc vero quo in loco res nostræ sint, iuxta mecum omnes intellegitis. Exercitus hostium duo,

m. pr. et pro varia lectione Fabr. 2. *in fuga* Leid. f. k. l. m. Bas. 1. 4. Rem. 2. Fabr. uterq. Vin. 2. Franc. Ecc. Heuss. Guelf. 1. 5. 10. 11. Gruteri meliores, duo Wassii Prisc. l. l. Turic. 1. 2. *in fugam* ceteri. *postq. vidit* Guelf. 5. Tur. 2. *vid.* om. Commel. *opt. factum* Ac. Guelf. 5. 9. 12.

Cap. 58. *compertum habeo* quatuor Cortii libri, Bas. 3. Leid. k. m. Rivii Mss. Gruteri libri et tres Wassii. *verba viris. viris* abiiciunt Ecc. uterq. inc. Fabr. omnes Paris. omnes Leid. (præter g.) Ac. Bas. 1. 3. 4. Sen. 1. Franc. Guelf. 2. 3. 5. 9. septem Wassii libri. Tur. 1. 2. Bern. 1. 4. *mei consilii* Bas. 1. 2. Tur. 1. Bern. 1. 3. 4. omnes Leid. *nostri* Bas. 3. *cons. mei* Tur. 2. *quanta cuique* Guelf. 5. Bas. 2. m. sec. Teg. Mark. r. hoc etiam in Guelf. 9. Fabric. 1. Struv. Senat. 2. Heuss. legere licet. *nequiquam.* Teg. Bern. 4. ita passim alii. *hortare* Guelf. 1. 6. 8. 9. Acad. incert. 2. Franc. Bas. 4. *hortari* Bern. 2. *hortaris* Bern. 3. *obficit* Guelf. 5. *vos* delet Guelf. 4. Palat. 4. *admonerem* Bas. 2. Franc. Guelf. 5. Comm. Mark. r. *quantam ipsi. ipsis* Fabr. 2. *sibi* Franc. Bas. 3. Leid. d. i. *sibi et nobis* inc. 2. *ipsi nobisque clad.* Teg. Bern. 1. 2. 3. 4.; ita Haverc. edidit nec contra pugnare videntur Leid. *quo modo*

unus ab urbe, alter a Gallia obstant: diutius in his locis esse, si maxume animus ferat, frumenti atque aliarum rerum egestas prohibet. Quocumque ire placet, ferro iter aperiundum est. Quapropter vos moneo, uti forti atque parato animo sitis; et, quum prælium inibitis, memineritis, vos divitias, decus, gloriam, præterea libertatem atque patriam in dextris vestris portare. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt, commeatus abunde, coloniæ atque municipia patebunt; si metu cesserimus, eadem illa advorsa fient: neque locus, neque amicus quisquam teget, quem arma non texerint. Præterea, milites, non eadem nobis et illis necessitudo impendet; nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illis supervacaneum est pugnare pro potentia paucorum. Quo audacius adgrediamini, memores pristinæ virtutis. Licuit nobis cum summa turpitudine in exsilio ætatem agere: potuistis nonnulli Romæ, amissis bonis, alienas opes exspectare. Quia illa fœda atque intoleranda viris videbantur, hæc sequi decrevistis. Si hæc relinquere voltis, audacia opus est; nemo, nisi victor, pa-

Bas. 2. Struv. *Nunc vero* Bas. 1. 2. 3. Tur. 1. 2. Bern. 2. 3. 4. omnes Leid. *vero* om. Cort. *quo loco* Ecc. Vin. 2. Sen. 1. Ac. Bas. 2. m. pr. Rem. uterq. Reg. Pemb. B. Pub. Mark. r. Struv. Guelf. 4. 7. 10. 12. Leid. m. n. Bern. 1. 4. *obstat* Ecc. Leid. n. *locis esse. esse* om. Fabr. Guelf. 9. *esse locis* Vin. 2. Teg. *si animus maxime ferat* Rivii libri. *atque aliarum. atque* neglexit incert. 2. *et cum. et* om. incert. 2. *memin. vos. vos* delet Mark r. Bern. 3. *tuta erunt nobis* Guelf. 12. *nobis* expungit Sen. 1. *dextris vestris* pron. Cortius eiecit. *si metu* omnes Cortii libri, omnes Leid. præter b, sex Wassii. omnes Bas. Tur. Bern. *munic. atque col.* Teg. Tur. 1. 2. Bas. 2. 3. 4. sic edidit Hav. adsentientibus ut videtur omnibus Leid. Bern 2. 4. *fiunt* Fab. 1. Teg. *fient* ceteri. *erunt* Leid. h. *pro patria libertate* Fab. 1. Guelf. 4. Teg. *supervac. est. est* om. Leid. f. *pro pot. pauc. pug.* Leid. e. f. g. k. l. plures Gruter. Bern. 1. 2. 3. Bas. 2. 3. 4. Tur. 2. *adgrediamini* Cortii plurimi libri. ex Leid. g. m. meliores Gruteri. novem Wassii. Bas. 1. 2. 3. 4. Tur. 1. Bern. 1. 2. *licuit vobis* Leid. b. c. d. o. g. k. plures Gruteri. Bas. 2. 3. Bern. 3. 4. *vitam agere* Leid. f. m. Tur. 1. Fab. 1. Ecc. Ac. inc. 1. Guelf. 3. 10. Franc. *opes spectare* tres Wassii. *arma quis* Merseb. Rivii. *ab hoste* idem. tres

ce bellum mutavit. Nam in fuga salutem sperare, quum arma, quis corpus tegitur, ab hostibus avorteris, ea vero dementia est. Semper in prælio maxumum est periculum, qui maxume timent: audacia pro muro habetur. Quum vos considero, milites, et quum facta vestra æstumo, magna me spes victoriæ tenet. Animus, ætas, virtus vestra me hortantur; præterea necessitudo, quæ etiam timidos fortis facit. Nam multitudo hostium ne circumvenire queat, prohibent angustiæ loci. Quodsi virtuti vestræ fortuna inviderit, cavete, inulti animam amittatis; neu capti potius, sicuti pecora, trucidemini, quam virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis."

59 Hæc ubi dixit, paullulum commoratus, signa canere iubet; atque instructos ordines in locum æquum deducit. Dein, remotis omnium equis, quo militibus, exæquato periculo, animus amplior esset, ipse pedes exercitum, pro loco atque copiis, instruit. Nam, uti planities erat inter sinistros montes, et ab dextra rupe

Wassii. *ea vera dementia* vetustiores Gruteri. Leid. e. i. *iis maxumum* omnes Leid. multi Cortii libri. *his* plures libri. *illis* inc. 2. Guelf. 12. pronomen om. Bas. 1. Sen. 1. Franc. Fabr. uterq. Ecc. Guelf. 2. *est* om. Bern. 3. *his qui* Bas. 2. 3. 4. *me spes. me* delet Rem. 2. locum mutat in Guelf. 7. 8. 10. Bas. 2. inc. 2. *me hortantur* pronom. et hoc loco ignorat Struv. in aliis sedes variat. *multitudo hostium. hostium* om. Rem. 2. *nos queat* Leid. d. *angustiæ loci. loci* abest a Guelf. 3. *virtuti nostræ* Fabr. 2. Guelf. 11. *quod si forte virtuti* plures Rivii. *cavete ne. ne* om. Comm. Naz. Palat. 5. Bas. 1. Guelf. 2. 4. Leid. a. b. c. d. l. n. *capti potius* ab uno Wassii exsulat. *vitam am.* Leid. i. k.

Cap. 59. *deduxit* Ecc. *dehinc* Rem. 1. *dein* unus Rivii. Bas. 1. *Tur.* 1. *omnium equis. omnibus* Fabric. 1. Guelf. 5. Leid. a. unus Wassii. Tur. 1. *quo peditibus* plures Wassii et Rivii libri. *amplior esset. esset* om. Guelf. 2. *instruxit* Franc. Rem. 1. inc. 2. Guelf. 4. 11. Leid. i. m. *sinistros montes. mont.* om. Guelf. 6. *et ab. et* om. Bern. 1. *montes et* delet Guelf. 4. *a dextra* Bas. 1. 4. Bern. 2. *rupe aspera.* ita plurimi et optimi Cortii libri. ex Leid. e. i. h. k. l. Mark. A. Reg. *rupem asperam* Paris. b. Leid. n. plures Gruteri. Bas. 4. *rupes asperas* Leid. e. m. sec. *rupes aspera* Manu-

aspera, octo cohortes in fronte constituit: reliquarum signa in subsidio artius collocat. Ab his centuriones omnis lectos et evocatos, præterea ex gregariis militibus optumum quemque armatum in primam aciem subducit. C. Manlium in dextra, Fæsulanum quemdam in sinistra parte curare iubet: ipse cum libertis et colonis propter Aquilam adsistit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. At ex altera parte C. Antonius, pedibus æger, quod prælio adesse nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit. Ille cohortes veteranas, quas tumulti caussa conscripserat, in fronte; post eas ceterum exercitum in subsidiis locat. Ipse equo circumiens, unumquemque nominans adpellat, hortatur, rogat, ut meminerint, se contra latrones inermos, pro patria, pro liberis, pro aris atque focis suis certare. Homo militaris, quod amplius annos triginta tribunus, aut præfectus, aut legatus, aut prætor cum magna gloria in exercitu fuerat, plerosque ipsos factaque eorum fortia noverat; ea com-

tii et Glareani libri, excellentiores Grut. m. sec. tres Wass. Bas. 2. m. sec. *reliquarum vel reliquorum signa* plurimi libri. *reliqua signa* Leid. a. b. c. d. f. h. m. *subsidio armis locat* Guelf. 5. *subsidio* optimi libri. ex Leid. i. m. Reg. B. Pub. Mark. Λ. Γ. Pemb. Martin. *lectos et evocatos.* ita Bas. 1. 3. Fabr. et Rem. uterq. Paris. c. d. Ac. Vin. 2. Sen. 1. Ecc. Guelf. 3. 4. 5. 10. 11. Leid. a. b. c. e. f. i. k. l. n. *electos et evocatos* aut *lectos* et *vocatos* reliqui. *et* om. Struv. *opt. q. armatum. armatum* om. Guelf. 5. *colonibus* Naz. Palat. 8. Tur. 2. Vinar. 2. Guelf. 2. m. sec. *calonib.* Putsch ex Cuiacii codic. *prope aquil.* Vin. 2. Bas. 2. 3. Rem. 1. inc. Struv. Leid. g. h. m. *in exercitu. in* delet Guelf. 5. *quod proelio* om. Guelf. 3. *quod bello* Guelf. 4. 5. Bern. 2. *tumulti* Leid. l. Non. 8. 50. Tur. 1. m. sec. *in frontem* Leid. m. Non. *in fronte constituit* Bas. 2. *in subsidio* Leid. m. Non. Guelf. 9. Franc. *collocat* duo Wassii. Bas. 3. Tur. 1. *circuiens* Fabr. uterq. Vin. 2. Sen. 1. Guelf. 5. *unumquemque. unum* om. Guelf. 3. Ciaccon. lib. *ut mem.* Bas. 1. 4. Bern. 1. 3. Leid. uti Cort. *cernere* Bern. 3. *decernere* Thosan. *certare* ceteri. *inermos* Ursini liber. *inermis* Tur. 2. *annis triginta* inc. Vin. 2. Franc. Guelf. 7. 8. Leid. m. Bas. 4. *tribunus atque præf.* Bas. 1. *in exercitu* non habuit primitus Guelf. 12. eiecit Cort. *c. magna in ex. gl.*

60 memorando militum animos accendebat. Sed ubi, omnibus rebus exploratis, Petreius tuba signum dat; cohortes paullatim incedere iubet; idem facit hostium exercitus. Postquam eo ventum est, unde a ferentariis prælium committi posset, maxumo clamore cum infestis signis concurrunt; pila omittunt; gladiis res geritur. Veterani, pristinæ virtutis memores, cominus acriter instare; illi haud timidi resistunt; maxuma vi certatur. Interea Catilina cum expeditis in prima acie versari, laborantibus succurrere, integros pro sauciis accersere: omnia providere, multum ipse pugnare, sæpe hostem ferire. Strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur. Petreius, ubi videt Catilinam, contra ac ratus erat, magna vi tendere; cohortem prætoriam in medios hostis inducit, eosque perturbatos atque alios alibi resistentes interficit: deinde utrimque ex lateribus adgreditur. Manlius et Fæsulanus in primis pugnantes cadunt. Postquam fusas copias

Paris. c. *pleros ipsos* Guelf. 1. *multum alios accend.* Guelf. 5. *eorum fortia* om. Leid. k.

Cap. 60. *rebus omnib.* Fabr. inc. multi alii. *omnib. reb.* Teg. Bas. 1. 3. 4. Tur. 1. Bern. 2. omnes Leid. longe plurimi. *expl. om. reb.* Bas. 2. *om. loc. ex.* Ecc. *reb.* omis. Guelf. 5. Bern. 1. *tuba* Bas. 2. om. *idemque facit* Leid. e. *ventum est. est* om. Guelf. 6. 9. *a ferentariis* præpos. Bas. 1. om. *obmittunt* Ac. Guelf. 3. m. sec. Bas. 3. *signis concurrunt utrimque* intrudunt quinque Wassii. Leid. g. m. n. Palat. 6. 7. 8. 9. 10. 11. alii alio loco. *gladiis agitur res* Fabr. 1. Franc. Guelf. 3. 5. 10. Teg. *res agitur* Bas. 3. 4. Tur. 1. duo Wassii. Leid. b. f. h. i. k. m. *in prima versari* Guelf. 3. *arcessere* Fabr. 1. Vin. 2. Ac. Sen. 1. Bas. 3. Struv. Guelf. 1. 3. 4. 7. 8. 12. *accessere* Fabr. 2. *accersire* Sen. 2. inc. 2. Tur. 2. *accersere* Vin. 1. inc. 1. Guelf. 2. 5. 6. 9. 10. 11. Bas. 1. 2. Bern. 1. 2. *magna vi* om. Guelf. 3. *multum pugnare ipse* Bas. 1. *ipse* omis. tres Wassii. *contra quam* Franc. Guelf. 9. Bas. 3. Leid. k. *contendere* Franc. Fabr. 1. Ac. Vin. 2. Struv. Guelf. 4. 7. 8. 9. Teg. Bas. 3. Tur. 2. Bern. 1. 2. Leid. b. c. d. e. f. g. k. m. quatuor Wass. *intendere* Sen. 1. Bas. 2. 4. *eos perturbatos* Guelf. 1. *interfecit* Guelf. 6. 7. 9. Vin. 2. Heuss. Tur. 1. 2. Leid. l. *dehinc utrimque* Guelf. 4. *utrisque ex lateribus* inc. 2. Bas. 2. Guelf. 6. 11. Bern. 1. *ceteros* delevit Bodlei. Rem. 1. *at Catilina postquam* Guelf. 3. *Catil. postq.* Bern. 1. *videt Catilina* ita plurimi Cortii libri. omnes Leid. *postquam Catilina fusas* Vin. 2. Acad.

seque cum paucis relictum videt Catilina, memor generis atque pristinae suae dignitatis, in confertissumos hostis incurrit, ibique pugnans confoditur. Sed confecto prælio, tum vero cerneres, 61
quanta audacia quantaque vis animi fuisset in exercitu Catilinæ. Nam fere, quem quisque (vivus) pugnando locum ceperat, eum, amissa anima, corpore tegebat. Pauci autem, quos cohors prætoria disiecerat, paullo divorsius, sed omnes tamen advorsis volneribus conciderant. Catilina vero longe a suis, inter hostium cadavera repertus est, paullulum etiam spirans ferociamque animi, quam habuerat vivus, in voltu retinens. Postremo ex omni copia, neque in prælio, neque in fuga, quisquam civis ingenuus captus est. Ita cuncti suæ hostiumque vitæ iuxta pepercerant. Neque tamen exercitus populi Romani lætam aut incruentam victoriam adeptus erat; nam strenuissumus quisque aut occiderat in prælio, aut graviter volneratus discesserat. Multi autem, qui de cas-

incerti, Bas. 1. m. sec. Heuss. Sen. 2. Bern. 2. 3. *Catilina* om. Fabr. Sen. 1. Bas. 1. m. pr. 2. meliores Palat. Commel. Guelf. 1. 2. 5. 9. 10. 12. Teg. Erl. *seque cum paucis videt* Bern. 2. *Catilina videt relictum* Bas. 4. *sui generis atque suæ prist.* Bas. 3. *pristinæ suæ dignitatis.* Fabr. 2. Vin. 2. Bas. 1. 2. inc. Sen. Struv. Heuss. Guelf. 5. 9. Bern. 2. *suæ* in multis locum mutat. *suæ priscæ* Teg. *suas copias* Bas. 2. *fus. suas* Bern. 2. *inter conf.* Bas. 4. Bern. 2.

Cap. 61. *quantaque animi que* erasum in Bas. 1. 4. Tur. 2. *vis animi* Bas. 1. Bern. 1. 2. 3. Mark. A. Γ. *animi fuisset vis* Tur. 1. *vivus pugnando locum* ita plurimi libri. *vivus* in tribus Wassii locum mutat. *vivus quisq.* tres Wassii. *locum vivus ceperat* Fabr. Guelf. 4. 5. Tur. 1. *locum unius ceperat* Teg. *locum unius pugnando* Bern. 2. *ceperat vivus* Guelf. 9. *vivus ceperat locum* Bas. 4. Tur. 2. *quam quisq. vivus pug. ceperat loc.* Bern. 3. *nimis pugnando* Sen. 2. *quem quisque in viis* Franc. etiam in Parisinis locum mutat. *vivus* om. Guelf. 11. *disiecerat medios* Bern. 2. *diversius erant* Rem. 1. *diversi a suis* Rem. 2. *diversi iacebant* inc. 2. *diversius iacebant* Guelf. 8. 9. Bas. 4. Bern. 2. omnes Wass. *diversius occubuerant* Tur. 2. *paullo diversi a suis iacebant* Guelf. 7. *repertus est. est* om. Rem. 1. *est captus* inc. 1. *est* om. Rem. 2. *suæ hostiumque. que* om. Guelf. 4. *atque incruent.* inc. 1. Rem. 1. Ac. Tur. 1. Bas. 3. *adeptus erat* ita plurimi libri. *ad. est* inc. Fabr. 2. Leid. a. b. d. g.

tris visundi aut spoliandi gratia processerant, volventes hostilia cadavera, amicum alii, pars hospitem aut cognatum reperiebant; fuere item, qui inimicos suos cognoscerent. Ita varie per omnem exercitum lætitia, mœror; luctus atque gaudia agitabantur.

h. *ad. fuit* Struv. *in prœlio* abest a Leid. k. *de castris* vetustissimi Gruteri et plurimi Cortii. *e* vel *ex castris* Bas. 1. 3. Rem. Vin. 2. Acad. Struv. Heuss. tres Guelf. Bern. 1. 2. Leid. a. c. d. f. g. h. i. sequiores Gruteri. *qui enim castris* Bas. 4. *ad ea castra visendi* Turic. 2. *videndi aut sp.* inc. 1. Struv. *spoliandi causa* Guelf. 3. 5. *gratia spoliandi* Ac. inc. 2. *amicum alii hospitem* Bas. 1. *suos recognoscerent* Bas. 1. 3. Struv. Guelf. 3. 10. Leid. a. f. Bodl. Mark. A. Pemb.

BELLUM IUGURTHINUM.

Falso queritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla atque ævi brevis, forte potius quam virtute regatur. Nam contra, reputando, neque maius aliud neque præstabilius invenias, magisque naturæ industriam hominum quam vim aut tempus deesse. Sed dux atque imperator vitæ mortalium animus est: qui, ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est, neque fortuna eget: quippe probitatem, industriam aliasque artis bonas neque dare neque eripere cuiquam potest. Sin captus pravis cupidinibus ad inertiam et voluptates corporis pessum datus est, perniciosa lubidine paullisper usus; ubi per socordiam vires, tempus, ingenium diffluxere, naturæ infirmitas accusatur; suam quisque culpam auctores ad negotia transferunt. Quodsi hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena ac nihil profutura multumque etiam periculosa petunt; neque regerentur magis quam regerent casus,

Cap. 1. *natura sua. sui* plures Gruteri et Cortii libri. locum mutat in octo Palat. pronom. plane omittunt Commel. Guelf. 5. retinent præter Codd. Chariss. p. 179. Donat. ad Andr. 3. 2. 25. Cledon. 1921. Serv. ad Aen. 4, 415. 11, 581. *invenies* inc. Franc. Struv. Rem. 1. Acad. Vinar. 2. Erl. Bern. 3. 1. Bas. 4. Ecc. Guelf. 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Leid. c. d. k. n. quatuor Wassii. *industr. hom. hominum* abest a Regio Wassii. mutat locum Bern. 1. 3. *via grass. via* omiss. Ecc. *potensque clarus* Bas. 4. Leid. k. *fortunæ eget* inc. 2. Struv. et m. pr. Guelf. 3. 4. 6. Reg. Mark. A. Pemb. Leid. a. h. unus Rivii. aliquot Paris. *quippe quæ. quæ* omis. Fabr. Rem. 1. Sen. 1. Guelf. 3. 10. Ecc. Bas. 1. Leid. l. Paris. c. *aliasque artes bonas. que* om. Struv. *bonas* delet Fabric. 1. *arteis* Codd. exhibere Rivius testis est. *artis* Ascensian. Cod. *bon. art.* duo Popmæ libri. Bern. 1. *cuiquam potest. cuiquam* om. Guelf. 6. *cuique* Erl. Teg. Turic. 1. *voluptatis* habet Guelf. 4. *vires tempus.* glossam *ætas* vel *ætatis* decem Cortii libri addunt. item quinque Leid. duo Popmæ. Erl. Bern. 3. 1. *diffluxere* optimi Rivii et Gruteri libri. Bas. 1. Teg. inc. 2. Senat. 1. Fabr. 1. Bas. 1. Guelf. 2. 3. Leid. l. *defluxere* ceteri. *quisque culp.* Fabr. 1. inc. 1. Sen. 2. Heuss. Erl. Guelf. 3. 4. 11. 12. Leid. g. n. unus Wassii. *quique* ceteri. *auctores* om. Guelf. 1. *actores* et h. l. multi Codd. habent. *multumque etiam periculosa* Vratisl. 3. Guelf. 4. 5. Leid. a. b. c. d. f. h. Erl. Bas. 4. et (om. *etiam*) Sen. 2. Guelf. 9. Heuss. *multaque* Bas. 1. Sen.

et eo magnitudinis procederent, uti pro mortalibus gloria æter-
2 ni fierent. Nam vti genus hominum compositum ex corpore et anima est: ita res cunctæ studiaque omnia nostra corporis alia, alia animi naturam sequuntur. Igitur præclara facies, magnæ divitiæ, ad hoc vis corporis et alia omnia huiuscemodi brevi dilabuntur; at ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Postremo corporis et fortunæ bonorum, ut initium, sic finis est: omniaque orta occidunt, et aucta senescunt; animus incorruptus, æternus, rector humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui, dediti corporis gaudiis, per luxum et ignaviam ætatem agunt: ceterum ingenium, quo neque melius, neque amplius aliud in natura mortalium est, incultu atque socordia torpescere sinunt: quum præsertim tam multæ variæque sint artes animi, quibus summa clari-
3 tudo paratur. Verum ex his magistratus et imperia, postremo omnis cura rerum publicarum, minume mihi hac tempestate cupiunda videntur: quoniam neque virtuti honos datur, neque illi, quibus per fraudem ius fuit, tuti aut eo magis honesti sunt.

1. Guelf. 1. 2. 7. Fabr. 1. Ac. Leid. i. l. Tur. 1. Teg. *multoque* Vin. 1. Fabr. 2. inc. Struv. Ecc. Vrat. 1. 2. Guelf. 3. 6. 11. Leid. e. g. k. m. n. Arond. Reg. Mark. Γ. Λ. B. Pub. Bodl. Bern. 3. 1. *regerentur casibus magis* Ecc. Vin. 2. Rem. 1. inc. 1. Heuss. Sen. 2. Franc. Vrat. 2. Bern. 1. Guelf. 7. 9. 10. 11. Leid. b. d. e. f. h. k. m. sed alii alio loco *casibus* intrudunt. plures præpos. *a* addunt. *ipsi casus reg.* Ecc. Guelf. 11. *ipsi reg. cas.* Merseb. Rivii. *reg. ipsi cas.* Bern. 1. *uti pro mort.* inc. 2. Guelf. 2. 4. Commel. Pal. 6. 9. Bern. 3. *ut* Guelf. 10. 12. Pal. 10. *ubi* ceteri.

Cap. 2. *genus humanum* Fabr. 1. Bas. 1. m. pr. Guelf. 9. Teg. Tur. Bern. 1. Leid. k. *ex anima et corpore est* Fabr. 1. inc. 1. Acad. Heuss. Sen. 2. Franc. Guelf. 2. 4. 7. aliique Cortii. Tur. 1. Leid. a. *est ex c. et a.* Leid. c. d. m. *ex corp. et an. est* ceteri. *et alia omnia huiuscem. omnia* omis. Guelf. 9. Franc. *al. hui. om.* hoc ordine Guelf. 5. et tres alii ex Cortianis. omnes Leid. (excepto l.) *sic fin. sic om.* Guelf. 3. Heuss. *omnia orta* Rem. 1. Fabric. 2. Guelf. 9. 10. 11. 12. Erl. Teg. Bern. 3. Leid. k. *om. quæ orta sunt* Guelf. 10. Struv. Leid. f. *est admir.* Ecc. et duo alii ex Cort. *est* om. Bas. 4. *lux. et ignav.* Bas. 1. Erl. Bern. 3. 1. *ampl. aliud. aliud*

Nam vi quidem regere patriam aut parentes quamquam et pos-
sis et delicta corrigas, tamen importunum est: quum præsertim
omnes rerum mutationes cædem, fugam, aliaque hostilia porten-
dant; frustra autem niti, neque aliud se fatigando nisi odium
quærere, extremæ dementiæ est; nisi forte quem inhonesta et
perniciosa lubido tenet, potentiæ paucorum decus atque liberta-
tem suam gratificari. Ceterum ex aliis negotiis, quæ ingenio ex- 4
ercentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum:
cuius de virtute quia multi dixere, prætereundum puto; simul ne
per insolentiam quis existumet, memet studium meum laudan-
do extollere. Atque ego credo fore, qui, quia decrevi procul a re-
publica ætatem agere, tanto tamque utili labori meo nomen in-
ertiæ imponant: certe, quibus maxuma industria videtur salu-
tare plebem et conviviis gratiam quærere. Qui si reputaverint,
et quibus ego temporibus magistratus adeptus sim, et quales viri
idem adsequi nequiverint, et postea quæ genera hominum in
senatum pervenerint; profecto existumabunt, me magis merito
quam ignavia, iudicium animi mei mutavisse, maiusque commodum

om. Guelf. 9. Leid. i. in Vratisl. locum mutat. *aliquid* Rem. Struv. Guelf. 3. 7. Bodl. *mort. est. est* ab uno Wassii abest in Vratisl. locum mutat. *inculti soc.* Tur. 1. *tam multæ. tam* om. Guelf. 12. *sint* om. Rem. 1. Struv.

Cap. 3. *capienda vid.* Thosan. Palm. *utique tuti* plurimi libri. Fabric. Bas. 1. Rem. 2. Sen. 1. aliique Cort. Leid. a. b. c. d. e. f. g. h. k. m. n. Teg. Bern. 1. 3. *tuti utique* Bas. 4. *magis tuti* duo Cort. *eo mag. t. aut h.* unus Cortii. *uti tuti* Leid. l. Tur. *se fatigando. se* om. Rem. 1. Ecc. Struv. *est extrem. dem.* Struv. *est* om. inc. 2. *libert. suam* pron. om. Guelf. 5.

Cap. 4. *ex iis reg.* Leid. a. b. c. k. *usui est. est* om. inc. 2. *memet stud. meum laud. meum* om. Guelf. 6. 12. in Struv. loc. mut. *laudando* om. Fabric. 2. *meo nom. meo* om. Fabric. 2. Leid. n. *imponunt* Leid. i. *maxuma* om. Guelf. 5. *in conv.* Bas. 4. Leid. b. g. aliquot Cortii. *magistratum* omnes Leid. præter a. h. *adept. sim.* Guelf. 1. 5. Ecc. Vratisl. 1. omnes Leid. Gruteri et Wassii libri. Bas. 1. Bern. 1. 3. *sum* ceteri. *pervenerunt* Guelf. 6. *iudic. meum* Guelf. 9. *mei anim.* Guelf. 11.

ex otio meo, quam ex aliorum negotiis reipublicæ venturum. Nam sæpe ego audivi, Q. Maxumum, P. Scipionem, præterea civitatis nostræ præclaros viros solitos ita dicere, quum maiorum imagines intuerentur, vehementissume sibi animum ad virtutem accendi. Scilicet non ceram illam neque figuram tantam vim in sese habere; sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adæquaverit. At contra, quis est omnium his moribus, quin divitiis et sumptibus non probitate neque industria cum maioribus suis contendat? etiam homines novi, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem antevenire, furtim et per latrocinia potius quam bonis artibus ad imperia et honores nituntur; proinde quasi prætura et consulatus atque alia omnia huiuscemodi per se ipsa clara et magnifica sint; ac non perinde habeantur, ut eorum, qui ea sustinent, virtus est. Verum ego liberius altiusque processi, dum me civitatis morum piget tædetque; nunc ad inceptum redeo.

5 Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Iugurtha, rege Numidarum, gessit: primum quia magnum et atrox

12. pron. om. Ecc. *sæpe ego aud. ego* om. Leid. a. b. c. d. e. f. g. i. k. *ad virtutes* Mss. Putschii. *in sese* om. Leid. i. *hab. dicebant* Leid. f. g. *gloriam maiorum* Rem 1. Vrat. 3. Guelf. 3. 10. 11. Leid. h. *quis omnium* Struv. Guelf. 6. 9. Leid. h. *quin divit.* Sen. 1. Bas. 1. Fabric. Vratisl. Struv. aliquot Guelf. Leid. a. f. l. meliores Rivii et Gruteri libri. *qui non* ceteri. *antea* om. Struv. Guelf. 10. *potius quam bon. art.* om. Rem. 1. *imp. ad honores* Bas. 4. Ecc. Bern. 3. *et ad h.* Erl. *proinde* Bas. 1. Senat. 2. Heuss. Vrat. 2. 3. Guelf. 1. 3. omnes Leid. exc. g. h. n. Rivii Mss. *perinde* ceteri. *prætura cons.* Struv. Guelf. 12. *aliaque omnia* Struv. *alia* om. Acad. Leid. n. *omnia* om. Vrat. 1. Guelf. 5. 10. Leid. i. *omnia alia* Bas. 4. *per se ipsa. ipsa* om. Vrat. 1. Guelf. 12. *claræ magn.* Bas. 1. *magnificaque* Bas. 4. *qui sustinent* incert. 2. *qui eas* Bas. 1. *pigetque tædetque* Guelf. 5. *tædetque* om. Guelf. 3.

Cap. 5. *fuit vict.* Guelf. 1. Vrat. 1. Fabric. 2. *fuit* om. Guelf. 4. *dehinc* Acad. Rem. 1 Guelf. 3. 12. plures Rivii. Palat. notæ melioris Comm. Leid. e. k. *deinde* plur. Codd. *tunc primum* pleriq. Codd. in quib. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. *obviatum est*

variaque victoria fuit; dein quia tunc primum superbiæ nobilitatis obviam itum est, quæ contentio divina et humana cuncta permiscuit eoque vecordiæ processit, ut studiis civilibus bellum atque vastitas Italiæ finem faceret. Sed priusquam huiuscemodi rei initium expedio, pauca supra repetam; quo ad cognoscendum omnia illustria magis magisque in aperto sint. Bello Punico secundo, quo dux Carthaginiensium Hannibal, post magnitudinem nominis Romani, Italiæ opes maxume adtriverat; Masinissa, rex Numidarum, in amicitia receptus a P. Scipione, cui postea Africano cognomen ex virtute fuit, multa et præclara rei militaris facinora fecerat: ob quæ, victis Carthaginiensibus et capto Syphace, cuius in Africa magnum atque late imperium valuit, populus Romanus quascumque urbis et agros manu ceperat, regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissæ, bona atque honesta nobis permansit. Sed imperii vitæque eius finis idem fuit. Dein Micipsa filius regnum solus obtinuit, Mastanabale et Gulussa fratribus morbo absumptis. Is Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit; Iugurthamque, Mastanabalis fratris filium, quem Masinissa, quod ortus ex concubina erat. privatum reliquerat, eodem cultu, quo liberos suos, domi habuit

Fabr. 1. Bas. 1. Vin. 2. Sen. 1. Rem. 1. Bas. 4. Bern. 1. inc. Struv. Franc. Vrat. 3. Ecc. Guelf. 2. 3. 4. 7. 9. 10. 11. 12. decem Wassii. Merseb. Rivii. omnes Leid. præter l. *humana omnia* Palat. 3. Leid. c. *cuncta* delet Mark. r. *ut studiis* Bas. 1. 4. Turic. Bern. 1. 3. *expediam* Bas. 1. 4. Vin. 2. inc. Vrat. 2. 3. Leid. a. b. c. d. e. g. h. i. k. plur. Rivii. Franc. Struv. Senat. Heuss. Rem. 1. Guelf. 4. 7. 9. 11. Erl. Bern. 1. *expedio* ceteri. *Hannibal.* meliores libri. *Annib.* vel *Anib.* ceteri. *in amicitia receptus* Bas. 1. 4. Fabric. 1. Vrat. 3. Guelf. 6. 11. *amicitiam* ceteri. *rei militaris* om. Guelf. 3. *sed imperii. sed* om. Guelf. 3. *deinde Micipsa. dein* Fabr. Rem. 2. Vrat. 1. Guelf. 1. vetustiores Rivii. *dehinc* Rem. 1. Guelf. 1. Merseb. Riv. *Mastanabale* Bas. 1. Guelf. 1. Leid l. m. n. Comm. Naz. Pal. 2. Mark. A. *Manastabale*... bele... bile ceteri. *filium Mastanabalis fr.* hoc ordin. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. *Atherbalem* Fab. 1. Bas. 1. 4. Vin. 2. Ac. Vrat. 1. Guelf. 1. 2. 3. 5. Tur. Bern. 3. *Adherbalem* Guelf. 7. 9. 10. 11. Heuss. Sen. 2. Vrat. 2. 3. *Aterb.* vel *Aderb.* alii. *concub. erat. erat* om. Leid. a. c. *priv. dereliquerat* Bas. 1. 4. Leid. d. e. g. i. l. Bern. 1.

*

6 Qui ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, sed mul-
to maxume ingenio validus, non se luxu neque inertiæ corrum-
pendum dedit; sed, uti mos gentis illius est, equitare, iaculari,
cursu cum æqualibus certare: et quum omnis gloria anteiret, om-
nibus tamen carus esse: ad hoc pleraque tempora in venando
agere, leonem atque alias feras primus aut in primis ferire: plu-
rimum facere et minimum ipse de se loqui. Quibus rebus Micip-
sa, tametsi initio lætus fuerat, existumans virtutem Iugurthae re-
gno suo gloriæ fore: tamen, postquam hominem adulescentem,
exacta sua ætate et parvis liberis, magis magisque crescere intel-
legit, vehementer eo negotio permotus, multa cum animo suo
volvebat. Terrebat eum natura mortalium, avida imperii et præ-
ceps ad explendam animi cupidinem: præterea opportunitas suæ
liberorumque ætatis, quæ etiam mediocris viros spe prædæ trans-
vorsos agit: ad hoc studia Numidarum in Iugurtham accensa;
ex quibus, si talem virum dolis interfecisset, ne qua seditio aut
7 bellum oriretur, anxius erat. His difficultatibus circumventus
ubi videt, neque per vim neque insidiis opprimi posse hominem

Cap. 6. *luxu* Franc. Vratislav. 2. Guelf. 5. 9. Fabric. Rivii. Palat. meliores Naz. Comm. m. pr. *corrumpendum* om. Erl. *mos est illius gentis* Erl. *ill. g. est.* Bern. 3. *carus esse. esset* Guelf. 1. *erat* Guelf. 5. Heuss. Sen. 2. Vrat. 3. Leid. h. i. m. n. Tur. *esse* om. Ecc. *plurimum facere.* om. Guelf. 5. *facere* delet Guelf. 2. *minime* Guelf. 11. Vrat. 3. *de se ipso* Franc. Vrat. 2. Leid. m. *de se ipse* Fabr. 2. plures Rivii. *ipse* om. Leid. n. *facere minimum* Struv. *exacta ætate* (sua omissa) Bern 1. *et parv. lib. et* om. Struv. duo Wassii. *intellegit* Bas. 1. Fabric. 1. Eccard. Senat. 1. Guelf. 1. 6. *intellexit* inc. 2. Guelf. 2. 3. 11. *eo negotio. eo* om. Guelf. 4. *animo suo* pron. om. Fabr. 2. Vrat. 2. Vin. 2. Guelf. 5. Bern. 3. *animi cupiditatem* Fabric. 1. Vrat. 3. Rem. 2. Guelf. 2. 3. 9. 10. 11. Leid. a. *suæ liberorumque ætatis.* sic longe plurimi Codd. *suæque et lib.* Riv. ex suis Codd. eum sequuntur Gruterus, Pareus, Wassius, Cortius, Leid. a. b. c. f. n. *suæ liberorum* Bas. 1. *lib. suæque* Struv. et duo alii Cort. *in Ingurtha accensa* Vin. 2. Ac. inc. 2. Vrat. 3. Guelf. 6. 11. Bern. 3. *dolis interfecisset. dolis* omis. Guelf. 4. Vrat. 2. Leid. i. *dolo* Bern. 3. m. pr. *virum* omis. Bas. 4.

tam acceptum popularibus, quod erat Iugurtha manu promptus et adpetens gloriæ militaris, statuit eum obiectare periculis et eo modo fortunam temptare. Igitur bello Numantino Micipsa, quum populo Romano equitum atque peditum auxilia mitteret, sperans vel ostentando virtutem vel hostium sævitia facile eum occasurum, præfecit Numidis, quos in Hispaniam mittebat. Sed ea res longe aliter ac ratus erat, evenit. Nam Iugurtha, ut erat impigro atque acri ingenio, ubi naturam Scipionis, qui tum Romanis imperator, et morem hostium cognovit; multo labore multaque cura, præterea modestissume parendo et sæpe obviam eundo periculis in tantam claritudinem brevi pervenerat, ut nostris vehementer carus, Numantinis maxumo terrori esset. Ac sane, quod difficillumum in primis est, et prælio strenuus erat, et bonus consilio, quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerumque solet. Igitur imperator omnis fere res asperas per Iugurtham agere, in amicis habere, magis magisque in dies amplecti: quippe cuius neque consilium, neque inceptum ullum frustra erat. Huc accedebat munifi-

Cap. 7. *vidit* Guelf. 2. om. Guelf. 6. *videt per vim* Tur. *periclis* Fabric. 1. Franc. Guelf. 3. 6. *Micipsa cum. Mic.* abest Leid. k. *et eo modo. et* om. Bodl. *ostendendo virt.* Struv. Franc. Vratisl. 2. Leid. e. m. Balliol. *facile occ. eum præf.* Guelf. 5. Fabr. 2. *eum præf. Iugurtham. Num.* Bern. 3. *fac. oc. pr. eum* Franc. *eum* nullo loco habent. Guelf. 4. 7. 6. 10. Leid. m. *in Hispania* Bas. 1. *Hispaniam* (*in* omisso) Fabric. 2. *aliter* om. Guelf. 9. Mark. A. *ac metus erat* Guelf. 6. *P. Scipion. P.* om. Fabr. Guelf. 5. Teg. Tur. *imperator erat.* hæc plurimorum Codd. lectio. *Romanus imp.* Ecc. Fabric. 2. Vinar. 2. Guelf. 10. Vrat. 1. Franc. Sen. Acad. Beroald et unus Rivii. *erat Romanus imp.* Bern. 3. *Romanus erat imp.* Bas. 4. *Romanis imperabat, imperator erat* Guelf. 4. *Romanis imperitabat* Guelf. 6. Struv. *erat* om. Guelf. 9. 10. Vrat. 3. Leid. d. h. Bern. 1. *imp. fuit.* Sen. 2. *imp. præerat* Leid. k. l. *mores host.* inc. 1. Guelf. 7. Leid. e. Bern. 1. *obviando per.* Bas. 1. *in amicis eum hab.* Struv. Arond. *eum in dies.* pron. om. Fabric. 1. 2. Struv. Franc. Leid. m. (Struv. etiam prius *magis* omisit.) sed Leid. m. *amplectebatur* ut et Bas. 4. qui *magisque eum ampl. in dies* legit. *nec cons.* Sen. 2. Heuss. *neque cons. neque* om.

centia animi et ingenii solertia, quis rebus sibi multos ex Roma-
8 nis familiari amicitia coniunxerat. Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi atque nobiles, quibus divitiæ bono honestoque potiores erant, factiosi, domi potentes, apud socios clari magis quam honesti: qui Iugurthæ non mediocrem animum pollicitando accendebant; si Micipsa rex occidisset, fore, uti solus imperii Numidiæ potiretur: in ipso maxumam virtutem, Romæ omnia venalia esse. Sed postquam, Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia et ipse revorti domum decrevit: donatum atque laudatum magnifice pro concione Iugurtham in prætorium abduxit ibique secreto monuit, uti potius publice quam privatim amicitiam populi R. coleret: neu quibus largiri insuesceret: periculose a paucis emi, quod multorum esset; si permanere vellet in suis artibus, ultro illi et gloriam et regnum venturum: sin

Leid. m. Fabric. 1. Franc. Bern. 3. *an. et ing. solert.* *et* om. plures Rivii libri. *quis rebus* Vrat. 1. Sen. 1. Guelf. 1. 2. Leid. n. *familiares amicitia* Guelf. 2. *familiaris coni.* Leid. n.

Cap. 8. *quam plures* Struv. Guelf. 10. Vrat. 2. *bono atque honesto* Guelf. 5. Bern. 1. *imperio Numidiæ* omnes fere Codd. *Numidiæ* abest Leid. n. Franc. *imperii* Sen. 2. Fabr. 2. Heuss. inc. 2. Palat. 2. Bas. 1. Tur. *potiretur* om. Sen. 2. *om. ven. R. esse* Commel. *et ipse revorti. et* om. Guelf. 11. *in prætor. adduxit.* omnes præter Fabric. 1. Ac. Paris. c. Bas. 1. *secretum* Struv. Arond. *ibique* plurimi libri. *ibi* Fabr. 1. Sen. 2. Heuss. Guelf. 4. 5. Leid. k. *neu quibus largiri insuesceret.* sic Rivii, Wassii et Gruteri libri et aliquot ex Cortianis. Bas. 1. Tur. *neu aliquibus* Guelf. 2. 6. 7. Ecc. inc. Rem. 1. Franc. Leid. a. b. c. f. g. m. n. Bas. 4. *nec quibus.* Guelf. 5. Fabr. 2. *ne aliquibus* Guelf. 3. 9. 10. Struv. Vrat. 3. Leid. h. k. *neu quibusdam* Bern. 1. *neve quibus* Guelf. 7. *nec aliquib.* Rem. 2. Bern. 1. *neque aliq.* Vin. 2. Vrat. 2. *periculosum* Struv. Vratisl. 3. Bas. 4. *in suis artibus vellet* Guelf. 5. *et glor. et* tres ex Cort. omittunt. *si prop.* Leid. f. n. Bern. 3. *suamet ipsum pecunia* Ecc. Guelf. 2. 3. 5. Sen. Heuss. plurimi Leid. et Palat. Bas. 1. Tur. *suam et ipsum pecuniam* seu *suamet ip. p.* Mark. Γ. Λ. B. Pub. Pemb. Mart. Arond. Reg. Bodl. alii Oxon. Fabr. 1. Bas. 1. Guelf. 3. 4. 10. Vin. 2. Acad. Struv. Vrat. 2. *suamet ipsius pecunia* Guelf. 6. *sua pecunia et ipsum* Guelf. 1. *ipsum et suam pecuniam* Guelf. 4. *suam pecuniam et se*

properantius pergeret, suamet ipsum pecunia præcipitem casurum. Sic locutus, cum litteris eum, quas Micipsæ redderet, dimisit; 9 earum sententia hæc erat: „Iugurthæ tui bello Numantino longe maxuma virtus fuit: quam rem tibi certe scio gaudio esse: nobis ob merita sua carus est: ut idem senatui et populo Romano sit, summa ope nitemur. Tibi quidem pro nostra amicitia gratulor: en habes virum dignum te atque avo suo Masinissa." Igitur rex, ubi ea, quæ fama acceperat, ex litteris imperatoris ita esse cognovit, quum virtute tum gratia viri permotus flexit animum suum et Iurgurtham beneficiis vincere adgressus est: statimque eum adoptavit et testamento pariter cum filiis heredem instituit. Sed ipse paucos post annos, morbo atque ætate confectus, quum sibi finem vitæ adesse intellegeret, coram amicis et cognatis itemque Adherbale et Hiempsale filiis, dicitur huiuscemodi verba cum Iugurtha habuisse.

ipsum Guelf. 9. *suam pecuniam et ipsum* Guelf. 12. Fabric. 2. Vrat. 1. 3. Bas. 4. *pecuniam et ipsum* inc. 1. *manu regnum et suum pecun.* inc. 2. *se et ipsius pecuniam* Franc. Leid. m. *et ipsam se pecuniam* Leid. n.

Cap. 9. *cum litteris eum.* pron. delent Fabric. Guelf. 5. in Turic. eadem manus superscripsit. loc. mutat. Vin. 2. Franc. Guelf. 11. Vrat. 2. *Numantino* om. Guelf. 5. *certe tibi scio gaudio* hoc ordine Guelf. 10. *certe* Comm. aliquot Pal. vetustissimi Cortii libri. Mart. Pemb. Oxon. B. Pub. Reg. Leid. a. c. d. b. f. h. i. Bern. 3. Tur. Teg. *nob. ob. mer. s. car. est. sua* delet Vrat. 2. *est* om. Struv. *nob. est ob. m. s. c.* Guelf. 5. *senatui populoque Romano* Bas. 4. Bern. 1. *idem S. P. Q. R. ut sit* Guelf. 11. *senatui et pop. R. sit* Fabr. Rem. Vinar. 2. Ac. Struv. Heuss. inc. Sen. Vrat. Guelf. 2. 3. 5. 6. 10. 12. *ut idem senatui sit et pop. R.* Guelf. 5. Fabric. 2. *ut* etiam Bas. 1. 4. Tur. *senatu* Heuss. Senat. 2. *en hab. en* om. Guelf. 3. Leid. l. n. *uti ea quæ. ea* delet Vrat. 2. *cum virt. tum grat.* sic vetustissimi Cortii libri. unus Rivii. Pal. 1. 2. 3. *cum virt. tum grat. viri.* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. Erl. ita Grut. Wass. Haverc. Leid. *tum-tum.* maior Codd. pars. *statimque adopt. eum.* Guelf. 5. Fabric. 2. *eum* om. Guelf. 4. Vrat. 3. *pariter cum liberis* Merseb. Rem. 1. inc. 1. Franc. Codd. antiqui A. Popmæ. *cum fil. pariter.* Fabric. Guelf. 5. Turic. *fin. vitæ ad. vitæ* om. Vrat. 2. unus Wassii. *itemque Adherb.* Tur. Bas. 1. 4. Teg. Grut. Wass. Hav. Leid. *dicitur huiuscemodi habuisse rationem* Fabr. *cum Iugurtha* om. Rem. 1. in aliis locum mutat.

10 „ Parvum ego, Iugurtha, te, amisso patre, sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi; existumans non minus me tibi quam liberis, si genuissem, ob beneficia carum fore; neque ea res falsum me habuit. Nam ut alia magna et egregia tua omittam, novissume rediens Numantia meque regnumque meum gloria honoravisti: tuaque virtute nobis Romanos ex amicis amicissumos fecisti: in Hispania nomen familiæ renovatum est: postremo, quod difficillumum inter mortalis, gloria invidiam vicisti. Nunc, quoniam mihi natura finem vitæ facit, per hanc dextram, per regni fidem moneo obtestorque, uti hos, qui tibi genere propinqui, beneficio meo fratres sunt, caros habeas: neu malis alienos adiungere quam sanguine coniunctos retinere. Non exercitus neque thesauri præsidia regni sunt, verum amici, quos neque armis cogere, neque auro parare queas: officio et fide pariuntur. Quis autem amicior quam frater fratri? aut quem alienum fidum invenies, si tuis hostis fueris? Equidem ego vobis regnum trado fir-

Cap. 10. *parvum ego Iug. te.* hoc ordine Vratisl. inc. Fabr. 2. Vin. 2. Senat. 1 Struv. Franc. Guelf. 2. 5. 6. 7. 11. 12. Ecc. Bas. 1. meliores Leid. Mark. Γ. Λ. Pemb. *p. e. t. Iug.* ceteri. *p. t. e. I.* Bern. 4. *parvulum ego te Iug.* Donat ad Terent Andr 1. 1. 8. *non me minus tibi* Turic. *me habuit. me* om. Guelf. 3. 4. 6. *egregia tua facta* Fabr. Vratisl. Rem. 1. Vin. 2. Teg. Paris a. Franc. Senat. 2. incert. 2. Heuss. Guelf. 5. 10. ita omnes ante Rivium. Leid. c. e. f. m. n. Tur. *egregia tua facinora* pauci ex Cortian. Leid. a. b. d. g. h. Bas. 4. Bern. 1. 3. Paris b. *et egregia tua omittam* plures Guelf. Leid. i. k. l. Paris. c. d. Bas. 1. Rem. 2. Acad. Senat. Struv. Arond. L. II. Mark. Γ. Λ. Bodl. *gloria hon. glor.* om. Commel. Palat. 5. *tuaque virtute. que* om. Franc. Guelf. 6. Leid. a. *familiæ nostræ ren. est* duodecim Corti Codd. Leid. d. f. g. m. n. Bas. 4. Bern. 1. 3. *meæ* Leid. c. k. *est* om. Fabric. 1. *inter mort est. est* om. Fabric. 1. Leid. a. d. m. locum mutat incert. 1. Franc. *finem vitæ* Bas. 1. 4. ita Gruter. et Wassius et omnes Leid. *vitæ f.* Cort. Turic. *fin. fac. v.* in aliquot Cortianis. *dexteram* Bas. 1. Bern. 4. *obtestorque te* Fabr. Rem. 2. incert. 1. Struv. Franc. Leid. a. b. c. d. f. h. i. k. m. Heuss. Vratisl. 1. 3. Guelf. 1. 3. 5. 6. 7. 9. 10. 12. Bas. 4. Tur. *moneo obtestor te* Bas. 1. *te* om. reliqui ex Cortianis. Leid. e. g. l. n. Fabric. Rivii. Beroald. *qui tibi genere propinqui sunt* b. m. fratres Heuss. Sen.

mum, si boni eritis; sin mali, imbecillum. Nam concordia parvæ res crescunt, discordia maxumæ dilabuntur. Ceterum ante hos te, Iugurtha, qui ætate et sapientia prior es, ne aliter quid eveniat, providere decet. Nam in omni certamine, qui opulentior est, etiam si accipit iniuriam, tamen quia plus potest, facere videtur. Vos autem, Adherbal et Hiempsal, colite, observate talem hunc virum, imitamini virtutem, et enitimini, ne ego meliores liberos sumpsisse videar, quam genuisse."

Ad ea Iugurtha, tametsi regem ficta locutum intellegebat, 11
et ipse longe aliter animo agitabat: tamen pro tempore benigne respondit. Micipsa paucis post diebus moritur. Postquam illi more regio iusta magnifice fecerant, reguli in unum convenerunt, ut inter se de cunctis negotiis disceptarent. Sed Hiempsal, qui minumus ex illis erat, natura ferox et iam ante ignobilitatem Iugurthæ (quia materno genere impar erat) despiciens, dextra Adherbalem adsedit; ne medius ex tribus, quod apud Numidas

2. *tibi* om. Rem. 2. *tibi adiung.* Acad. incert. 1. *coniungere* Guelf. 1. Rem. 2. Commel. Leid. i. Bas. 4. *iungere* Vratisl. 2. *fide parantur* Leid. f. g. h. k. n. plures Wassii. Bas. 4. Bern. 3. *quis autem amicitior* Fabric. 1. Vinar. 2. Acad. Struv. Leid. a. h. l. m. Tur. Bern. 3. Heuss. Franc. Senat. Guelf. 1. 3. 9. 10. Vrat. 2. 3. *amicicior* Leid. c. d. f. g. i. *equidem vobis* Acad. Struv. Bern. 1. *boni fueritis* Fabr. 1. Ac. Guelf. 11. Teg. Tur. *sin mali* Bas. 1. m. pr. Sen. Fabric. 1. inc. Acad. Leid. b. c. d. f. g. l. Mark. Γ. Λ. B. Pub. recentiores Palat. Vin. 2. Heuss. Vrat. 1. *si* ceteri. ita et Severus apud Spartianum c. 23. *qui ætate* Vinar. 2. inc. 1. Heuss. Guelf. 1. 3. 4. Vrat. 1. 3. omnes fere Leid. sed *quia* plerique libri. *ne aliter eveniat* Guelf. 5. *tamen quia plus.* *tamen* om. Guelf. 2. Senat. 1. *ipse quia* Franc. Leid. m. *colite et observate* Fabr. 1. Rem. inc. Vin. 2. Struv. Heuss. Vrat. 2. 3. Acad. Erl. Bas. 4. Turic. Bern. 1. 4. *et enitemini* Fabr. 2. et 1. m. pr. Ac. Sen. Heuss. Vrat. 3. Bas. 1. m. pr. Guelf. 1. 3. 4. 6. Leid. f. g. Tur. Bern. 3.

Cap. 11. *intellexisset* Guelf. 5. Fabr. 2. *intellegebat* Sen. 1. Ecc. Tur. *animo cogitasset* Guelf. 5. Fabr. 2. *paucis dieb.* Guelf. 6. *p. d. post* Guelf. 5. 9. Bern. 1. *convenerunt ut* Bas. 1. 4. Bern. 1. 3. *ex illis erat.* *erat* om. Vrat. 1. *et iam ante* Bern. 1.

honori ducitur, Iugurtha foret. Dein tamen, ut ætati concederet, fatigatus a fratre, vix in partem alteram transductus est. Ibi quum multa de administrando imperio dissererent, Iugurtha inter alias res iacit: opportere quinquenii consulta et decreta omnia rescindi. Nam per ea tempora confectum annis Micipsam parum animo valuisse. Tum idem Hiempsal placere sibi respondit: Nam ipsum illum his tribus proxumis annis adoptatione in regnum pervenisse. Quod verbum in pectus Iugurthæ altius, quam quisquam ratus erat, descendit. Itaque ex eo tempore ira et metu anxius moliri, parare, atque ea modo cum animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. Quæ ubi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox; statuit quovis modo inceptum perfi-
12 cere. Primo conventu, quem ab regulis factum supra memoravi, propter dissensionem placuerat dividi thesauros finisque imperii singulis constitui. Itaque tempus ad utramque rem decernitur, sed maturius ad pecuniam distribuendam. Reguli interea in loca

etiam antea coram omnibus ig. Bern. 3. *ante* Bas. 1. 4. Gruter. Wass. omnes Leid. *antea* Riv. Cort. *dehinc tamen* Rem. 1. inc. 1. Guelf. 6. 11. Leid. k. Merseb. Rivii. *ætati* om. Guelf. 5. *ut æt.* Bas. 1. Bern. 1. *translatus est* Guelf. 5. *trad. est* Leid. f. h. *ibi cum m. d. a. i. dis.* hæc desunt in Guelf. 5. Fabric. 2. *amministrando* Bas. 1. *res iacit.* sic Rivii meliores. Luctat ad Stat. Theb. 1. 411. Bas. 1. Rem. 1. Guelf. 1. 2. Leid. l. Naz. m. pr. *ait* ceteri. *cons. et decr. omnia. omnia* om. Fabric. 2. *decr. cons. omn.* Bas. 4. *cons. et decr. resc. omn.* Bern. 1. *et omn. decr.* Heuss. *omnia et decret.* Vrat. 1. Guelf. 11. Cort. *tribus his prox.* aliquot Guelf. inc. Vinar. 2. Acad. Rem. 1. *his trib.* Leid. c. i. k. Arond. Pemb. Bas. 1. Bern. 1. 3. *his* omis. Gruter. Wass. et plures Codd. *adoptatione* Sen. 2. inc. 1. Bas. 1. Leid. l. m. pr. Arrond. Reg. Mark. Γ. Λ. Pemb. *adoptione* ceteri. *ratus erat. erat* om. Palat. 8. plures Wassii. *est* Bern. 1. *modo animo habere* Naz. Pal. 5. 10. Fabric. 2. Guelf. 1. 5. 6. 11. *in animo* pauci deteriores libri.

Cap. 12. *placuerat illis* Eccard. Guelf. 11. Bas. 4. *itaque ad utramq. rem. temp. decern.* hoc ordine plerique Cortii libri. sed omnes Leid. Bas. Bern. Turic. vulgatam retinent. *ita* Fabric. 1. *Thirmida* meliores libri. *Tarmida* Bas. 1. *Tirmida*, *Tarm.* *Tarunda*, *Turmuda*, *Tirmuda*, *Tirimida* ceteri. *acceptusque ei*

propinqua thesauris alius alio concessere. Sed Hiempsal in oppido
Thirmida forte eius domo utebatur, qui proxumus lictor Iugurthæ,
carus acceptusque ei semper fuerat: quem ille casu ministrum ob-
latum promissis onerat impellitque, uti tamquam suam visens do-
mum eat, portarum clavis adulterinas paret (nam veræ ad Hiempsa-
lem referebantur) ceterum, ubi res postularet, se ipsum cum magna
manu venturum. Numida mandata brevi confecit: atque, uti doc-
tus erat, noctu Iugurthæ milites introducit. Qui postquam in ædis
irrupere, divorsi regem quærere: dormientis alios, alios occur-
santis interficere: scrutari loca abdita; clausa effringere: strepi-
tu et tumultu omnia miscere: quum Hiempsal interim reperitur
occultans sese tugurio mulieris ancillæ, quo initio pavidus et igna-
rus loci perfugerat. Numidæ caput eius, ut iussi erant, ad Iu-
gurtham referunt. Ceterum fama tanti facinoris per omnem Afri- 13
cam brevi divolgatur; Adherbalem omnisque, qui sub imperio Mi-
cipsæ fuerant, metus invadit, in duas partes discedunt Numidæ:

semper fuerat. ita omnes fere libri. *erat ei semper* Fabric. 2. Guelf. 5. *semper ei f.* Vin. 2. *acceptusque erat semper* Guelf. 3. quare Cort. *ei* omisit. *confecit* Guelf. 2. 5. 7. Senat. 1. Eccard. Turic. Bas. 4. Bern. 1. *perficit* Fabric. 1. incert. 1. Leid. a. *effecit* Guelf. 1. *perfecit* Franc. Vratisl. 1. Guelf. 6. 10. Leid. f. m. Turic. *uti doct.* Bas. 1. 4. Turic. Bern. 1. 3. *cum magna manu vent.* hoc ordine meliores, Fabric. Bas. 1. 4. Guelf. 3. 5. Arond. Mart. Pemb. B. Pub. Mark. Γ. Λ. Tur. Bern. 1. 3. *vent. manu* Gruter. Wass. Haverc. ediderunt. *introduxit* Ecc. Guelf. 4. 10. Leid. f. Bas. 4. *in ædes* om. Leid. a. *inrumpere* Rem. 1. Ecc. Guelf. 5. 6. *clausa effring.* Guelf. 5. *misceri* Rittershus. lib. Struv. Guelf. 10. *interim Hiemp.* Teg. Bas. 4. Tur. Bern. 1. 3. *occultans sese* Merseb. Rivii. Fabric. 1. Tur. *se* ceteri. *in tugurio* Vin. 2. inc. 1. Franc. Vrat. 2. Ecc. Guelf. 3. 7. 9. 10. *uti iuss.* Bas. 4. Tur. Bern. 1. 3.

Cap. 13. *brevi tempore* Guelf. 7. 11. Bas. 1. contra *brevi* om. Guelf. 6. Vrat. 3. *divulgabatur* Guelf. 1. 4. 6. Fabr. 1. et 2. (sed is *dev.*) Bas. 4. Tur. Bern. 1. *Micipsæ imperio* ita Gruter. Wass. Haverc. ediderunt. *imperio Micipsæ* omnes Cortii Codd. item nostri. *timor inv.* Teg. Fabr. 1. *Numidæ* om. Guelf. 10. et eius auctoritate Cort. Leid. f. *Numid. disced.* Bas. 1. *secuntur* Bas. 1. Fabr. 1. Struv. Ecc. Vrat. 3. Guelf.

plures Adherbalem sequuntur, sed illum alterum bello meliores. Igitur Iugurtha quam maxumas potest copias armat: urbes partim vi, alias voluntate imperio suo adiungit: omni Numidiæ imperare parat. Adherbal, tamen etsi Romam legatos miserat, qui senatum docerent de cæde fratris et fortunis suis; tamen fretus multitudine militum, parabat armis contendere. Sed ubi res ad certamen venit; victus ex prælio profugit in provinciam ac deinde Romam contendit. Tum Iugurtha patratis consiliis, (postquam omnis Numidiæ potiebatur) in otio facinus suum cum animo reputans, timere populum Romanum neque advorsus iram eius usquam, nisi in avaritia nobilitatis et pecunia sua spem habere. Itaque paucis diebus cum auro et argento multo Romam legatos mittit, quis præcepit, primum uti veteres amicos muneribus expleant: deinde novos acquirant: postremo quæcumque possint largiundo parare ne cunctentur. Sed ubi Romam legati venere et ex præcepto regis hospitibus aliisque, quorum ea tempestate in senatu auctoritas pollebat, magna munera misere; tanta commutatio incessit, uti ex maxuma invidia in gratiam et favorem nobi-

2. 6. 9. *cop. parat.* Rem. 1. inc. 1. Struv. Guelf. 12. Erl. Leid. c. e. f. Merseb. Rivii. tres Wassii. duo Popmæ libri. Bas. 4. *parat armat* Guelf. 3. B. Pub. *tamen etsi* Ecc. Marc. 1. *tametsi* ceteri. *de nece frat.* Bas. 4. Vrat. 1. Sen. 2. Heuss. *victus prælio* Leid. a. Guelf. 11. *vict. enim pr.* Bas. 4. *prælio fugit* Vin. 2. Heuss. Vratisl. 2. Guelf. 4. Sen. 2. *dehinc Rom.* sic Riv. ex vetust. confirm. duo Guelf. *ac* om. Bern. 3. *tendit* Bern. 1. *tunc* Bern. 1. Bas. 4. *patrat. cons. paratis* inc. 2. Senat. 1. m. pr. Guelf. 1. 3. 4. 5. 6. 9. 10. 11. Leid. f. *peractis* aliquot Rivii. *postquam omnis Numidiæ potiebatur.* ita Bas. 1. Guelf. 6. Fabr. 1. m. pr. Leid. k. *omni Numidia* plurimi. Cortius totum hunc locum pro glossa habuit. *facinus cum animo suo* Tur. *post paucis dieb.* Vrat. 3. Guelf. 4. 11. Leid. h. *p. d. post.* Rem. 1. incert. 1. Guelf. 1. 9. 10. *p. p. d.* Leid. k. Tur. *legatos* om. Struv. et Cort. *quis* Bas. 1. 4. Fabric. Vin. 2. Senat. Acad. Rivii libri. Tur. inc. Heuss. Struv. Vrat. 1. 3. Ecc. Guelf. 1. 2. 4. 5. 6. 7. 10. 11. *præcepit* Fabric. Vinar. 2. inc. 1. Vratisl. 1. Struv. Rivii Codd. Bas. 1. 4. Turic. Bern. 1. Franc. Heuss. Guelf. 4. 6. 7. 12. Leid. b. c. d. g. h. i. k. m. *præcipit* ceteri. *primum uti* inc. 1. Sen. 1. Fabric. 2. Guelf. 1. 2. 5. 9. Leid. l. (sed is *ut*) duo

litatis Iugurtha veniret; quorum pars spe, alii præmio inducti, singulos ex Senatu ambiundo nitebantur, ne gravius in eum consuleretur. Igitur, ubi legati satis confidunt, die constituto, Senatus utrisque datur. Tum Adherbalem hoc modo locutum accepimus.

„Patres conscripti. Micipsa pater meus moriens mihi præcepit, uti regni Numidiæ tantummodo procurationem existumarem meam; ceterum ius et imperium eius penes vos esse; simul eniterer domi militiæque quam maxumo usui esse populo Romano; vos mihi cognatorum, vos in adfinium locum ducerem: si ea fecissem, in vestra amicitia exercitum, divitias, munimenta regni me habiturum. Quæ quum præcepta parentis mei agitarem; Iugurtha, homo omnium, quos terra sustinet, sceleratissumus, contempto imperio vestro, Massinissæ me nepotem et iam ab stirpe socium atque amicum populi Romani regno fortunisque omnibus expulit. Atque ego, Patres conscripti, quoniam eo miseriarum venturus eram, vellem potius ob mea quam ob maiorum meorum beneficia posse mea vobis auxilium petere; ac maxume de- 14

Palat. Bas. 1. Bern. 3. *primum* om. Guelf. 7. *aquirant* Guelf. 5. *acquirant* multi. *adquir.* ex Guelf. 2. 3. 4. 7. Ecc. Fabric. 1. Bas. 1. Vin. 2. Struv. Rem. Heuss. Vrat. 1. *quæcunque* Fabr. Vrat. Bas. 1. Vin. 2. Rem. 1. inc. 2. Struv. Heuss. Ecc. Senat. Guelf. 2. 5. 9. Leid. n. Turic. *quemcunqae* vulgo. *quoscunque* inc. 1. *quodcunq.* Franc. Leid. m. *possent* Fabr. 1. Heuss. Vrat. 2. *leg. ven. legati* om. Leid. k. Bodl. *ven. leg.* Bas. 4. *et ex præc. et* om. Turic. Leid. m. recentior. Rivii. *auctor in sen.* mutato ordine Fabr. 2. Vrat. 1. et tres alii; quare Cort. delevit. *munera* om. Guelf. 4. Cort. *ut ex* Turic. Bas. 4. Bern. 3. *singulos in senatu* inc. 1. Guelf. 5. *legati ubi* Fabr. 1. Cort. *tum Adh. tum* om. Bern. 3.

Cap. 14. *præcepit mihi* Senat. 2. Ecc. Franc. Heuss. Guelf. 6. Bas. 4. *pron.* Cort. om. *regni Num. t. procurationem. regno* Guelf. 10. Leid. f. *regnum* Guelf. 6. 9. Ecc. Leid. c. *procuratioe-nem.* Guelf. 6. *regnum N. t. procuratione* meum Cort. *imp. eius.* pron. delevit Riv. ex Codd. accedunt aliquot Cortii. *domi militiæ* Guelf. 5. 10. *quam maxume* Cod. Rittershus. Struv. Ecc. Fabric. 2. Franc. Vrat. 2. Vinar. 2.

beri mihi beneficia a populo Romano, quibus non egerem; secundum ea, si desideranda erant: uti debitis uterer. Sed quoniam parum tuta per se ipsa probitas est, neque mihi in manu fuit, Iugurtha qualis foret: ad vos confugi, Patres conscripti, quibus, quod mihi misserrumum est, cogor prius oneri quam usui esse. Ceteri reges aut bello victi in amicitiam a vobis recepti sunt, aut in suis dubiis rebus societatem vestram adpetiverunt; familia nostra cum populo Romano bello Carthaginiensi amicitiam instituit: quo tempore magis fides eius quam fortuna petenda erat. Quorum progeniem vos, Patres conscripti, nolite pati (me nepotem Massinissæ) frustra a vobis auxilium petere. Si ad impetrandum nihil caussæ haberem præter miserandam fortunam, quod paullo ante rex, genere, fama atque copiis potens, nunc deformatus ærumnis, inops, alienas opes exspecto: tamen erat maiestatis Romani populi, prohibere iniuriam neque pati cuiusquam regnum per scelus crescere. Verum ego his finibus eiec-

Guelf. 11. Bern. 3. *vos in adfin. locum* pron. a quinque Cortii libris abest. item a Leid. a. c. *loco* Fabric. 1. Guelf. 9. 10. 12. Leid. e. k. plures Putschii. Bas. 4. Bern. 4. *si ita fecissem* Guelf. 1. *exercitus div.* Bern. 4. *me habiturum. me* om. Fabr. 1. Guelf. 12. *habere* Guelf. 5. Fabric. 2. *parentis mei.* pron. Riv. delet ex Codd. om. etiam Erl. Palat. 8. Tur. *mei parent.* Bern. 3. *patris* multi perperam. *præcepta* om. unus Wassii. verba *par. mei præcepta* in multis locum mutant. *atque amicum populi Romani* omnes fere libri. *et amic. populo.* Cortius in aliquot libris invenit. *meor. benefic. p. mea vobis meorum* om. Franc. *maiorum* om. Tur. *me* om. Guelf. 4. 12. Senat. 2. Heuss. Bern. 1. 4. Bas. 4. *a vobis* om. Guelf. 10. 11. in multis sedem variat. *beneficia populi Romani* Bas. 1. *ben.* delevit Cort. *secundum ea* Vrat. 1. Bas. 1. et primitus Naz. plures Cortii, Wassii, Haverc. cfr. Prisc. 14. 1. 584. Ed. Kr. sed plurimi libri aut: *sed si ea,* aut: *sed ea si. per se ipsam* Fabric. Vinar. 2. Acad. Guelf. 5. 10. Leid. l. Bas. 1. *ipsa* om. Guelf. 3. 6. 11. *quod mihi mis. est. est* in quinque Cort. locum mutat. *mihi* abest Rem. 1. Leid. i. *est* et *mihi* om. Guelf. 6. *recepti sunt. sunt* om. Vin. 2. in septem aliis locum mutat. *instituit amicit.* Bas. 4. Tur. Bern. 1. *pendenda* edidit Gruter. incertum an ex Codd. *progenies* ita Ciaccon. Ursin. Popma. *pati me nepotem Massinissæ. me n. M.* delenda censuerant Gruter. Bongars. Putsch. Cort. *sed si* Fabr. 1. Vrat. inc. Vin. 2. Struv. Teg. Leid. f. g. h. k.

tus sum, quos maioribus meis populus Romanus dedit: unde pater et avus meus una vobiscum expulere Syphacem et Carthaginiensis. Vestra beneficia mihi erepta sunt, Patres conscripti; vos in mea iniuria despecti estis. Eheu me miserum! Huccine, Micipsa Pater, beneficia tua evasere, ut, quem tu parem cum liberis tuis regnique participem fecisti, is potissumum stirpis tuæ exstinctor sit? Numquamne ergo familia nostra quieta erit? semperne in sanguine, ferro, fuga versabimur? Dum Cathaginienses incolumes fuere, iure omnia sæva patiebamur: hostes ab latere, vos amici procul, spes omnis in armis erat. Postquam illa pestis ex Africa eiecta est, læti pacem agitabamus: quippe quis hostis nullus erat, nisi forte quem vos iussissetis. Ecce autem ex improviso Iugurtha, intoleranda audacia, scelere atque superbia sese ecferens, fratre meo atque eodem propinquo suo interfecto, primum regnum eius sceleris sui prædam fecit: post, ubi me isdem dolis nequit capere, nihil minus quam vim aut bellum exspectan-

n. sex Wassii. Franc. Eccard. Guelf. 1. 2. 7. 9. 10. 11. 12. Bas. 4. Bern. 1. 3. *opes expeto* Fabric. 1. Bas. 1. Vin. 2. incert. 1. Vrat. 2. Guelf. 3. 4. Erlang. duo Wassii. *appeto* Guelf. 10. Leid. f. *pop. Rom.* Teg. Bas. 4. Bern. 4. *pati cuiusq. pati* om. Guelf. 6. *avus meus* Teg. omnes Leid. Bas. Tur. Bern. *meus* delet Leid. c. et Cort. *mihi erepta* pron. in quatuor Cortii libris locum mutat. om. Turic. *Heu, heu* Guelf. 3. 7. 10. Ecc. Vrat. 3. Rem. 1. Struv. Erl. Leid. c. f. h. k. Bern. 3. *heu* Senat. 1. Franc. incert. Guelf. 9. 11. 12. plures Wassii. Bas. 4. Bern. 1. *ben. tua* pron. om. Guelf. 6. Franc. Leid. h. m. Bern. 3. *ut quem.* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 4. omnes Leid. *lib. tuis* pron. om. Heuss. Sen. 2. Vatic. Bern. 4. *tuis lib.* Struv. *numquamne. ne* om. Leid. h. l. Vrat. 3. Guelf. 11. Ecc. *regni tui* Bas. 4. *versabitur* Guelf. 2. 7. Eccard. Vrat. 1. 3. Vin. 2. tres Wassii. Acad. Bas. 1. 4. Franc. Rem. inc. 1. Struv. Leid. a. b. c. e. f. h. k. l. Bern. 4. *versabimur* meliores Cortii, Rivii, Grut. *ex Africa eiecta est. ex Af.* om. Guelf. 11. locum mutat in Guelf. 5. Franc. *hostis* Rivii libri. *quis hostis n. erat. quis* omnes Cortii. tribus exceptis. accedunt nostri omnes. *erat* om. Rem. 1. Guelf. 6. *nisi forte quem vos ius. vos* om. Franc. Guelf. 6. Leid. m. *quem vos* om. Guelf. 10. *sese ecferens* plures Gruteri, itidem Wassii. *se efferens* Bas. 4. *isdem* Fabric. 2. incert. Senat. Heuss. Acad. Rem. Guelf. 1. 2. 5. 9. Vratisl. 3. Bas. 1. Bern. 4. *eius regn.* Bas. 1. *eius* om. Tur. *capere nequit* Turic. *non quit cap.* Bern. 4.

tem in imperio vestro, sicuti videtis, extorrem patria, domo inopem et coopertum miseriis effecit, ut ubivis tutius quam in meo regno essem. Ego sic existumabam, Patres conscripti, ut prædicantem audiveram patrem meum; qui vestram amicitiam diligenter colerent, eos multum laborem suscipere: ceterum ex omnibus maxume tutos esse. Quod in familia nostra fuit, præstitit, uti in omnibus bellis adesset vobis; nos uti per otium tuti simus in vestra manu est, Patrès conscripti. Pater nos duos fratres reliquit: tertium, Iugurtham, beneficiis suis ratus coniunctum nobis fore; alter eorum necatus est, alterius ipse ego manus impias vix effugi. Quid agam? quo potissumum infelix accedam? generis præsidia omnia exstincta sunt, pater, uti necesse erat, naturæ concessit; fratri, quem minume decuit, propinquus, per scelus vitam eripuit; adfinis, amicos, propinquos ceteros meos alium alia clades oppressit: capti ab Iugurtha, pars in crucem acti, pars bestiis obiecti sunt; Pauci, quibus relicta est anima, clausi in tenebris, cum mœrore et luctu, morte graviorem vitam exigunt. Si omnia, quæ aut amisi aut ex necessariis aduorsa facta sunt, incolumia manerent, tamen, si quid mali ex improvi-

in imp. præpos. om. Bas. 1. 4. Sen. 1. inc. Struv. Franc. Vratisl. 3. Guelf. 4. 6. 11 12. *sicuti* Fabr, 1. incert. 2. Guelf. 6. tres alii ex Cort. Non. 1, 48. Bas. 1. 4. *tutior* Guelf. 11. inc. *audieram* sic edidit Gruter. confirm. Fabric. 1. Struv. Guelf. 9. Vrat. *diligenter col. dilig.* om. Fabr. 2. Vin. 2. Vrat. 2. Guelf. 3. Leid. l. unus Wassii. *multum laboris* Bern. 4. Vatic. *adesset vobis.* ita Haverc. edidit. hunc verborum ordinem, quem omnes fere confirmare videntur, Cortius corrupit. *adessent* Merseb. Franc. Tur. *manu vestra situm est* duo Cortii. Leid. f. *vestra manu est* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. 4. *est* om. Franc. *est manu* Erl. *ratus est coniunctum nobis fore.* hoc ordine Fabr. Bas. 1. 4. Acad. Guelf. 1. 2. 5. et plerique Cort. et Palat. Bern. 1. 3. 4. *coniunctum fore nobis* Tur. *est* om. incert. Guelf. 6. 12. *necatus est. est* om. Merseb. Rivii. *alterius ego ipse* Bas. 1. *aut quo pot. me vertam* Guelf. 5. Fabric. 2. m. pr. *aut* om. Guelf. 6. *infelix ego* Teg. *propinquos ceteros meos. meos* om. Vatic. *ceterosque meos* Acad. Guelf. 9. 11. *ceteros omnis* Tur. *et cet. m.* Franc. Guelf. 6. *ceteros meos* om. Leid. i. *alia clade* Struv. incert. 1. Franc. Guelf. 10. 11. Leid. d. f.

so accidisset, vos implorarem, Patres conscripti, quibus pro magnitudine imperii ius et iniurias omnis curæ esse decet. Nunc vero exsul patria, domo, solus atque omnium honestarum rerum egens, quo accedam, aut quos adpellem? nationesne an reges, qui omnes familiæ nostræ ob vestram amicitiam infesti sunt? an quoquam mihi adire licet, ubi non maiorum meorum hostilia monumenta plurima sint? aut quisquam nostri misereri potest, qui aliquando vobis hostis fuit? Postremo Masinissa nos ita instituit, Patres conscripti, ne quem coleremus, nisi populum Romanum, ne societates, ne foedera nova acciperemus: abunde magna præsidia nobis in vestra amicitia fore: si huic imperio fortuna mutaretur, una occidendum nobis esse. Virtute ac dis volentibus magni estis et opulenti; omnia secunda et obedientia sunt; quo facilius sociorum iniurias curare licet. Tantum illud vereor, ne quos privata amicitia Iugurthæ, parum cognita, transvorsos agat, quos ego audio maxuma ope niti, ambire, fatigare vos singulos, ne quid de absente, incognita caussa, statuatis: fingere me verba et fugam simulare, cui licuerit in regno manere. Quod utinam illum, cuius impio facinore in has miserias proiectus sum,

k. Merseb. Bas. 4. Bern. 1. *propinqui ceteri mei alia clade oppressi* Vrat. 1. *sunt obiecti* Fabric. 1. *sunt* delet Leid. c. *clausi tenebris* Guelf. 3. *morte graviori vitam ex.* Guelf. 5. Fabric. 2. *sed si omnia* Leid. a. m. *mali accid. mali* om. Ecc. *atque omnium* Bas. 1. 4. ita Haverc. edidit. Tur. Bern. 1. 3. 4. *quos accedam* quatuor recentiores ap. Cort. *aut quem adpellem* Guelf. 5. Fabric. 2. *nationesne. ne* om. Guelf. 9. 10. 11. *aut reges* Fabric. 1. Struv. Guelf. 6. Vin. 2. Teg. Tur. Bern. 3. *an quoquam mihi adire. aut* Rem. 1. Guelf. 2. m. sec. *quonam* Guelf. 5. Fabric. 2. *mon. plur. sint. monum.* om. Fabr. 1. *sunt* Guelf. 5. inc. 1. Bern. 1. 3. *sunt* om. Heuss. Sen. 2. *aut quisq.* sic meliores. *an* ceteri. omnes Wassii. *neu foedera* Bern. 4. *occid. esse. esset* Guelf. 5. *fore* Vrat. 1. Guelf. 10. Leid. k. unus Wassii. Bern. 1. *occid. nob. esse* Teg. Bas. 1. 4. ita Hav. edidit. Bern. 3. 4. *esse* om. unus Wassii. *virtute vestra* Erl. Bas. 4. *dis* Fabr. 2. Guelf. 1. 3. 5. 6. Erl. Bas. 1. 4. *et obedient. et* om. Erl. *summa ope niti* Rem. 1. inc. 1. Leid. k. n. Bern. 1. *et fugam sim. et* om. Fabric. 2. Vrat. 1.

eadem hæc simulantem videam: et aliquando aut apud vos, aut apud Deos immortalis rerum humanarum cura oriatur: næ ille, qui nunc sceleribus suis ferox atque præclarus est, omnibus malis excruciatus, impietatis in parentem nostrum, fratris mei necis mearumque miseriarum gravis pœnas reddat. Iam iam frater, animo meo carissume, quamquam tibi immaturo, et unde minume decuit, vita erepta est: tamen lætandum magis quam dolendum puto casum tuum; non enim regnum, sed fugam, exsilium, egestatem et omnis has, quæ me premunt, ærumnas cum anima simul amisisti. At ego infelix, in tanta mala præcipitatus ex patrio regno, rerum humanarum spectaculum præbeo: incertus quid agam, tuasne iniurias persequar, ipse auxilii egens; an regno consulam, cuius vitæ necisque potestas ex opibus alienis pendet. Utinam emori fortunis meis honestus exitus esset! neu vivere contemptus viderer, si defessus malis iniuriæ concessissem. Nunc neque vivere lubet, neque mori licet sine dedecore. Patres conscripti, per vos, per liberos, atque parentes vestros, per maiestatem populi Romani subvenite misero mihi: ite obviam iniuriæ, nolite pati, regnum Numidiæ, quod vestrum est, per scelus et sanguinem familiæ nostræ tabescere."

hæc eadem Bern. 1. 3. *aut deos immortalis* Tur. Bern. 3. *ut ille qui nunc reddat. ne* Naz. Paris. a. Bern. 4. *ut ne ille* Sen. 2. Heuss. *ut* et *at* Guelf. 6. *ut ille* omnes fere libri. *fratrisque mei* Teg. Tur. *in parentem, fratris necis, mearum miseriarum* Bern. 1. *iam frat.* (altero *iam* omisso) Fabric. Struv. Guelf. 5. *immaturo tibi* Struv. pron. om. Vrat. 2. *et unde. et* om. Leid. e. *non enim regnum. modo* addunt Vin. 2. Vrat. 2. *regnum tuum* Bas. 1. *solum* Fabr. 2. Guelf. 5. *has omnis* Tur. Bern. 1. *quæ premunt* Bern. 4. *egestatem, omnis* Bas. 4. *ne vivere* vulgo. *neu* Guelf. 4. Commel. *ne iure* plures Wassii. *honestus esset exitus* Tur. Bern 1. *concessissem. Neque* Bern. 1. *per vos, per liberos atque parentes vestros* hæc omnium fere Codd. lectio. *per vestros liberos atque parentes vestros* Struv. *obtestor* intrudunt incert. 2. Guelf. 11. Rem. 1. *oro* addunt Franc. Vrat. 3. *per vos liberos* incert. 1. *per vos liberos atque par.* Ecc. cum duobus aliis Cort. *mihi misero* Bas. 1. 4. Bern. 3. *et per sanguinem* Bern. 3.

Postquam rex finem loquendi fecit, legati Iugurthæ largitio- 15
ne magis quam caussa freti, paucis respondent: „Hiempsalem ob sævitiam suam ab Numidis interfectum: Adherbalem ultro bellum inferentem, postquam superatus sit, queri, quod iniuriam facere nequivisset. Iugurtham ab Senatu petere, ne se alium putarent, ac Numantiæ cognitus esset, neu verba inimici ante facta sua ponerent." Deinde utrique curia egrediuntur. Senatus statim consulitur: fautores legatorum, præterea magna pars gratia depravata, Adherbalis dicta contemnere, Iugurthæ virtutem extollere laudibus; gratia, voce, denique omnibus modis pro alieno scelere et flagitio, sua quasi pro gloria, nitebantur. At contra pauci, quibus bonum et æquum divitiis carius erat, subveniundum Adherbali et Hiempsalis mortem severe vindicandam censebant. Sed ex omnibus maxume Aemilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factiosus, avidus potentiæ, honoris, divitiarum; ceterum vitia sua callide occultans. Is postquam videt regis largitionem famosam impudentemque, veritus, quod in tali re solet, ne polluta licentia invidiam accenderet, animum a consueta lubidine continuit.
Vicit tamen in Senatu pars illa, quæ vero pretium aut gratiam 16
anteferebat. Decretum fit, uti decem Legati regnum, quod Micipsa

Cap. 15. *a Num.* Bern. 1. Tur. *At Adherbalem bellum Numidis inferentem* Guelf. 5. *Adherb. vero* Rem. 1. Vratisl. 1. Leid. c. *est superatus* Guelf. 10. Leid. f. *nequivisset* Cortii meliores. *nequisset* Haverc. *se alium. se* Cantabrig. om. *ante sua facta* quindecim Cortii libri. Bern. 1. *ne verba* Fabric. 1. m. sec. Vinar. 2. Vrat. 2. Guelf. 9. *pars sen. grat. senatus* om. Rem. 1. et ex Guelf. duo. Leid. a. b. c. k. n. Naz. *sen. mag. p.* Fabr. Struv. Franc. Leid. e. f. g. i. l. Bas. 1. Tur. Bern. 1. 3. *depravati* Fabric. 2. *contempnere* Bas. 1. 4. *laudib. extoll.* Fabric. 1. pauci alii. Teg. *laudib. extoll. laud.* Tur. *sua quasi. sua* om. Heuss. Senat. 2. incert. 2. Pemb. *vidit* Leid. d. Fabric. 2. *re fieri solet* Acad. Franc. inc. Guelf. 3. 7. 9. 10. 11. Vrat. 2. 3. Vin. 2. Bas. 4. Tur.

Cap. 16. *anteferebant* Bas. 1. *legati decem* Vrat. 1. Sen. 1. *decem* om. Bas. 1.

*

obtinuerat, inter Iugurtham et Adherbalem dividerent; cuius legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus et tum in Senatu potens: quia consul, C. Graccho et M. Fulvio Flacco interfectis, acerrume victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Iugurtha tametsi Romæ in amicis habuerat; tamen adcuratissime recepit: dando et pollicitando multa perfecit; uti fama, fide, postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. Reliquos legatos eadem via adgressus, plerosque capit: paucis carior fides, quam pecunia fuit. In divisione, quæ pars Numidiæ Mauritaniam adtingit, agro virisque opulentior, Iugurthæ traditur: illam alteram specie quam usu potiorem, quæ portuosior et ædifi-
17 ciis magis exornata erat, Adherbal possedit. Res postulare videtur Africæ situm paucis exponere, et eas gentes, quibuscum nobis bellum aut amicitia fuit, adtingere. Sed quæ loca et nationes ob calorem aut asperitatem, item solitudines minus frequentata sunt; de is haud facile compertum narraverim: cetera quam paucissumis absolvam. In divisione orbis terræ plerique in partem tertiam Africam posuere: pauci tantummodo Asiam et Europam esse, sed Africam in Europa. Ea finis habet ab Occidente fretum nostri maris et Oceani, ab ortu solis declivem latitudinem: quem

Guelf. 2. Leid. l. *quia* Fabr. 1. Bas. 1. Sen. 1. Rem. 2. Guelf. 3. Leid. h. i. l. m. n Naz. Turic. m. pr. Bern. 1. 3. *qui* et *consulibus* longe plurimi. *quem Iug.* Leid. d. Erl. *Gracco* plerique et optimi libri. *in inimicis* Commel. *inimicum* Palat. 7. *pollicitando* Fabr. 1. Vin. 2. inc. 1. Struv. Guelf. 7. 12. Mark. Γ. *pollicendo* ceteri. *multa* om. Guelf. 7. Franc. Leid. m. *fama, fide* Naz. Commel. Sen. 1. Bas. 1. Fabr. uterq. B. Pub. Pemb. Turic. Bern. 3. duo Paris. *famæ, fide* Leid. a. c. d. g. i. k. l. *famæ, fidei* ceteri. *Mauretaneam* Bas. 1. *agro viris* Struv. Guelf. 2. 4. 12. *usui* Guelf. 6. Vrat. 3. Naz.

Cap. 17. *cum quibus* Fabr. 2. Struv. inc. 1. Sen. 2. Heuss. Guelf. 4. 7. *bellum amicit.* Tur. *loca nationes* Guelf. 12. Bodl. *et nat.* om. Ecc. *frequentatæ* Senat. 2. Vrat. 2. Heuss. *de is* Guelf. 4. 6. *in partem tertiam* Commel. inc. 2. Franc. Guelf. 4. 6. 12. Leid. h. m. Bern. 1. August. C. D. 16, 17. duo Paris. *Europ. esse. esse* om. inc. 1. Vrat. 3. Leid. a. h. *incolæ adpellant. incolæ* om. Guelf. 11. Regius. *arbori-*

locum Catabathmon incolæ adpellant. Mare sævum, importuosum; ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus: cœlo terraque penuria aquarum. Genus hominum salubri corpore: velox, patiens laborum: plerosque senectus dissolvit, nisi qui ferro aut bestiis interiere: nam morbus haud sæpe quemquam superat. Ad hoc malefici generis plurima animalia. Sed qui mortales initio Africam habuerint, quique postea accesserint, aut quomodo inter se permixti sint; quamquam ab ea fama, quæ plerosque obtinet, divorsum est: tamen uti ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur, interpretatum nobis est, utique rem sese habere cultores eius terræ putant, quam paucissumis dicam. Ceterum fides eius rei penes auctores erit. Africam initio habuere 18
Getuli et Libyes, asperi incultique; quis cibus erat caro ferina atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus neque lege aut imperio cuiusquam regebantur: vagi, palantes, quas nox cœgerat sedes habebant. Sed postquam in Hispania Hercucules, sicuti Afri putant, interiit; exercitus eius, compositus ex variis gentibus, amisso duce ac passim multis sibi quisque imperium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, Persæ et Armeni, navibus in Africam transvecti, proxumos nostro ma-

bus inf. Vrat. 2. Franc. Guelf. 12. inc. 1. Leid. k. Mark. Γ. *arborum* Vin. 2. Guelf. 4. Bern. 1. *nisi quis - interierit* Leid. l. *habuerunt* Guelf. 9. 10. 12. Vrat. 1. 2. inc. 1. *aut quo modo inter se permixti sint* hæc om. Cort. *inter se mixti sint* Senat. 2. Heuss. *interpret. nob. est. nob.* om. Reg. *interpret. est nob.* Bas. 4. Tur. *atque rem* Fabric. 1. Acad. inc. 1. Tur. m. pr. Bern. 1.

Cap. 18. *Getuli* meliores Gruteri et Cortii libri. *asperi inculti* Guelf. 12. *quas nox* ita Gruter. Wass. Commel. Pemb. Mark. Γ. Λ. Bas. 1. Bern. 1. *qua* Fabric. 1. Struv. inc. Rem. 2. Vinar. 2. Vrat. 3. Bodl. Putschii libri. plures Palat. Ecc. Acad. m. sec. Guelf. 2. 3. 7. 9. 10. 11. 12. Tur. Bern. 3. Bas. 4. *aut imperio* Bas. 1. 4. Bern. 1. 3. omnes Leid. *multis sibi quisque* ita meliores libri. *quisque* om. Struv. Franc. Guelf. 4. 9. 11. 12. Leid. g. h. m. *brevi dilabuntur* Ecc. Bas. 1. m. sec. Leid. b. d. *materies* Ecc. m. sec. Guelf. 10. *secum misc. secum* om. Guelf. 4. Ecc. m. pr. Arond. Reg. Pemb. m. pr. *sibi* Bern. 3. Struv. *alia deinde alia loca* Bas. 1. Fabric. Struv.

ri locos occupavere. Sed Persæ intra Oceanum magis; hique alveos navium invorsos pro tuguriis habuere, quia neque materia in agris neque ab Hispanis emundi aut mutandi copia erat, mare magnum et ignara lingua commercia prohibebant. Hi paullatim per connubia Getulos secum miscuere; et quia sæpe temptantes agros alia deinde alia loca petiverant, semet ipsi Numidas adpellavere. Ceterum adhuc ædificia Numidarum agrestium, quæ mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinæ sunt. Medis autem et Armenis accessere Libyes (nam hi propius mare Africum agitabant; Getuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus) hique mature oppida habuere; nam freto divisi ab Hispania mutare res inter se instituerant. Nomen eorum paullatim Libyes corrupere, barbara lingua Mauros pro Medis adpellantes. Sed res Persarum brevi adolevit: ac postea nomine Numidæ, propter multitudinem a parentibus digressi, possidere ea loca, quæ proxume Carthaginem Numidia adpellatur. Dein utrique alteris freti finitumos armis aut metu sub imperium suum coegere, nomen gloriamque sibi addidere, magis hi, qui ad nostrum mare processerant: quia Libyes, quam Getuli minus bel-

Acad. Ecc. sex Guelf. *atque* quod priores Edit. occupaverat, ignorant omnes Leid. alterum *alia* plures omittunt. *semet ipsi* Bas. 1. Fabr. Guelf. 1. Ecc. Leid. b. c. d. l. Bern. 3. *ipsos* ceteri. *illi map.* Teg. Tur. Bern. 3. *mappalia* Fabr. Franc. alii. *Armeni* Bas. 1. Fabr. 1. m. pr. 2. m. sec. Ac. Vin. 2. Sen. 1. Rem. 2. alii. *Medi autem et Armenii arcessere Libyes* septem Wassii libri. m. sec. et Ciacc. liber. *Medi a. et Armeni accessere Libyes* Commel. Fabr. 2. Struv. m. pr. Rem. 1. inc. Franc. Vrat. 1. 3. Ecc. Guelf. 4. 7. 10. 11. 12. Bas. 4. Bern. 1. *libes* Bas. 4. *fretu* Martin. *corrumpere* Fabric. 2. Bas. 1. Struv. Guelf. 4. 7. Rem. 1. Senat. 1. Vrat. 2. 3. Franc. Leid. m. *nomine Numidiæ* multi libri perperam. *possidere* Fabric. uterq. Ac. Franc. Struv. Vrat. 2. Ecc. Guelf. 2. 3. 9. 11. 12. Paris. b. d. Bas. 1. 4. Bern. 1. 3. *proxima* Corn. Fronto. s. voce. *adpellantur* Senat. Heuss. Struv. Guelf. 1. 3. 7. 10. 12. Teg. Erl. Tur. m. sec. *dein* Guelf. 4. *deinde* ceteri. *imperium suum coegere. suum* om. Guelf.

licosi; denique Africæ pars inferior pleraque ab Numidis possessa est; victi omnes in gentem nomenque imperantium concessere. Postea Phœnices, alii multitudinis domi minuendæ gratia, pars 19
imperii cupidine, sollicitata plebe et aliis novarum rerum avidis, Hipponem, Hadrumetum, Leptim aliasque urbis ora in maritima condidere: hæque brevi multum auctæ, pars originibus suis præsidio, aliæ decori fuere; nam de Carthagine silere melius puto quam parum dicere: quoniam alio properare tempus monet. Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa dividit, secundo mari prima Cyrene est: colonia Thereon, ac deinceps duæ Syrtes, interque eas Leptis: dein Philenon aræ, quem locum Aegyptum versus finem imperii habuere Carthaginienses: post aliæ Punicæ urbes. Cetera loca usque ad Mauritaniam Numidæ tenent: proxume Hispaniam Mauri sunt: super Numidiam Getulos accepimus partim in tuguriis, alios incultius vagos agitare: post eos Aethiopas esse: dein loca exusta solis ardoribus. Igitur bello Iugurthino pleraque ex Punicis oppida et finis Carthaginiensium, quos novissume habuerant, populus Romanus per magistratus administrabat: Getulorum magna pars et Numidæ

9. Vrat. 2. *cogere* Vrat. 2. Ecc. m. pr. Senat. 2. Heuss. Guelf. 7. 9. 11. Bas. 1. m. pr. Bas. 4. Tur. *obsessa est* Tur. Sen. 2. Heuss.

Cap. 19. *imperii cupidi* Guelf. 4. *et aliis novarum rerum avidis* Fabr. 1. m. pr. Naz. Commel. Bas. 1. 4. Turic. Bern. 3. Acad. Senat. Heuss. Vinar. 2. Vrat. 1. 2. Rem. 2. Guelf. 2. 3. Leid. a. b. c. g. l. m. n. *aliisque* Cort. *et alii-avidi* ceteri. *Hadrimetum* Bas. 1. Fabr. 2. Senat. 1. *Hadrum.* lapides et nummi. Naz. Pemb. B. Pub. *Adrim.* alii. *orig. suis.* pron. om. Guelf. 10. Bern. 3. *eæque* Rivii mscr. *colonia Therecona* Leid. l. *dein Phil.* Guelf. 4. *deinde* ceteri. *dehinc* Bas. 1. *quem locum. locum* om. Heuss. Sen. 2. *imperii* om. Guelf. 10. 11. *Mauretaneam* Bas. 1. m. pr. *proximi Hispania* Front. *Hispanias* Ursini lib. Sen. 1. *vagos* om. Guelf. 9. *Aethiopas* vetustissimi Codd. Bas. 1. Fabr. 1. Ecc. Rivii libri. *et Numidiæ usque* Fabr. 1. inc. Senat. Heuss. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 3. Ac. Struv. Franc. Rem. 1. Guelf. fere omnes. Leid. a. b. e. h. i. k. m. Bern. 1. *Numidæ* priores edit. Riv. Wass. Gruter. Haverc. *Nu-*

usque ad flumen Mulucham sub Iugurtha erant: Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, præter nomen cetera ignarus populi Romani; itemque nobis neque bello neque pace antea cognitus. De Africa et eius incolis ad necessitudinem rei satis dictum.

20 Postquam, diviso regno, legati Africa decessere, et Iugurtha contra timorem animi præmia sceleris adeptum sese videt; certum ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romæ venalia esse; simul et illorum pollicitationibus accensus, quos paullo ante muneribus expleverat, in regnum Adherbalis animum intendit. Ipse acer, bellicosus: at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus iniuriæ, metuens magis quam metuendus. Igitur ex improviso finis eius cum magna manu invadit; multos mortalis cum pecore atque alia præda capit, ædificia incendit, pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit, dein cum omni multitudine in regnum suum convortit: existumans Adherbalem dolore permotum iniurias suas manu vindicaturum, eamque rem belli caussam fore. At ille, quod neque se parem armis existumabat et amicitia populi Romani magis quam Numidis fretus erat, legatos ad Iugurtham de iniuriis questum

midia Vin. 2. *usque flumen* Fabric. *imperabat* Tur. *Boccus* Vin. 2. Guelf. 2. 3. alii. *per cetera* Franc. Struv. Ecc. Rem. 1. Vin. 2. Guelf. 4. 10. 11. *antea cogn. antea* om. Fabr. 1. *nobis bello* Bas. 4. Vrat. 1. *et incolis* Guelf. 4. *necessitatem* Leid. m. Franc. Senat. 2. Heuss. *rei* om. Bas. 4. Turic. *satis dictum* sic meliores. *est* addunt aliquot ex Leid. b. c. d. e. g. h. k. m. Tur.

Cap. 20. *regno diviso* Bas. 1. *discessere* maior Codd. pars. *decessere* Gruter. aliquot Guelf. Fabric. 1. Rem. 2. Struv. Bas. 4. Turic. Leid. *ab Africa discess.* Fabric. 2. Guelf. 11. Leid. a. d. *ex Af.* Leid. b. *sese adept.* Guelf. 3. *sese* om. Bas. 4. *vidit* Guelf. 7. Leid. f. i. *certum ratus* Riv. et Gruterus ex mscr. aliquot Cortii. Leid. e. f. g. i. n. Bas. 4. *esse* longe plurimi addunt, in quibus Bas. 1. Fabric. 1. Senat. 1. Rem. Leid. k. l. Turic. Bern. 3. *certum est* Leid. m. *ex amicis* delet Ecc. *ad Numantiam* in nonnullis legi Rivius testis est. *et illorum poll. et* om. plures Guelf. *is quem. is* abest Guelf. 10. *placidus ingenio* Leid. c. *invadit* Bas. 1. Turic. Bern. 1. 3.

misit: qui tametsi contumeliosa dicta retulerant, prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum sumere: quia temptatum antea secus cesserat. Neque eo magis cupido Iugurthæ minuebatur: quippe qui totum eius regnum animo iam invaserat. Itaque non uti antea cum prædatoria manu, sed magno exercitu comparato bellum gerere cœpit et aperte totius Numidiæ imperium petere. Ceterum qua pergebat, urbis, agros vastare, prædas agere; suis animum, hostibus terrorem augere. Adherbal ubi intellegit, eo 21
processum, uti regnum aut relinquendum esset aut armis retinendum; necessario copias parat et Iugurthæ obvius procedit. Interim haud longe a mari prope Cirtam oppidum utriusque exercitus consedit, et quia diei extremum erat, prælium non inceptum Sed ubi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine, milites Iugurthini, signo dato, castra hostium invadunt; semisomnos partim, alios arma sumentis fugant funduntque: Adherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit, et ni multitudo togatorum fuisset, quæ Numidas insequentis mœnibus prohibuit, uno die inter duos reges cœptum atque patratum bellum foret. Igitur Iugurtha oppidum circumsedit, vineis turribusque et machinis

omnes Leid. *atque aliam prædam* Fabr. 1. Guelf. 3. *hostiliter loca* Fabr. 1. Teg. Erl. Bas. 4. Tur. *dein* Senat. 1. *dehinc* Guelf. 7. *se convertit* Franc. Leid. n. *convertitur* Heuss. Sen. 2. Commel. *Adherbalem dolore permotum* Bas. 1. Fabric. 2. tres alii ex Cort. omnes Leid. Bern. 1. *d. p. Ad.* Rivii libri. *magis quam. magis* om. Vrat. 2. *misit questum* Bas. 1. Bern. 3. *neque eo magis* Bas. 1. 4. Teg. Turic. Bern. 1. ita Gruter. Wass. Haverc. *tamen* Cort. adiecit. in Erl. *tamen* locum mutat. *uti antea* Bas. 1. 4. Turic. Bern. 1. 3. *quod tentatum* Acc. Guelf. 11. *ex. magn. comp.* Bas. 1. *congregato m. ex.* Fabr. 2. *cum ex. comp.* Guelf. 7. *totius imp. Num.* Struv. Guelf. 4. *hostibus terrorem* hoc ordine omnes ferre libri. *terr. host.* Ac.

Cap. 21. *intellegit* Fabric. Bas. 1. Sen. 1. Guelf. 4. *processit* Ecc. Guelf. 3. 11. *utriusque consedit exerc.* Fabric. 1. Tur. *extrem. diei* Acad. Fabric. 2. Guelf. 3. *die extr.* Vrat. 1. m. pr. *non est incept.* Leid. a. b. e. f. h. i. l. *inc. est* Leid. d. *a moen. proh.* Struv. Franc. Guelf. 9. 10. 11. Leid. d. f. m. *bellum foret* Bas. 1. 4. Franc.

omnium generum expugnare adgreditur: maxume festinans tempus legatorum antecapere, quos ante prælium factum ab Adherbale Romam missos audiverat. Sed postquam Senatus de bello eorum accepit, tres adulescentes in Africam legantur: qui ambos reges adeant, Senatus populique Romani verbis nuncient: „Velle et censere, eos ab armis discedere: de controversiis suis iure potius quam bello disceptare: ita seque illisque dignum esse." Le-
22 gati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romæ, dum proficisci parant, de prælio facto et oppugnatione Cirtæ audiebatur; sed is rumor clemens erat. Quorum Iugurtha accepta oratione respondit: „ Sibi neque maius quicquam neque carius auctoritate Senati: ab adulescentia ita se enisum, uti ab optumo quoque probaretur: virtute non malitia P. Scipioni, summo viro, placuisse: ob easdem artis ab Micipsa, non penuria liberorum, in regnum adoptatum esse: Ceterum quo plura bene atque strenue fecisset, eo animum suum iniuriam minus tolerare: Adherbalem dolis vitæ suæ insidiatum; quod ubi comperisset, sceleri eius

Struv. ita Gruter. Bern. 1. 3. Wass. et Haverc. ediderunt. *foret bellum* ceteri Cortii libri. Tur. *bellum* delet Leid. l. *ab Adherb.* præpos. om. Ecc. Guelf. 4. Fabr. 1. Reg. *Rom. Adh. miss.* hoc ordine Fabric. et quidam alii ex Cort. Bas. 4. Tur. *bello eor. acc.* pron. om. Guelf. 3. Leid. a. *ambo* Guelf. 4. m. pr. *de controv.-disceptare.* hæc non leguntur in Pal. et Wassii libris. Bas. 1. 4. Fabr. inc. Rem. Sen. 1. Vrat. Guelf. Leid. a. b. c d. e. f. h. i. k. l. Teg. Tur. Bern. 3. sed leguntur in Vinar. 2. Senat. 2. Heuss. Franc. atque in margine Guelf. 3. Struv. Acad. Leid. g. m. n. Bern. 1. Erl. *itaque* Fabr. 1. Acad. Franc. Guelf. 3. 11. Leid. a. c. e. m. Teg. Tur. *dignum fore* Ecc. Guelf. 3. Fabric. 2.

Cap. 22. *eoque magis* Ac. *et de oppug.* idem. *audibatur* Guelf. 4. *rumor demens* multi libri. *orat. accept.* Tur. *maius quidq.* pron. om. Accad. *car. quidq.* Bern. 3. Senat. 2. Heuss. *carius esse auctor.* Fabr. 1. inc. 1. Teg. Erl. Turic. Bas. 4. *sen. esse* Leid. c. k. l. Bas. 1. *in regno adopt.* Guelf. 4. 10. Vinar. Vrat. 3. Acad. Struv. inc. 2. Franc. Leid. b. e. h. m. Bodl. Mark. A. *adol. sua.* multi Codd. *quod plura* Senat. 1. Rem. 1. Fabric. 1. Vrat. 1. Ac. Struv. inc. Franc. Ecc. Guelf. 1. 2. 3. 11. Leid.

obviam isse: populum Romanum neque recte neque pro bono facturum, si ab iure gentium sese prohibuerit: postremo de omnibus rebus legatos Romam brevi missurum." Ita utrique digrediuntur. Adherbalis adpellandi copia non fuit. Iugurtha ubi 23
eos Africa decessisse ratus est, neque propter loci naturam Cirtam armis expugnare potest; vallo atque fossa mœnia circumdat, turris exstruit easque præsidiis firmat: præterea dies noctesque, aut per vim, aut dolis temptare, defensoribus mœnium præmia modo, modo formidinem ostentare, suos hortando ad virtutem arrigere: prorsus intentus cuncta parare. Adherbal, ubi intellegit, omnis suas fortunas in extremo sitas, hostem infestum, auxilii spem nullam, penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse; ex his, qui una Cirtam profugerant, duos maxume impigros delegit, eos multa pollicendo ac miserando casum suum confirmat, uti per hostium munitiones noctu ad proxumum mare, dein Romam pergerent. Numidæ paucis diebus iussa effici- 24
unt; literæ Adherbalis in Senatu recitatæ, quarum sententia hæc fuit.

h. i. m. Teg. Bas. 1. 4. Tur. *sceleri eius* Fabr. Bas. 1. 4. Struv. inc. Sen. 1. Vin. 2. Guelf. 1. 2. 9. Erl. Teg. Bern. 1. 3. *eius sceleri* Grut. Wass. Haverc. pron. om. aliquot Rivii. Tur. *prohibuerint* Paris. d. Fabric. 1. *itaque utrique* Fabr. 1. Struv. inc. 2. Franc. Guelf. 9. 11. Erl. *Adherbali* Struv. inc. 2. Vrat. 2. Leid. a. e. f. h. k.

Cap. 23. *discessisse* Vrat. Vin. 2. Acad. Franc. Sen. 2. Heuss. Bern. 1. 3. Guelf. 3. 7. 11. *ab Afr.* Ecc. Sen. 2. Heuss. Guelf. 7. 9. *per loci naturam* Merseb. Riv. *naturam loci* hoc ordine Grut. Wass. Haverc. Bern. 1. *loci nat.* Bas. 1. 4. Tur. *dies noctes* inc. 1 *modo modo.* alterum *modo* om. Bas. 1. Acad. Vrat. 2. 3. Ecc. Guelf. 7. 11. *omnis suas fortunas* Bas. 1. Acad. Struv. inc. 2. Tur. ita etiam Haverc. *arrigere* Leid. l. plures Cortii libri. Mark. A. Bas. 1. Bern. 3. *intellegit* Fabr. 1. Bas. 1. Senat. 1. *necessarium* Guelf. 1. 3. Ac. Struv. Rem. 2. Reg. Martin. *multa pollicendo. pollicitando* Rem. 1. Bodl. Leid. d. h.

Cap. 24. *fuit hæc* Fabr. 1. Tur. *hæc erat* Struv. *erat h.* Guelf. 11. *hæc sen. fuit*

„ Non mea culpa sæpe ad vos oratum mitto, Patres conscripti, sed vis Iugurthæ subigit: quem tanta lubido exstinguendi me invasit, ut neque vos neque deos immortalis in animo habeat; sanguinem meum quam omnia malit. Itaque quintum iam mensem socius et amicus populi Romani armis obsessus teneor: neque mihi Micipsæ patris mei beneficia neque vestra decreta auxiliantur, ferro an fame acrius urguear incertus sum. Plura de Iugurtha scribere dehortatur fortuna mea: etiam antea expertus sum, parum fidei miseris esse. Nisi tamen intellego, illum supra quam ego sum petere, neque simul amicitiam vestram et regnum meum sperare: utrum gravius existumet, nemini occultum est. Nam initio occidit Hiempsalem fratrem meum: deinde patrio regno me expulit, quæ sane fuerint nostræ iniuriæ, nihil ad vos. Verum nunc vestrum regnum armis tenet: me quem vos imperatorem Numidis posuistis, clausum obsidet: legatorum verba quanti fecerit, pericula mea declarant. Quid reliquum nisi vis vestra, quo moveri possit? Nam ego quidem vellem, et hæc quæ scribo, et illa quæ antea in Senatu questus sum, vana forent po-

Vin. 2. *sæpe vos oratum* Bern. 4. Vatic. *subigit me* Guelf. 10. inc. Ac. Rem. 1. Struv. Leid. f. k. Erl. Bas. 4. *subegit* Sen. 2. Heuss. Vrat. 3. Franc. Struv. Leid. e. g. n. Bodl. Ball. Erl. *me exsting.* Fabr. 1. cum paucis Cort. Teg. Tur. *ut neque* Bas. 2. 4. Bern. 1. 3. 4. Tur. *iam quint. mens* Fabr. 1. Ac. *socius amicus* Bas. 4. Guelf. 10. *mihi Mic.* pron. om. Ac. Franc. *patris mei* pron. retinent omnes Cortii præter unum. om. Vatic. Putsch. Bas. 1. Bern. 1. 4. *urguear* Sen. 1. duo Guelf. Bern. 4. *incertum est* Vatic. *deh. me fort.* me delent Ecc. Senat. 2. Guelf. 9. Leid. a. c. d. e. f. m. n. plures Rivii. Bas. 4. Bern. 3. *ni tamen* Teg. Tur. m. pr. *frat. meum Hiemp.* Fabr. 1. Franc. Teg. Tur. *deinde patrio* Bas. 1. 4. Bern. 3. *vestrum regnum* Bas. 1. 4. Ac. Fabr. 2. Struv. inc. Franc. quatuor Guelf. Bern. 1. 4. *nostrum reg.* Bern. 3. *vos imp.* vos om. Ac. *quid est reliquum.* *est* in aliquot Codd. locum mutat. *quid enim* (sive *est*, hoc superscript.) Tur. *quid quidem rel.* Bas. 1. *quo moveri* Fabr. 1. Guelf. 1. Vratisl. 2. *a quo* Leid. l. Sen. 1. Bern. 3. *et illa quæ, et hac quæ antea* Tur. Erl. Teg. *nisi vis vestra commoveri* Bern. 1. 4. *deprecor ut evadam* Fabr. 1. Struv. Rem. 1. Vinar. 2.

tius quam miseria mea fidem verbis faceret. Sed quoniam eo natus sum, ut Iugurthæ scelerum ostentui essem, non iam mortem neque ærumnas, tantummodo inimici imperium et cruciatus corporis deprecor. Regno Numidiæ, quod vestrum est, uti lubet, consulite: me manibus impiis eripite per maiestatem imperii, per amicitiæ fidem; si ulla apud vos memoria remanet avi mei Masinissæ.

His literis recitatis fuere, qui exercitum in Africam mitten- 25
dum censerent, et quam primum Adherbali subveniundum: de Iugurtha interim uti consuleretur, quoniam legatis non paruisset. Sed ab isdem illis regis fautoribus summa ope enisum, ne tale decretum fieret. Ita bonum publicum, ut in plerisque negotiis solet, privata gratia devictum. Legantur tamen in Africam maiores natu, nobiles, amplis honoribus: in quis fuit M. Scaurus, de quo supra memoravimus, consularis et tum in Senatu princeps. Hi, quod res in invidia erat, simul et ab Numidis obsecrati, triduo navim ascendere: dein brevi Uticam adpulsi literas ad Iugurtham mittunt, quam ocissume ad provinciam accedat, seque ad

Ecc. Guelf. 1. 2. 11. Vrat. 2. 3. Leid. c. Erl. Teg. *d. evadere* Leid. l. m. *ex man. imp.* præp. om. Bas. 1. Sen. 1. Ac. Bern. 4. Vin. 2. Struv. inc. 2. Vrat. 3. Guelf. 12. Leid. h. l. n. septem Wassii. *a manib.* Bern. 1. *remanet* om. Guelf. 4. etiam Struv. qui loco eius *est* in fine addit.

Cap. 25. *in Africa mittend.* Fabr. 1. *uti cons. uti* om. inc. 1. Fabr. 2. Ecc. Vrat. 3. Guelf. 7. 9. 11. Leid. h. Bas. 4. *legatis non par.* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. *n. p. l.* ceteri. *isdem illis. illis* om. Fabr. 2. *illius* Struv. *v. c.* Bas. 1. *enisum est* addunt plures libri. alii *nisum* vel *enixum. ne tale decretum. tale* om. Fabr. 2. *devict. est* Leid. b. d. f. h. Tur. Bern. 1. 3. *nobiles ampl. nobiles* om. Guelf. 3. *usi hon.* Struv. *usi* om. Comm. Fabr. 1. 2. Tur. m. pr. Paris. b. e. *in quis fuit* Fabr. Bas. 1. Senat. 1. ceterique vetusti. *M. Aemil. Sc.* Vin. 2. Ac. inc. 2. Rem. 2. *in senatu princeps* Bas. 1. Vin. 2. Heuss. Senat. 2. Acad. inc. Struv. Ecc. Guelf. 10. 11. 22. Bern. 1. *senatus princ.* Fabric. Turic. Bern. 3. *simul - ob et Num. abs.* Fabr. 2. *simul* om. Struv. *et* om. Guelf. 4. *navem* inc. Fabr. 2. Ecc. Bas. 4. Bern. 1. *se ad eum* Riv. libri et ali-

eum ab senatu missos. Ille ubi accepit, homines claros, quorum auctoritatem Romæ pollere audiverat, contra inceptum suum venisse: primo commotus, metu atque lubidine divorsus agitabatur. Timebat iram Senatus, ni paruisset legatis: porro animus cupidine cæcus ad inceptum scelus rapiebat. Vicit tamen in avido ingenio pravum consilium. Igitur, exercitu circumdato, summa vi Cirtam irrumpere nititur, maxume sperans, diducta manu hostium, aut vi, aut dolis, sese casum victoriæ inventurum. Quod ubi secus procedit neque, quod intenderat, efficere potest, ut prius, quam legatos conveniret, Adherbalis potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in provinciam venit. Ac tametsi Senati verbis graves minæ nunciabantur, quod ab oppugnatione non desisteret; multa tamen oratione consumta, legati frustra discessere.
26 Ea postquam Cirtæ audita sunt, Italici, quorum virtute mœnia defensabantur, confisi, deditione facta, propter magnitudinem populi Romani inviolatos sese fore, Adherbali suadent, uti seque et oppidum Iugurthæ tradat: tantum ab eo vitam pa-

quot Cort. Bas. 4. *dein* Fabr. 1. aliique vetustiores *audierat*. Struv. Ac. *primum comm.* Bas. 4. Tur. *rapiebat* Naz. Comm. pauci ex Cort. Leid. l. duo Rivii. *rapiebatur* ceteri. *ad inc. celerandum* Bertin. Palm. et quinque Wassii. *deducta* Guelf. 4. 7. 10. Vin. 2. Ac. Heuss. Senat. 2. Struv. incert. 1. plures Leid. Bas. 4. Bern. 1. *ducta* Leid. l. Bas. 1. *causam victoriæ* Guelf. 1. 2. Sen. 1. Rem. 1. *Adherbale pot.* Guelf. 1. 4. 7. 11. Struv. Acad. m. sec. inc. 1. Franc. Vrat. 2. *Adherbalem* Guelf. 9. et in quinque vet. Codd. quos Vossius inspexit. *Adherbalis* præter ceteros libros firmat Prisc. 18. c. 25. p. 229. Ed. Kr. *attamen etsi* Sen. 2. Vratisl. 2. *minæ grav.* hoc ordine Riv. ex Codd. *quod oppugn.* Commel. unus Rivii. Leid. f. n. *frustra* delet Leid. a. Vrat. 1.

Cap. 26. *Itali* Fabr. 1. Vrat. 1. Sen. 1. Guelf. 2. *seque et oppidum* ita optimi libri. *seseque et op.* Rem. 1. Guelf. 7. *se et op.* Franc. et Guelf. 11. *seque oppidumque* Guelf. 10. *sese et opp.* Ac. inc. 2. *traderet* Fabr. 1. Teg. *curæ esse* Fabr. 1. Teg. Tur. 1. *tamen quia. tamen* om. Fabric. 2. *si advorsaretur* Fabric. 1. et unus Rivii. *ded. facit. fecit.* multi libri deterioris notæ, etiam Teg. Tur. Fabr. 1. m. sec. *igi-*

ciscatur, de ceteris Senatui curæ fore. At ille, tametsi omnia potiora fide Iugurthæ rebatur; tamen quia penes eosdem, si advorsaretur, cogendi potestas erat, ita, uti censuerant Italici, deditionem facit. Iugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat, deinde omnis puberes Numidas et negotiatores promiscue, uti quisque armatis obvius fuerat (interficit.) Quod postquam Ro- 27
mæ cognitum est et res in Senatu agitari cœpta, idem illi ministri regis interpellando ac sæpe gratia, interdum iurgiis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant. Ac ni C. Memmius, tribunus plebis designatus, vir acer et infestus potentiæ nobilitatis, populum Romanum edocuisset: id agi, ut per paucos factiosos Iugurthæ scelus condonaretur, profecto omnis invidia prolatandis consultationibus dilapsa foret. Tanta vis gratiæ atque pecuniæ regis erat. Sed ubi Senatus delicti conscientia populum timet; lege Sempronia provinciæ futuris Consulibus, Numidia atque Italia decretæ: Consules declarati P. Scipio Nasica, L. Bestia Calpurnius; Calpurnio Numidia, Scipioni Italia obvenit, deinde exercitus, qui in Africam portaretur, scribitur: stipendium aliaque, quæ bello

.*tur Iugurtha* Bas. 1. Fabr. Rivii. cum aliis duob. Cort. plerique Wassii. *dein* multi Cort. libri. sed *deinde* Bas. 1. Senat. 1. Fabric. 1. *armatus obvius fuerat*, ita Ecc. Franc. Ac. Struv. Guelf. 4. 7. 9. 10. 11. sed *armatis* meliores. *fuit* Fabric. 1. Teg. *fuerat obv.* Bas. 4. *obv. fuit arm.* Tur. *interficit* Bas. 1. Franc. Ac. Sen. 1. Vrat. 1. *interfecit* reliqui. ita Gruter. edidit adsentientibus omnib. Leid.

Cap. 27. *coepta* vetustissimi Cort. Leid. c. d. g. i. k. l. n. *coepit* Vrat. 1. 2. Sen. 2. Heuss. Acad. Struv. inc. Rem. 2. Franc. Ecc. Guelf. 3. 4. 7. 9. 10. 11. 12. Leid. a. b. e. f. h. m. Bern. 1. *idem* ita omnes fere libri. *illi idem* Fabr. 1. Teg. Tur. *lenibant* Ecc. Guelf. 3. 10. Struv. *populum ed.* inc. 1. *ut per* Bas. 1. 4. Turic. Bern. 3. *protelandis* Ursini lib. et Tur. *dilapsa erat* Guelf. 1. Sen. 2. *foret* ceteri. *regis erat. pec. e. reg.* Guelf. 1. *regis incesserat* Guelf. 2. *gratiæ erat* tres alii Cort. *decretæ sunt* Leid. a. b. d. h. Erl. Bern. 3. *L. Capurn. B.* Sen. 1. Erl. Bas. 4. *Calp.* a vetusto Ursini Cod. et Bodl. Bern. 3. *alia quæque* Commel. Ecc. *aliaque omnia* Guelf. 7. *aliaque bello quæ* Guelf. 10. *atque alia quæ* Bas. 1. Guelf. 9. *et alia quæ* inc. 2. *alia quæ bello* Struv.

28 usui forent, decernuntur. At Iugurtha, contra spem nuncio accepto, quippe cui Romæ omnia venum ire in animo hæserat; filium et cum eo duos familiaris ad Senatum legatos mittit: hisque ut illis, quos Hiempsale interfecto miserat, præcepit, omnis mortalis pecunia adgrediantur. Qui postquam Romam adventabant; Senatus a Bestia consultus est: placeretne legatos Iugurthæ recipi mœnibus; hique decrevere: nisi regnum ipsumque deditum venissent, uti in diebus proxumis decem Italia decederent. Consul Numidis ex Senati decreto nunciari iubet; ita infectis rebus illi domum discedunt. Interim Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobilis, factiosos, quorum auctoritate, quæ deliquisset, munita fore sperabat: in quis fuit Scaurus, cuius de natura et habitu supra memoravimus. Nam in Consule nostro multæ bonæque artes animi et corporis erant, quas omnis avaritia præpediebat; patiens laborum, acri ingenio, satis providens, belli haud ignarus, firmissumus contra pericula et insidias. Sed legiones per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transvectæ; igitur Calpurnius initio, paratis commeatibus, acriter Numidiam ingressus est, multosque mortalis,
29 et urbes aliquot pugnando cepit. Sed ubi Iugurtha per legatos

Cap. 28. *venire* Leid 1. et duo Rivii libri. Palat. meliores. duo Wassii. *venum ire* ceteri. *in animo inhæserat* Bas. 1. *duo familiares* Guelf. 9. 10. *isque* Bas. 1. *his* Bern. 1. *præcepit* multi Cort. Codd. Leid. d. h. i. l. *præcipit* Vin. 1. Sen. 1. inc. 1. Vrat. 1. plures Guelf. ceteri Leid. Bas. 1. *ut omn. mort.* Sen. 1. Fabric. 2. Vinar. 2. Ac. Guelf. 4. 11. Leid. a. e. Bas. 4. Tur. Bern. 1. 3. *omn. ut m.* Fabric. Guelf. 2. Erl. *Rome advent.* Turic. Fabric. 1. 2. *consultus est. est* om. tres Cortii libri. *hique* plures libri. *hi* Bern. 1. *ni regnum* plures Rivii. omnes Palat. (ni fallor) Bas. 4. *ita domum reversi sunt* Fabr. 1. Tur. *rev. sunt* etiam Fabr. 2. *transvectæ sunt* Erl. Teg. Leid. a. d. f. g. h. i. k. Tur. Bern. 1. *initio acriter Calpurn.* Bas. 1. *impunita fore* Vin. 2. *multos mortales* Franc. Fabr. 2. etiam Fabr. 1. *que* inter lineas. *et urb. et* om. Erl. Guelf. 10. *capit* inc. 1. et duo alii Cort.

Cap. 29. *ac minister* Struv. Guelf. 4. 9. 12. *et minister* Franc. inc. 1. Guelf. 10.

pecunia temptare bellique, quod administrabat, asperitatem ostendere cœpit: animus æger avaritia facile convorsus est. Ceterum socius et administer omnium consiliorum adsumitur Scaurus: qui tametsi a principio, plerisque ex factione eius corruptis, acerrume regem impugnaverat; tamen magnitudine pecuniæ a bono honestoque in pravum abstractus est. Sed Iugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, existumans, sese aliquid interim Romæ pretio aut gratia effecturum: postea vero quam participem negotii Scaurum accepit: in maxumam spem adductus recuperandæ pacis, statuit cum eis de omnibus pactionibus præsens agere. Ceterum interea fidei caussa mittitur a Consule Sextius Quæstor in oppidum Iugurthæ Vaccam: cuius rei species erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palam legatis imperaverat: quoniam deditionis mora induciæ agitabantur. Igitur rex, uti constituerat, in castra venit; ac pauca præsenti consilio locutus de invidia facti sui atque uti in deditionem acciperetur; reliqua cum Bestia et Scauro secreta transigit: dein postero die, quasi per saturam exquisitis sententiis, in deditionem accipitur. Sed uti pro consilio imperatum erat, elephanti triginta, pecus atque equi multi, cum parvo argenti pondere Quæstori traduntur. Calpur-

Leid. h. *administer* ceteri. *primo* Fabr. Struv. inc. 1. Erl. Bas. 4. Tur. *se aliquid* Fabric. Struv. Teg. Tur. *acceperat* Commel. aliquot Wassii, tres Guelf. Fabric. Ac. Struv. *accipit* Vin. 2. *accepit* ceteri. *cum eis* om. Guelf. 4. *cum his* Tur. *Vacca* Teg. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. *Vaga* Palat. meliores. *Sextius. Q. Sextus* Fabr. 2. Struv. Sen. 2. Heuss. Guelf. 11. inc. Struv. Franc. *transigit* Naz. B. Pub. Bas. 1. Guelf. 2. Leid. c. l. n. Bern. 1. 3. *transegit* ceteri. *secreto* Fabr. 2. Vrat. 2. Vin. 2. Ac. Guelf. 3. 2. m. sec. *præsenti loc. conisl.* Tur. Bern. 1. *sui facti* Bern. 1. *satiram legem* Ecc. Guelf. 7. 9. 10. 11. 12. Vin. 2. Vrat. 2. 3. Struv. inc. 2. Rem. 1. Franc. Leid. l. m. Erl. Bern. 3. *l. s.* Leid. b. h. Bern. 1. *imp. est.* Rem. 1. Bern. 1. *non cum parvo.* aut *c. n. p.* Guelf. 9. 11. 12. Ecc. Struv. incert. Vratisl. 3. Fabric. 2. Rem. 1.

nius Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. In Numidia
30 et exercitu nostro pax agitabatur. Postquam res in Africa gestas quoque modo actæ forent fama divolgavit; Romæ per omnis locos et conventus de facto Consulis agitari: apud plebem gravis invidia: Patres solliciti erant; probarentne tantum flagitium an decretum Consulis subvorterent, parum constabat. Ac maxume eos potentia Scauri, quod is auctor et socius Bestiæ ferebatur a vero bonoque impediebat. At C. Memmius, cuius de libertate ingenii et odio potentiæ nobilitatis supra diximus, inter dubitationem et moras Senati, concionibus populum ad vindicandum hortari: monere, ne rempublicam, ne libertatem suam desererent: multa superba et crudelia facinora nobilitatis ostendere; prorsus intentus omni modo plebis animum accendebat. Sed quoniam ea tempestate Romæ Memmii facundia clara pollensque fuit; decere existumavi, unam ex tam multis orationem eius perscribere:

Franc. plures Wassii. Bas. 4. Bern. 3. *Numidia exerc.* Bern. 1. Bas. 4. *et in ex.* Bern. 3.

Cap. 30. *divolgavit.* Bas. 1. *quo modo* Rem. 1. Franc. Ecc. Guelf. 9. *et quomodo* Guelf. 4. 7. 11. Struv. *quo quomodo* Tur. m. pr. *et* m. sec. superscripsit. *solliciti erant. erant* om. Mss. Putschii. *probarent t. fl. p. solliciti erant ante decretum cons. subv. par. const.* ita Bas. 4. *a vero bono* Ac. *a vero et bono* inc. 2. *impedibat* Guelf. 4. *ingeni* mox *Memmi* Ecc. *supra docuimus* Fabr. 2. *s. memoravimus* Ac. Senat. 2. Heuss. *inter dubitationes* Ecc. et alii duo. *monere popul. Roman. ne libert.* Vrat. Senat. 1. Vinar. 2. Rem. 1. Bas. 1. inc. 2. Leid. i. k. l. *monere pop. Rom. ne remp. ne lib.* Fabr. 1. Franc. Struv. Sen. 2. Heuss. Ac. Rem. 2. Guelf. 2. 9. 10. Leid. a. b. c. d. e. h. Tur. Bern. 3. *monere* om. Ecc. prius *ne* om. alii duo Cort. Bas. 4. *neque lib.* tres Cort. scribunt. *monere ne P. R. remp. neque* Leid. g. *neu lib.* unus Cortii. *superba crudelia* tres Guelf. Ecc. uterq. Fabr. Rem. 1. *sup. et crud.* plurimi libri. *atque crud.* Tur. *Rom. Memmii. Rom.* om. Rem. 1. et unus Wassii. Leid. b. *Mennii* Fabric. 1. *unam orationem ex t. m. eius* Bern. 1. *orationibus eius* Guelf. 4. incert. Struv. Franc. Vrat. 3. *eius* om. Guelf. 9. 10. *eius orat.* Bas. 4. Tur. *ea dicam quæ,*

ac potissumum ea dicam, quæ in concione post reditum Bestiæ huiuscemodi verbis disseruit:

„Multa me dehortantur a vobis, Quirites, ni studium rei- 31
publicæ omnia superet: opes factionis, vestra patientia, ius nullum; ac maxume quod innocentiæ plus periculi quam honoris est. Nam illa quidem piget dicere, his annis quindecim quam ludibrio fueritis superbiæ paucorum; quam foede quamque inulti perierint vestri defensores; ut vobis animus ab ignavia atque socordia corruptus sit: qui ne nunc quidem, obnoxiis inimicis, exsurgitis, atque etiam nunc timetis eos, quibus decet terrori esse. Sed quamquam hæc talia sunt: tamen obviam ire factionis potentiæ animus subigit, certe ego libertatem, quæ mihi a parente meo tradita est, experiar: verum id frustra an ob rem faciam, in vestra manu situm est, Quirites. Neque ego vos hortor, quod sæpe maiores vestri fecere, ut contra iniurias armati eatis. Nihil vi, nihil secessione opus est: necesse est, suomet ipsi more præcipi-

sic vulgo editum, et ita etiam Cortii meliores. Paris d. incertum an Leid. *eam dicam, quam* Guelf. 2. 4. 9. 10. 11. 12. Struv. Sen. 2. Heuss. Vinar. Franc. Vrat. 2. 3. Rem. 1. inc. Leid. b. n. Paris. a. b. c. e. Bas. 1. 4. Turic. Bern. 1. 3. *dicam* om. Guelf. 7. *qua* Bas. 1. m. pr.

Cap. 31. *dehort. me* Struv. Rem. 1. *me* Guelf. 4. inter lineas. *superaret* Acad. inc. 1. Ecc. Guelf. 1. 7. 9. *Nam et illa quidem* Acad. Sen. 2. Heuss. *quoque multi* Bas. 1. *nec nunc quidem* Ac. Struv. Vinar. 2. Vrat. 3. Mark. Γ. Λ. Guelf. 3. 4. 7. 9. 11. 12. Bas. 4. *obnoxii* plerique Cort. Codd. perperam. ita et Leid. omnes. *obnoxiis* aliquot Rivii. Naz. pauci Wassii, Manutii, Cortii. *exsurgitis. surgitis* Bas. 1. *consurgitis* Rem. 1. *insurgitis* Vin. 2. Vrat. 2. *quibus vos decet. vos* om. omnes fere meliores libri. *quis* Sen. 1. m. pr. *talia hæc sint* Fabr. Teg. Tur. *hæc ita sint* Guelf. 9. *sint* etiam Struv. Sen. 1. Franc. incert. 1. Bas. 4. Bern. 1. *subegit* Leid. c. f. m. *ire obviam* Fabr. Bas. 1. Teg. Tur. *situm est. est* om. Fabr. 2. *situm* om. Struv. *ego vos hortor. ego* om. Guelf. 10. Vin. 2. *vos* om. Guelf. 3. 12. *maiores nostri* Fabric. Bas. 1. 4. Guelf. 4. aliique ex Cort. Leid. b. c. d. e. i. ita et Rivii libri. *opus est. est* om.

tes eant. Occiso Tiberio Graccho, quem regnum parare aiebant, in plebem Romanam quæstiones habitæ sunt. Post C. Gracchi et M. Fulvii caedem item vestri ordinis multi mortales in carcere necati sunt: utriusque cladis non lex verum lubido eorum finem fecit. Sed sane fuerit regni paratio, plebi sua restituere; quicquid sine sanguine civium ulcisci nequitur, iure factum sit. Superiobus annis taciti indignabamini, ærarium expilari; reges et populos liberos paucis nobilibus vectigal pendere; penes eosdem et summam gloriam et maxumas divitias esse: tamen hæc talia facinora impune suscepisse, parum habuere. Itaque postremo leges, maiestas vestra, divina et humana omnia hostibus tradita sunt. Neque eos, qui ea fecere, pudet aut pœnitet: sed incedunt per ora vestra magnifici; saoerdotia et consulatus, pars triumphos suos ostentantes: perinde quasi ea honori non prædæ habeant. Servi ære parati iniusta imperia dominorum non perferunt: vos, Quirites, imperio nati, æquo animo servitutem toleratis. At qui sunt hi, qui rempublicam occupavere? homines sceleratissumi,

unus Wassii, *esse* Teg. *ut contra* Bas. 1. *suimet ipsi more* Bas. 1. Vin. 2. *Graccho* Bas. 1. Fabr. et vetustissimi Guelf. *Gracco* multi, *Graco* ceteri. *regnum sibi parare* Franc. Ac. Heuss. Sen. 2. Bern. 1. *quæstion. graves* inc. Struv. Franc. plures Guelf. *grav. q.* Leid. a. h. k. plerique Palat. (exceptis Naz. et Comm.) Erl. Bern. 1. *item vestri ord. m. m.* ita plurimi Cort. Erl. Bas. 1. 4. Bern. 1. 3. *item m. v. o.* etc. (omisso *mortales*) Guelf. 1. Fabric. Turic. m. pr. *libido eorum* pron. om. Guelf. 9. Bern. 1. *regni reparatio* Acad. Struv. Franc. incert. Guelf. 1. 7. 10. 11. 12. Leid. d. e. f. h. Erl. Bas. 4. *sua iura* Ecc. Ac. Struv. Franc. Vrat. 3. Guelf. 4. 7. 9. 10. 11. 12. Erl. Bas. 4. Bern. 3. *nequitur* Vinar. 1. Senat. 2. Heuss. Guelf. 1. Rem. 2. et Senat. 1. Guelf. 2. 3. 4. m. pr. Leid. l. duo Rivii. Beroald. Bas. 1. m. pr. *iure factum est* Ecc. Guelf. 11. Teg. *ærarium exspoliari* Vin. 2. Struv. Franc. Merseb. Rivii. Reg. Wassii. Vrat. 3. Rem. 1. Guelf. 7. 10. 11. Leid. a. b. d. e. m. *et summam gratiam* Rem. 2. *hæc talia facin. talia* om. Fabr. 2. *et alia* Guelf. 7. *magnifici* Ecc. Guelf. 3. Vinar. 2. Ecc. Ac. Sen. 2. Heuss. Bas. 1. et ita Gruter. Leid. a. b. e. f. g. i. l. m. Bern. 1. *magnifice* ceteri. *proinde quasi ea* Guelf. 1. 3. inc. 2. Vrat. 1. Sen. 2. Heuss. *ea*

cruentis manibus, immani avaritia nocentissumi idemque superbissumi; quibus fides, decus, pietas, postremo honesta atque inhonesta omnia quæstui sunt. Pars eorum occidisse tribunos plebis, alii quæstiones iniustas, plerique cædem in vos fecisse, pro munimento habent. Ita quam quisque pessume fecit, tam maxume tutus est, metum a scelere suo ad ignaviam vestram transtulere: quos omnis eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in unum coegit; sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est. Quod si tam vos libertatis curam haberetis, quam illi ad dominationem accensi sunt; profecto neque respublica, sicuti nunc, vastaretur; et beneficia vestra penes optumos, non audacissumos, forent. Maiores vestri, parandi iuris et maiestatis constituendæ gratia, bis per secessionem armati Aventinum occupavere: vos pro libertate, quam ab illis accepistis, nonne summa ope nitemini? atque eo vehementius, quo maius dedecus est, parta amittere quam omnino non paravisse. Dicet aliquis: quid igitur censes? vindicandum in eos, qui hosti prodidere rem-

om. Guelf. 1. 9. 12. *servi ære comparati* inc. 2. Franc. Guelf. 2. Leid. c. m. *servire parati* Rem. 1. Guelf. 11. Vrat. 3. *sevire parati* Vin. 1. *imperia iniusta* Fabr. et duo Guelf. *imp. dom. iniusta* Bern. 1. *in imperio nati* longe plurimi Codd. præpos. om. Merseb. Riv. Gruter. pauci Cortii et Manutii libri. Leid. a. b. c. f. h. i. m. n. *et idem superb.* Guelf. 2. Vin. Sen. 1. Leid. b. l. c. f. inc. 2. Franc. Vrat. 2. Mark. 1. Pemb. *idem* sine copula Ecc. *idem* omnes fere libri confirmant. *transtulere vestram* Fabr. Tur. *amic. est inter malos factio* Fab. 2. *quod si tam vos. vos tantam* Guelf. 7. Fab. Sen. 2. Heuss. Teg. it edidit Carrio. *vos* om. Guelf. 1. 4. Struv. Rem. 1. in aliis locum mutat. *tantum vos ... quantum* Bas. 4. *dominationem vestri* Sen. 2. Heuss. *vostri* Bern. 3. *maiores nostri* Guelf. 9. 10. Fabr. et alii quidam Cortii. Leid. b. d. f. k. *Avent. montem* Fabr. Vin. 2. Ac. Rem. 2. Teg. Bas. 4. Bern. 1. Tur. Struv. Franc. inc. 2. Ecc. Guelf. 7. 9. 10. 11. Leid. c. d. e. f. h. i. k. n. *Adventinum* Bas. 1. Bern. 3. sed is *Adv. oc. m. non summa* Fabr. 2 *magis* Leid. b. d. f. k. Teg. Paris. d. c. *quod maius. quod* Sen. 1. Struv. inc. 2. Rem. 1. Guelf. 9. Paris. b. e. *quoniam* Ac. Franc. *parata amitt.* Guelf. 3. 9. Vin. 1. Fabr. 2. m. pr. Leid. e. g. *omittere* Vin. 1. Fabric. 2. Sen. 1. Guelf. 1.

publicam: non manu neque vi; quod magis vos fecisse quam illis accidisse indignum est; verum quæstionibus et indicio ipsius Iugurthæ, qui si dediticius est, profecto iussis vestris obediens erit: sin ea contemnit, scilicet existumabitis, qualis illa pax aut deditio sit, ex qua ad Iugurtham scelerum impunitas, ad paucos potentis maxumæ divitiæ, in rempublicam damna atque dedecora pervenerint. Nisi forte nondum etiam vos dominationis eorum satietas tenet, et illa quam hæc tempora magis placent, quum regna, provinciæ, leges, iura, iudicia, bella atque paces, postremo divina et humana omnia penes paucos erant: vos autem, hoc est, populus Romanus, invicti ab hostibus, imperatores omnium gentium, satis habebatis animam retinere; nam servitutem quidem quis vestrum recusare audebat? Atqui ego, tamen etsi viro flagitiosissumum existumo impune iniuriam accepisse; tamen vos hominibus sceleratissumis ignoscere, quoniam cives sunt, æquo animo paterer, ni misericordia in perniciem casura esset. Nam et illis, quantum importunitatis habent, parum est, impune male fecisse, nisi deinde faciundi licentia eripitur: et vobis æterna sollicitudo remanebit, quum intellegetis aut serviundum esse aut per manus libertatem retinendam. Nam fidei quidem

Tur. Bas. 4. *dicet aliquis* delet Leid. c. erasit Guelf. 12. *vos fecisse. vos* om. Rem. 1. *indign. est. est* om. Sen. 2. Guelf. 4. 10. Leid. f. *dediticius* Fabr. 1. Sen. 1. Bas. 1. Tur. 1. Vin. Guelf. 1. 2. duo Rivii. tres Wassii. *deditius* Leid. l. m. *deditus* ceteri. *iussis nostris* Guelf. 12. Fabr. 1. Bas. 1. *æstumabitis* Rivii libri. Commel. *illa pax aut deditio sit. illa* om. Rem. 1. Franc. *pax fuit* Fabr. Teg. *fuerit* Guelf. 11. *deditio foret* Franc. *in remp. damna* sic Gruter. Fabr. 1. Guelf. 2. inc. 1. Leid. a. b. d. g. e, h. Palatin. *at in remp.* Ecc. Vin. 1. Rem. 2. Leid. i. *ac in* Leid. c. *ad remp.* ceteri. *damna atque d. atque* om. Fabr. 1. *audebat recusare* Tur. Teg. *tamen etsi* Guelf. 4. incert. 2. *viros flagitiosissimos* Nazar. Vinar. 2. Guelf. 1. et plures Wassii. Bern. 3. *viro flagitios.* ita legitur ex Rivii coniectura. *viro* om. Vin. 1. Senat. 2. Bern. 1. *flagit. æstimo* Tur. *virum* omnes fere libri. *in virum* Fabric. 1. Sen. 1. m. sec. *nimis.* omnes Cortii libri. Bas. 1. Bern. 1. *nam et illi* inc. Rem. 1. Struv. Vrat. 2. 3.

aut concordiæ quæ spes est? Dominari illi volunt, vos liberi esse: facere illi iniurias, vos prohibere: postremo sociis vestris veluti hostibus, hostibus pro sociis utuntur. Potestne in tam divorsis mentibus pax aut amicitia esse? Quare moneo hortorque vos, ne tantum scelus impunitum omittatis. Non peculatus ærarii factus est, neque per vim sociis ereptæ pecuniæ: quæ quamquam gravia sunt, tamen consuetudine iam pro nihilo habentur. Hosti acerrumo prodita Senati auctoritas, proditum imperium vestrum: domi militiæque respublica venalis fuit. Quæ nisi quæsita erunt, nisi vindicatum in noxios: quid erit reliquum, nisi ut illis, qui ea fecere, obedientes vivamus? Nam impune quælibet facere, id est regem esse. Neque ego vos, Quirites, hortor, ut malitis civis vestros perperam quam recte fecisse; sed ne, ignoscendo malis, bonos perditum eatis. Ad hoc in republica multo præstat beneficii quam maleficii immemorem esse; bonus tantummodo segnior fit, ubi neglegas, at malus improbior. Ad hoc si iniuriæ non sint, haud sæpe auxilii egeas.

Hæc atque alia huiuscemodi sæpe dicundo, Memmius populo persuadet, uti L. Cassius, qui tum Prætor erat, ad Iugurtham mitteretur eumque interposita fide publica Romam duceret; quo facilius 32

Guelf. 7. 9. 10. 11. 12. Leid. d. h. k. l. n. Bas. 4. Bern. 1. *malum fecisse* Ecc. Guelf. 3. Franc. Vrat. 2. *alterna sollicitudo* tres Wassii libri. Bas. 1. *eripiatur* Ecc. Guelf. 10. Vin. 1. Fabr. 2. Ac. inc. Franc. Rem. 1. Leid. b. e. f. g. h. l. m. n. Bas. 4. Bern. 1. *intellegitis* Bas. 1. Guelf. 1. 2. *intellegetis* Fabr. 1. Sen. 1. Tur. *intelligitis* Acad. Senat. 2. Vrat. 3. Heuss. Guelf. 9. 10. Bern. 1. *spes est. est* om. Ac. *sociis nostris* plerique Cortii. *divorsis* Guelf. 2. *impunitum dimittatis* sic Gruter. et Wass. ediderunt. sed omnes fere libri *omittatis-obmitt.* Bern. 3. *ærari* Ecc. omittunt aliquot Palat. *gravia sunt. sint* plures Cort. ita et Tur. Bern. 1. om. Guelf. 10. *prod. imp. vestrum est* Leid. a. i. k. l. m. Bas. 1. Bern. 3. *erit reliquum* Guelf. 10. *neque ego vos. ego* om. Ac. *vos* delet Guelf. 4. *memorem esse* Bas. 1. Fabric. m. pr. Guelf. 1. 2. 4. 10. Leid. l. Tur. m. pr.

Cap. 32. *sæpe indicendo* longe plurimi libri. in multis tamen præpos. *in* seiun-

indicio regis, Scauri et reliquorum, quos pecuniæ captæ accersebant, delicta patefierent. Dum hæc Romæ geruntur, qui in Numidia relicti a Bestia exercitui præerant, secuti morem imperatoris sui plurima et flagitiosissuma facinora fecere. Fuere, qui auro corrupti elephantos Iugurthæ traderent; alii perfugas vendere, pars ex pacatis prædas agebant; tanta vis avaritiæ in animos eorum, veluti tabes, invaserat. At Cassius, (prætor) perlata rogatione a C. Memmio, ac perculsa omni nobilitate, ad Iugurtham proficiscitur, eique timido et ex conscientia diffidenti rebus suis persuadet, quo se populo Romano dedisset, ne vim quam misericordiam eius experiri mallet. Privatim præterea fidem suam interponit, quam ille non minoris quam publicam ducebat; talis ea tempestate fama de Cassio erat.

33 Igitur Iugurtha, contra decus regium, cultu quam maxume miserabili, cum Cassio Romam venit. Ac tamen etsi in ipso magna vis animi erat; confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut scelere cuncta ea gesserat, quæ supra diximus, C. Bæbium

gitur. *dicendo* Guelf. 3. 9. Senat. Fabric. 2. Franc. Heuss. Leid. b. f. m. Paris. b. Bern. 1. *populo Romano* ita Grut. et omnes Leid. (exc. f.) *accersebant* etiam hoc loco plurimi libri. *captæ* om. Vrat. 2. *acceptæ* Teg. Fabr. Tur. *eumque* om. Leid. h. Ecc. Guelf. 11. *et eum* Bas. 4. Guelf. 4. inter lineas. *exercitu præ.* ita Ac. m. pr. *imp. sui* pron. in multis locum mutat. om. Bern. 1. 3. *venderent* plurimi libri. *vendere* unus Wassii. *pl. et flagit. fac. et* om. Guelf. 10. 12. *fac.* delet incert. 2. *agerent* Leid. l. *agere* unus Wassii. Bern. 1. *in animos* ita et Cort. meliores. sed præpos. om. Leid. e. g. k. l. Bas. 1. Bern. 3. Turic. erasa in Fabric. 1. Guelf. 4. Vinar. 1. *Cassius prætor. prætor* om. Bas. 1. Guelf. 9. Bern. 1. *pro eo multi P.R.* aut *R. P.* aut *populi Romani* habent. sic Ecc. inc. 2. Rem. 1. Franc. Guelf. 2. 3. Leid. a. b. e. h. m. n. c. d. Erl. Paris. a. b. c. d. Bas. 4. *prætor populi Romani* Guelf. 10. Senat. 1. Struv. Vin. 2. Leid. f. i. k. *ei timido* Ecc. Bern. 3. *et ex consc. et* om. Ecc. Guelf. 9. 10. 12. *ex* delent Ecc. Vrat. 2. Erl. Bern. 3. *dedisset* omnes Leid. et Wassii. Teg. Bas. 1. 4. *neu vim* Bas. 4. Bern. 1. *malit* ita Gruter. confirm. Leid. a. b. c. d. e. f. g. n. *quo se populo* plurimi libri. *mis. eius* pron. om. Ecc. Fabr. 2. Guelf. 11. Tur. m. sec. adpinxit. *privato præterea* Tur. *Cassio fuit* Ac.

tribunum plebis magna mercede parat, cuius impudentia contra ius et iniurias omnis munitus foret. At C. Memmius, advocata concione, quamquam regi infesta plebes erat, et pars in vincula duci iubebat, pars, ni socios sceleris sui aperiret, more maiorum de hoste supplicium sumi; dignitati quam iræ magis consulens, sedare motus et animos eorum mollire; postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore. Post, ubi silentium cœpit, producto Iugurtha, verba facit: Romæ Numidiæque facinora eius memorat; scelera in patrem fratresque ostendit: quibus iuvantibus quibusque ministris ea egerit, quamquam intellegat populus Romanus, tamen velle manifesta magis ex illo habere: si vera aperiat, in fide et clementia populi Romani magnam spem illi sitam: sin reticeat, non sociis saluti fore; sed se suasque spes
corrupturum. Deinde, ubi Memmius dicundi finem fecit, et Iu- 34
gurtha respondere iussus est, C. Bæbius, tribunus plebis, quem pecunia corruptum supra diximus, regem tacere iubet: ac tamen etsi multitudo, quæ in concione aderat, vehementer accensa,

Cap. 33. *tamen etsi* Vin. 1. m. pr. *tamen si et* Guelf. 11. *erat animi* Teg. *cuncta ea gesserat quæ supra diximus* Vrat. 1. 2. Vin. 2. Ecc. Guelf. 1. 3. 9. 11. ita edidit Haverc. adsentientibus omnibus Leid. neque de Palatin. aliquid monuit Gruter. *firmant ex nostris* Bas. 1. Bern. 3. *cuncta gesserat* Struv. Arond. Paris. b. *memoravimus* ceteri Cortii libri. Bas. 4. *narravimus* Tur. *ius et iniur. vis et iniur.* longe plurimi Cortii libri. *et pars in v. et* om. Rem. 1. Guelf. 4. *aperuisset* Bas. 4. *sceleris sui* pron. om. Rivii libri. Bern. 1. *d. quam iras magis c.* ita Guelf. 1. 3. 4. 11. Fabric. Bas. 1. 4. Tur. ita Wass. Gruter. Haverc. ediderunt. Vin. Senat. 1. Struv. *dig. magis quam* ceteri. *animos eorum* pron. om. Rem. 1. unus Wassii. *v. fecit* Leid. a. d. e. h. Bas. 4. *ea egerit* pron. om Vin. 2. *eg. ea* Struv. inc. 2. *in fratres patremque* Bas. 1. *si verum aperiat* Bas. 1. Bern. 1. pauci ex Cort. recentiores Palatin. Leid. I. Mark. r. ex correct. *non saluti sociis fore* Bas. 1. *sed se suasque spes corrupturum. sese suasque* (*sed* omisso) Guelf. 4. 10. Vrat. 2. 3. Vin. 2.

Cap. 34. *dicundi* Guelf. 3. *tamen etsi* Heuss. *voltu* Bas. 1. Vrat. 2. Senat. 2. Heuss. unus Wassii. *discessit* Leid. d. f. h. i. plures Rivii et Wassii Comm. aliquot. Pa-

terrebat eum clamore, voltu, sæpe impetu atque aliis omnibus quæ ira fieri amat: vicit tamen impudentia. Ita populus ludibrio habitus ex concione discedit: Iugurthæ Bestiæque et ceteris,
35 quos illa quæstio exagitabat, animi augescunt. Erat ea tempestate Romæ Numida quidam, nomine Massiva, Gulussæ filius, Masinissæ nepos: qui, quia in dissensione regum Iugurthæ advorsus fuerat, dedita Cirta et Adherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. Huic Sp. Albinus, qui proxumo anno post Bestiam cum Q. Minucio Rufo consulatum gerebat, persuadet, quoniam ex stirpe Masinissæ sit, Iugurtham ob scelera invidia cum metu urgueat; regnum Numidiæ ab Senatu petat. Avidus Consul belli gerundi, movere quam senescere omnia malebat; ipsi provincia Numidia, Minucio Macedonia evenerat. Quæ postquam Massiva agitare coepit, neque Iugurthæ in amicis satis præsidii est: quod eorum alium conscientia, alium mala fama et timor impediebat: Bomilcari, proxumo ac maxume fido sibi, imperat, pretio, sicuti multa confecerat, insidiatores Massivæ paret, ac maxume occulte: sin id parum procedat, quovis modo Numidam, interficiat. Bomilcar mature regis mandata exsequitur, et per homines talis negotii artifices itinera egressusque eius, postremo loca atque tempora cuncta explorat: deinde, ubi res postulabat,

lat. Fabr. 2. Rem. Ac. Vrat. 3. Guelf. 1. 9. *discedit* Fabric. Rivii. Nazar. Palatin. 2. multi ex Cort. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. *Bestiæ et ceteris* Bas. 4.

Cap. 35. *ea erat t.* ita Cort. et Haverc. ed. *erat ea t.* Leid. b. c. e. f. g. h. i. k. l. Teg. Bas. 1. Bern. 3. *ea t. er.* Tur. Bern. 1. *is qui* antiquus Rivii liber. *cons. regebat* Bas. 1. Guelf. 9. *Iugurthamque* Sen. Fabr. 1. Bas. 1. m. sec. Ac. Heuss. Vrat. 3. Ecc. Guelf. 1. 2. 10. 11. Leid. l. k. Naz. Pal. 2. Teg. Erl. Tur. *urgebat* Fabr. 1. Ecc. Leid. k. Teg. Tur. *movere* Fabr. Rem. 1. Bas. 1. 4. Ac. Sen. Franc. inc. Ecc. Guelf. 2. 3. 10. Tur. *moveri* pauci ex Cort. *præs. est. erat* Rem. 1. Leid. h. verb. om. Sen. 1. *timor animi* tres ex Cort. libri, plures Putschii, deterior. Pal. *Bomulcari* Bas. 4. ut et aliis locis. *multa consuerat* Thosan. Palmer Guelf. 10. *sibi fido* Bas. 4. Bern. 1. Teg. *ut ins.*

insidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad cædem parati
erant, paullo inconsultius Massivam adgreditur, illum obtruncat:
sed ipse deprehensus, multis hortantibus et in primis Albino con-
sule, indicium profitetur. Fit reus magis ex æquo bonoque quam
ex iure gentium Bomilcar, comes eius, qui Romam fide publica
venerat. At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit
contra verum niti quam animum advortit, supra gratiam atque
pecuniam suam invidiam facti esse. Igitur, quamquam in prio-
re actione ex amicis quinquaginta vades dederat; regno magis
quam vadibus consulens, clam in Numidiam Bomilcarem dimit-
tit: veritus ne reliquos popularis metus invaderet parendi sibi,
si de illo supplicium sumtum foret. Et ipse paucis diebus eodem
profectus est, iussus ab Senatu Italia decedere. Sed postquam Ro-
ma egressus est, fertur, sæpe eo tacitus respiciens, postremo dixis-
se: „urbem venalem et mature perituram, si emptorem invenerit."
Interim Albinus, renovato bello, commeatum, stipendium alia- 36
que, quæ militibus usui forent, maturat in Africam portare; ac
statim ipse profectus, uti ante comitia, quod tempus haud longe
aberat, armis aut deditione aut quovis modo bellum conficeret.
At contra Iugurtha trahere omnia, et alias deinde alias moræ
caussas facere: polliceri deditionem, ac deinde metum simulare:

Guelf. 1. Vin. 1. Fabr. Rem. 1. Teg. *insid. tetendit* inc. 2. Rem. 1. Guelf. 4. Arond. *ac deinde* Teg. Erl. *ius postulat* Leid. f. Erl. Guelf. 3. et alii duo ex Cort. *illumque* inc. 2. Franc. Leid. b. m. Erl. Bas. 4. *et illum* Leid. k. m. *verum obniti* Vratisl. 3. Leid. h. *animum advortit*. Arond. *fit magis ex æquo bonoque reus* Teg. Turic. *priori* plurimi Cortii libri scribunt. *popularis* Guelf. 1. *populareis* Fabric. Rivii. *sumtum suppl. for.* Bas. 1. *paucis post dieb.* pauci libri. *eodem* quod priores Edit. omiserunt, in omnibus fere libris legitur. *a senatu* Bas. 1. 4. Bern. 1. ita Hav. *Romam egressus* Rem. Fabr. m. pr. Vin. 2. *tacit. eo respic.* Fabr. Tur. *respectans* Guelf. 3.

Cap. 36. *aliaque quæ mil.* Teg. Bas. 1. 4. omnes Leid. Bern. 1. *fuere qui tum. tum* om. Rem. 2. Guelf. 10. *tunc* Bas. 1. *com. dies adventabant* Fabr. Rem. 1. priores

cedere instanti et paullo post, ne sui diffiderent, instare: ita belli modo, modo pacis mora, Consulem ludificare. Ac fuere, qui tum Albinum haud ignarum consilii regis existumarent, neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum socordia magis quam dolo crederent. Sed postquam, dilapso tempore, comitiorum dies adventabat; Albinus, Aulo fratre in castris pro Prætore relicto, Romam decessit.
37 Ea tempestate Romæ seditionibus tribuniciis atrociter respublica agitabatur. P. Lucullus et L. Annius, tribuni plebis, resistentibus collegis, continuare magistratum nitebantur: quæ dissensio totius anni comitia impediebat. Ea mora in spem adductus Aulus, quem pro Prætore in castris relictum supra diximus, aut conficiundi belli aut terrore exercitus ab rege pecuniæ capiundæ, milites mense Ianuario ex hibernis in expeditionem evocat; magnisque itineribus, hieme aspera, pervenit ad oppidum Suthul, ubi regis thesauri erant. Quod quamquam et sævitia temporis, et opportunitate loci neque capi, neque obsideri poterat: (nam circum murum, situm in prærupti montis extremo, planities limosa hiemalibus aquis paludem fecerat) tamen aut simulandi gratia, quo regi formidinem adderet, aut cupidine cæcus ob thesauros oppidi potiundi, vineas a-

Edit. *cedere inst.* Erl. Teg. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 3. *Rom. discess.* Guelf. 1. 5. Vin. 1. Fabr. inc. 1. Sen. 1. m. sec. Leid. c. f. h. l. duo Rivii. plures Pal. *secessit* Guelf. 7. *recessit* Vin. 2. Ac. Vrat. 2. Struv. inc. 2. Rem. 2. Franc. Guelf. 4. 11. Leid. a. b. d. g. m.

Cap. 37. *quem Prætorem* Fabr. *q. pro Prætorem* Ecc. *pro Prætore* Cortii plurimi libri. nostri omnes. *confic. belli.* alii libri *causa,* alii *gratia,* alii *spe* addunt. *quod quamq.* pron. om. Teg. Turic. m. sec. adiecit. *cap. pec.* Teg. *ex hibernaculis* Struv. inc. 1. Vrat. 3. Guelf. 4. 9. 11. 12. Leid. e. h. n. *magnis itin.* Fabr. Guelf. 2. 12. Tur. Erl. Bas. 4. *ac magnis* Fabr. 2. *ob thes. opp.* om. duo Wassii. *ob thesauros potiundos* Teg. Fabric. 1. *thesauri op.* Guelf. 9. *alia quæ* unus Wassii. Acad. Struv. *præparare* plures Rivii. Commel. Fabric. Vin. 1. Franc. Ecc. Struv. Guelf. 9. 11. Sen. 1. Guelf. 12. m. sec. Bas. 4.

gere, aggerem iacere, aliaque, quæ incepto usui forent, properare. At Iugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, subdole 38
eius augere amentiam: missitare supplicantis legatos: ipse, quasi vitabundus per saltuosa loca et tramites exercitum ductare. Denique Aulum spe pactionis perpulit, uti, relicto Suthule, in abditas regiones sese, veluti cedentem, insequeretur; (ita delicta occultiora fuere.) Interea per homines callidos die noctuque exercitum temptabat: centuriones ducesque turmarum, partim uti transfugerent, corrumpere; alii signo dato locum uti desererent. Quæ postquam ex sententia instruit, intempesta nocte de improviso multitudine Numidarum Auli castra circumvenit. Milites Romani, perculsi tumultu insolito, arma capere alii, alii se abdere, pars territos confirmare; trepidare omnibus locis: vis magna hostium, cœlum nocte atque nubibus obscuratum; periculum anceps: postremo fugere an manere tutius foret, in incerto erat. Sed ex eo numero, quos paullo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum cum duabus turmis Thracum et paucis gregariis militibus transiere ad regem: et centurio primi pili tertiæ legionis per munitionem, quam uti defenderet acceperat, locum hostibus introeundi dedit: eaque Numidæ cuncti irrupere. Nostri

Cap. 38. *subdole* Vin. Sen. r. Bas. 1. 4. cum tribus aliis Cort. Leid. m. aliquot Pal. Teg. Paris. b. c. d. e. Tur. Bern. 1. 3. *subdolo* Vrat. 2. 3. Paris. a. *subdolus* Cort. *eius aug.* pron. om. Fabr. 1. Vin. 2. *occult. fuere* Comm. aliique vetust. ex Cort. Leid. a. b. c. e. f. h. i. k. l. Pemb. B. Pub. Mark. A. Bas. 1. Tur. *forent* aut *essent* multi alii pro varia lectione. *fore* ex Cort. Rem. 2. Struv. incert. 1. Franc. Acad. Senat. 2. Heuss. Guelf. 3. 11. Palat. septem. Bas. 4. Bern. 1. Teg. Erl. *instruit* Bas. 1. 4. Fabr. inc. 2. Franc. Sen. Vin. Heuss. Leid. a. b. c. d. e. f. h. i. k. l. m. Tur. Bern. 1. 3. Ac. Struv. Vrat. 2. Guelf. 1. 4. 9. 10. 11. sex Wassii. *instruxit* ceteri. *Albini castra* Leid. l. Naz. m. pr. *tumultu per. in.* Fabr. Vin. 1. Struv. Vrat. 1. Franc. tres Guelf. Tur. *perc. t. ins.* ceteri. *magna vis host.* Tur. Teg. *nub. atque nocte* Tur. Bas. 4. *arm. cap.* (*alii* om.) Struv. Ecc. inc. 1. Franc. 2. Guelf. 1. 4. 9. *pauci ex* Mark. A. m. sec. *paucis ex* inc. 2. *transire* Fabr. Sen. 2. Vrat. 2. Heuss. Naz. Pal. 2. *irrumpere* Vin. 1. Ac. Sen. 2. Heuss.

fœda fuga, plerique abiectis armis, proxumum collem occupavere. Nox atque præda castrorum hostis, quo minus victoria uterentur, remorata sunt. Deinde Iugurtha postero die cum Aulo in colloquio verba facit: tametsi ipsum cum exercitu fame ferroque clausum tenet: tamen se humanarum rerum memorem, si secum fœdus faceret, incolumes omnis sub iugum missurum: præterea uti diebus decem Numidia decederet. Quæ quamquam gravia et flagitii plena erant: tamen, quia mortis metu mutabantur, si-
39 cuti regi lubuerat, pax convenit. Sed ubi ea Romæ comperta sunt, metus atque mœror civitatem invasere: pars dolere pro gloria imperii: pars insolita rerum bellicarum timere libertati: Aulo omnes infesti, ac maxume, qui bello sæpe præclari fuerant; quod armatus dedecore potius quam manu salutem quæsiverat. Ob ea Consul Albinus ex delicto fratris invidiam ac deinde periculum timens, Senatum de fœdere consulebat, et tamen interim exercitui supplementum scribere, ab sociis et nomine Latino auxilia accersere, denique omnibus modis festinare. Senatus ita, uti par fuerat, decernit, suo atque populi iniussu nullum potuis-

Rem. 1. Franc. Vratisl. 3. *eruperit* Leid. l. *nostri plerique foeda* Bas. 1. *verba fecit* Teg. Bas. 1. Tur. *clausum teneat* Guelf. 3. 11. Leid. g. aliquot Rivii. *fame ferro* Guelf. 9. inc. 2. Mark. A. *fame et f.* Bas. 1. 4. Ac. Struv. Rem. 1. Franc. Bern. 3. *foedus fecit* Leid. l. *se memorem* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. *sub iugo* Vin. 1. Vrat. 3. *Numid. disc.* Bas. 1. *flagitio plena* Leid. f. g. k. *mutabantur* Guelf. 1. 2. 4. 9. Fabric. 1. Ac. Struv. inc. 2. Franc. Vrat. 3. Leid. a. b. d. h. i. k. m. Nazar. et Pal. 2. 8. quinque Wassii, quinque Paris. Bas. 1. 4. Turic. *minitabantur* Senat. 1. Vin. 1. Fabric. 2. Leid. c. l. Bern. 3. *multabantur* incert. 1. Guelf. 7. Pal. 5. *tenebantur* Ecc. Guelf. 10. 12. Leid. e. f. Pal. 7. Bern. 1. *tenebatur* Guelf. 11. *cogebantur* Vinar. 2. Leid. g. *cogebatur* Vrat. 2. *angustiabantur* Sen. 2. Heuss. *urgebantur* Vrat. 1. *urgebatur* Palat. 6. *mortis metuebant pericula* Guelf. 3. *terrebantur* Leid. a. *mutabant* plures libri, teste Rivio. *metu mortis* Tur.

Cap. 39. *sæpe clari* inc. 1. Ecc. Guelf. 3. 12. Leid. l. *per dedecora.* Fabric. 2. *quæsiverat* longe plurimi libri. *quæsierit* alii, in quib. Teg. Turic. *quæsivit* Leid. d.

se fœdus fieri. Consul impeditus a tribunis plebis, ne, quas paraverat copias, secum portaret, paucis diebus in Africam proficiscitur, nam omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus, in provincia hiemabat. Postquam eo venit: quamquam persequi Iugurtham et mederi fraternæ invidiæ animo ardebat; cognitis militibus, quos præter fugam, soluto imperio, licentia atque lascivia corruperat, ex copia rerum statuit sibi nihil agitandum. Interim Romæ C. Mamilius Limetanus tribunus plebis 40
rogationem ad populum promulgat, uti quæreretur in eos, quorum consilio Iugurtha Senati decreta neglegisset; quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, quique perfugas tradidissent; item, qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Huic rogationi partim conscii sibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa et alia talia placere sibi faterentur; occulte per amicos, ac maxume per homines nominis Latini et socios Italicos impedimenta parabant. Sed plebes, incredibile memoratu est, quam intenta fuerit quantaque vi rogationem

consulebat utrum foedus quod pepigerat cum Iugurtha firmum et sic factum perdurare debuisset necne. hanc glossam in contextu exhibent Sen. Vinar. Guelf. 3. Heuss. Leid. l. Bern. 3. *a soc.* Tur. Bas. 4. Bern. 1. *decrevit* Leid. c. d. f. m. Vin. 2. Franc. *ventum est* Leid. d. aliquot Rivii et Wassii. Erl. *animus ardebat*. Struv. inc. Franc. Guelf. 7. 10. Leid. b. d. e. f. k. m. Paris. b. e. Bas. 4. *in provinciam* Leid. f. l. Struv. Guelf. 9. 10. 11. *agendum* Guelf. 4. 10. 11. Fabr. Vrat. 1. Struv. inc. Rem. 1. Bas. 4. Tur. Leid. b. c. d. g. h. k. Teg. Erl. *sibi nihil* Bas. 1. 4. Erl. Teg. Tur. Bern. 3. Rivii libri. Bern. 1. ceteri inverso ordine. *agitandum* Palatini; ceterique meliores confirmant.

Cap. 40. *interim* Leid. a. c. f. h. i. k. l. m. Bern. 1. 3. Bas. 1. 4. *C. Mamillus Limetanus* ita plurimi libri. sed lectio quam maxime variat. *C. Mamilius Limet.* Naz. Commel. Bas. 4. et antiqui nummi. Tur. *Senati decreta* duo Rivii libri. *neglegisset* Bas. 1. *neglisisset* inc. 2. *quique eleph.* Vinar. 1. Bas. 4. *periculum metuentes* Fabric. Teg. Tur. *plebes* Vin. 1. Sen. Heuss. plures Rivii libri. *quantum intenta* Fabr. Struv.

iusserit, decreverit, voluerit: magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura reipublicæ; tanta lubido in partibus erat. Igitur ceteris metu perculsis, M. Scaurus, quem legatum Bestiæ supra docuimus, inter lætitiam plebis et suorum fugam, trepida etiam tum civitate, quum ex Mamili rogatione tres quæsitores rogarentur, effecerat, uti ipse in eo numero crearetur. Sed quæstio exercitata aspere violenterque ex rumore et lubidine plebis; ut sæpe nobilitatem, sic ea tempestate plebem ex secundis
41 rebus insolentia ceperat. Ceterum mos partium popularium et Senati factionum, ac deinde omnium malarum artium paucis ante annis Romæ ortus est, otio atque abundantia earum rerum, quæ prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginem deletam populus et Senatus Romanus placide modesteque inter se rempublicam tractabant: neque gloriæ neque dominationis certamen inter civis erat: metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. Sed ubi illa formido mentibus discessit; scilicet ea, quæ res secundæ amant, lascivia atque superbia incessere. Ita, quod in advorsis rebus optaverant, otium, postquam adepti sunt, asperius

inc. Franc. Leid. k. Commel. aliique ex Palat. plures Wassii. Teg. Tur. *decreverit voluerit* om. Vin. 2. Ac. Sen. 2. Heuss. inc. 1. Vrat. 2. Guelf. 3. 9. Leid. a. Bas. 4. *B. supra* (omisso *fuisse*) Bas. 1. m. pr. Franc. incert. 1. Guelf. 4. Paris. a. Bern. 3. *docuimus* Bas. 1. 4. Fabr. Sen. Ecc. Ac. Vin. 1. Tur. Heuss. Rem. 2. Guelf. 1. 10. Leid. b. d. e. f. h. i. k. l. n. quinque Wassii. quinque Paris. *diximus* inc. 1. Leid. a. g. B. Pub. Bern. 3. *memoravimus* plurimi. *Mamilli rog.* plurimi libri. *Mamilii* Bas. 4. Bern. 3. *Manilii* alii. *Mamilia* Sen. 1. *quæstio* Vinar. Fabric. Bas. 1. 4. Senat. 1 Rem. 2. Struv. inc. 2. Guelf. 1. 2. 3. 4. Leid. c. Tur. Bern. 3. *quæstione* antea editum fuit. *exercitata* Vinar. 1. Vrat. 3. Acad. Senat. 2. Bas. 4. Bern. 1. Heuss. Fabric. 2. Struv. Rem. 1. Franc. Guelf. 9. 10. 11. 12. Leid. c. d. e. f. g. h. i. k. octo Wassii. *est* addunt Vin. 2. Struv. inc. 2. Fabric. 2. *ex more est libid.* Fabr. 2. *cepit* Bas. 4.

Cap. 41. *et Senat. fact. Sen.* om. Nazar. in Commel. et Palat. 2. manu recenti additum. *et* om. Palat. 3. *ortus est. est* om. Fabric. 2. Guelf. 3. *otio atque* Bas. 1. Tur. Bern. 1. 3. Leid. Haverc. *earum rerum* plerique libri. *earum* om. Leid. l. *ear.*

acerbiusque fuit. Namque cœpere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partes abstracta sunt, respublica, quæ media fuerat, dilacerata. Ceterum nobilitas factione magis pollebat: plebis vis soluta atque dispersa in multitudine minus poterat: paucorum arbitrio belli domique agitabatur: penes eosdem ærarium, provinciæ, magistratus, gloriæ triumphique erant: populus militia atque inopia urguebatur; prædas bellicas imperatores cum paucis diripiebant. Interea parentes aut parvi liberi militum, uti quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia avaritia sine modo modestiaque invadere; polluere et vastare omnia; nihil pensi neque sancti habere, quoad semet ipsa præcipitavit. Nam ubi primum ex nobilitate reperti sunt, qui veram gloriam iniustæ potentiæ anteponerent; moveri civi-
tas et dissensio civilis, quasi permixtio terræ, oriri cœpit. Nam 42
postquam Tiberius et C. Gracchus, quorum maiores Punico atque aliis bellis multum reipublicæ addiderant, vindicare plebem in libertatem et paucorum scelera patefacere cœpere: nobilitas

rer. Tur. om. m. pr. *civit. in b. art.* Fabr. Tur. *mentibus decessit* Leid. l. Paris. a. c. Bern. 1. *res sec.* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. *acerbius asperiusque fuere* Fabric. Teg. Tur. m. pr. *fit Bas.* 1. 4. Struv. inc. 2. Rem. Franc. Guelf. 4. *tulere* Vin. 2. Guelf. 3. Vrat. 2. *fuit* plurimi libri. *dignit. in superbiam* pauci ex deteriorib. Cortii libris. *d. in dominat.* Guelf. 3. 11. 12. Leid. l. tres Wassii. Pal. 7. 10. Bas. 4. Bern. 1. *dilac. est.* Leid. a. c. d. e. f. g. h. k. m. *respubl. agitabatur* Leid. b. e. f. h. k. l. m. n. Bas. 4. Bern. 1. plures Wassii. Erl. Paris. b. e. *triumphi erant* inc. *urguebatur* incert. 2. *cum paucis* om. Vrat. 2. Guelf. 3. *uti quisque* Bas. 1. 4. Tur. *ad finis* Leid. d. m. n. plures Rivii. aliquot Palatin. Struv. Rem. 1. Franc. Guelf. 12. tres Wassii. *polluere vastare* Bas. 4. *semet ipsam* omnes Cortii libri. Leid. f. g. k. l. n. *semet ipsa* Rivii libri et ceteri, Leid. Pemb. B. Pub. *permixtione* Leid. c. l. m. Guelf. 1. Naz. Commel. Pal. 2. Teg. *per mixtionem* Bern. 3. *terræ* om. Bas. 1. in Tur. ante et post *terræ* aliquid erasum.

Cap. 42. *vendicare* Fabr. Vin. Sen. Heuss. Guelf. 2. 9. 11. Tur. *tribunum. plebis*

noxia atque eo perculsa, modo per socios ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis a plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat: et primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem Caium, Tribunum alterum, alterum Triumvirum coloniis deducendis, cum M. Fulvio Flacco ferro necaverat. Et sane Gracchis cupidine victoriæ haud satis moderatus animus fuit. Sed bono vinci satius est, quam malo more iniuriam vincere. Igitur ea victoria nobilitas ex lubidine sua usa, multos mortalis ferro aut fuga exstinxit, plusque in reliquum sibi timoris quam potentiæ addidit. Quæ res plerumque magnas civitates pessum dedit: dum alteri alteros vincere quovis modo et victos acerbius ulcisci volunt. Sed de studiis partium et omnis civitatis moribus si singulatim aut pro magnitudine parem disserere, tempus quam res maturius me deseret. Quamob-
43 rem ad inceptum redeo. Post Auli fœdus exercitusque nostri fœdam fugam, Metellus et Silanus Consules designati, provincias inter se partiverant: Metelloque Numidia evenerat, acri viro, et quamquam advorso populi partium, fama tamen æquabili et inviolata.

addunt pauci libri, iique deteriores, Leid. g. h. Bern. 1. *colonis deduc.* Fabr. 2. Ecc. Senat. 2. Bas. 4. *necaverant* Guelf. 1. Paris. d. Tur. m. sec. *haud satis a. m. f.* Fabr. 1. et alii quatuor ex Cort. Teg. Turic. *omnis civ. morib.* Guelf. 3. Bas. 1. Senat. 1. m. pr. Leid. l. *me desereret* Bas. 1. Struv. inc. 1. Guelf. 11. 12. Leid. b. d. n. Teg. Bern. 1. *me deseret* Fabr. Senat. 1. Vinar. 2. incert.. 2. Guelf. 2. 3. Leid. c. e. f. g. i. k. l. Erl. Bern. 3. *me deserat* Acad. Tur. m. sec. *me* om. aliquot Rivii libri. Leid. a. h. m

Cap. 43. *Post Albini foedus* tres meliores Gruteri. Sen. 1. Guelf. 2. m. pr. Fabric. 1. m. sec. *Q. Metellus et M. Silanus* Vin. 2. Franc. Guelf. 10. Leid. g. m. ceteri sine prænomine. *Metello Num.* Bern. 3. *partiverant* Cledon 1916. Edit. Putsch. Serv. ad Aen. 1. 194. confirmant. *obvenerat* deterioris notæ libri. *adverso populi partium* ita optimi libri Comm. Naz. Fabr. 1. Bas. 1. *accedunt* Rem. Vin. 2. Struv. Bern. 3. Turic. Franc. Vrat. 2. 3. Guelf. 2. 4. 7. 9. 10. omnes Leid. *adversus* Guelf. 1. Vin. 1. Fabric. 2. inc. 1. *milites el. præs. scrib. u. ar.* Tur. *milites eligere scribere* plurimi

Is ubi primum magistratum ingressus est, alia omnia sibi cum collega ratus, ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit. Igitur diffidens veteri exercitui, milites (eligere) scribere, præsidia undique accersere: arma, tela, equos, et cetera instrumenta militiæ parare: ad hoc commeatum affatim: denique omnia, quæ in bello vario et multarum rerum egenti usui esse solent. Ceterum ad ea patranda Senatus auctoritate socii nomenque Latinum, et reges ultro auxilia mittendo: postremo omnis civitas summo studio adnitebatur. Itaque, ex sententia omnibus rebus paratis compositisque, in Numidiam proficiscitur, magna spe civium, quum propter artis bonas, tum maxume, quod advorsum divitias invictum animum gerebat, et avaritia magistratuum ante id tempus in Numidia nostræ opes contusæ hostiumque auctæ erant.

Sed ubi in Africam venit, exercitus ei traditur Sp. Albini 44 Proconsulis; iners, imbellis, neque periculi neque laboris patiens, lingua quam manu promtior, prædator ex sociis et ipse præda hostium, sine imperio et modestia habitus. Ita imperatori novo plus ex malis moribus sollicitudinis, quam ex copia militum au-

libri, omnes fere Cortii, ex Leid. f. g. h. k. l. Teg. Erl. Bas. 1. *scrib. elig.* Leid. m. n. *accersere* præter alios multos Codd. Bas. 1. *et cetera. et* Cort. omis. *in bello vario* præpos. om. Fabr. 1. Guelf. 12. *ad ea paranda* Ecc. Ac. Senat. 2. Heuss. Guelf. 2. m. sec. *auxilia mittere* Guelf. 3. 12. Vin. inc. 1. Leid. k. m. n. Vrat. 2. Franc. Senat. 2. Heuss. unus Putschii. Palat. 3. 4. 6. 7. 10. tres Wassii. *aux. mittunt* Bas. 4. *adnitebatur* ita omnes fere libri. *adnitebantur* inc. 2. Rem. 2. Bas. 4. *annitebantur* Erl. *Numidia prof.* Erl. *cum magna spe* Vin. 1. Struv. Fabric. 1. m. pr. Guelf. 12. *artis* Rivii libri. *artes bonas* Bas. 1. 4. Tur. Rivii vetustiores. *invictum animum* Bas. 1. Tur. et omnes fere libri. *an. inv.* Fabr. *hostium auctæ* Bern. 1.

Cap. 44. *in Africa venit* Ecc. *Sp. Alb. Proconsulis* Naz. Comm. Vin. 1. Fabr. 2. Guelf. 2. 3. Fabr. m. pr. Teg. *a Sp. Alb. Proconsule* reliqui Cortii, omnes Leid. *Sp. Albini Proconsule* Tur. m. sec. superscripsit. *imbecillis* Bas. 1. 4. *sine imperio sine modestia* Fabr. 1. *malis ex mor.* Bern. 1. *ex copia aux.* (omisso *militum*) Bern. 1. *spei bonæ*

xilii aut bonæ spei accedebat. Statuit tamen Metellus, quamquam et æstivorum tempus comitiorum mora imminuerat, et exspectatione eventus civium animos intentos putabat; non prius bellum adtingere quam maiorum disciplina milites laborare coegisset. Nam Albinus, Auli fratris exercitusque clade perculsus, postquam decreverat non egredi provincia, quantum temporis æstivorum in imperio fuit, plerumque milites stativis castris habebat: nisi quum odos aut pabuli egestas locum mutare subegerat. Sed (neque muniebantur ea) neque more militari vigiliæ deducebantur; uti cuique lubebat, ab signis aberat. Lixæ permixti cum militibus die noctuque vagabantur, et palantes agros vastare, villas expugnare, pecoris et mancipiorum prædas certantes agere: eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio et aliis talibus: præterea, frumentum publice datum vendere, panem in dies mercari: postremo, quæcumque dici aut fingi queunt ignaviæ luxuriæque probra, in illo exercitu cuncta fuere, et alia amplius. Sed in ea difficultate Metellum non minus quam in rebus hostilibus magnum et sapientem virum fuisse comperior;

Bas. 1. Struv. Guelf. 1. *bonæ spei* reliqui. *labore evenisset* Guelf. 3. Fabr. 2. Leid. l. n. Bas. 4. *laborare consuesceret* Bern. 1. *egredi de provincia* Fabr. 1. Ac. *provinciam* Ecc. Senat. 2. Heuss. *quantum æst. t.* Fabr. Tur. *q. tempus æ.* Vin. 1. Guelf. 10. *in imperio* præp. om. Vin. 1. inc. 1. Franc. Guelf. 1. 3. 9. 11. pauci Leid. Pal. 1. 2. 7. Erl. *fuit* Acad. om. *in statutis castris* deteriores libri. Guelf. 11. Vinar. 2. Vrat. 2. 3. Struv. inc. Franc. Leid. a. b. c. d. f. g. h. m. *statutis castris* etiam alii multi Fabr. 2. Ac. Vin. 1. Vrat. 1. Ecc. Rem. Guelf. 2. 9. 10. Leid. e. i. n. Erl. *stativis* Riv. Grut. Fabr. 1. Sen. Bas. 1. Heuss. quatuor Guelf. Leid. l. multi Wassii. *stativ. in c.* Bern. 1. *vig. ducebantur* Sen. 1. Fabr. 2. inc. Franc. Struv. m. pr. Ecc. Guelf. 3. 7. 9. 11. Leid. l. m. his in libro Popmæ et Leid. g. præponuntur: *sed neque muniebantur ea, neque etc.* hæc item in Codd. Frontonem legisse animadvertit Angelus Maius Ed. Francf. 1813. p. 317. *libuit* Fabr. Teg. *permixti c. equit.* Struv. Rem. 1. Ecc. Guelf. 9. 10. Erl. *vagabantur palantes* Bern. 1. *certantes agitare* Vin. 2. Vrat. 2. *alia* om. Leid. f. Pal. 10. *et amplius alia* Fabric. Vinar. 1. Guelf. 4. Pal. 3. 4. Erl.

tanta temperantia inter ambitionem sævitiamque moderatum. Namque edicto primum adiumenta ignaviæ sustulisse: ne quisquam in castris panem aut quem alium coctum cibum venderet; ne lixæ exercitum sequerentur; ne miles gregarius in castris neve in agmine servum aut iumentum haberet; ceteris arte modum statuisse. Præterea transvorsis itineribus cotidie castra movere, iuxta ac si hostes adessent, vallo atque fossa munire, vigilias crebras ponere et eas ipse cum legatis circumire: item in agmine in primis modo, modo in postremis, sæpe in medio adesse, ne quispiam ordine egrederetur, uti cum signis frequentes incederent, miles cibum et arma portaret. Ita prohibendo a delictis magis quam vindicando exercitum brevi confirmavit.

Interea Iugurtha ubi, quæ Metellus agebat, ex nunciis ac- 46
cepit; simul de innocentia eius certior Romæ factus, diffidere suis rebus ac tum demum veram deditionem facere conatus est. Igitur legatos ad consulem cum suppliciis mittit, qui tantummodo ipsi liberisque vitam peterent, alia omnia dederent populo Romano. Sed Metello iam antea experimentis cognitum erat genus Numi-

Cap. 45. *fuisse comperio* Ecc. Franc. Rem. 1. Vin. 2. Struv. Leid. f. g. h. i. k. l. m. n. Vrat. 1. 3. Guelf. 3. 4. 7. 9. 10. 11. 12. Bas. 4. Bern. 1. 3. *fuisse* om. Guelf. 9. *nam* Fabr. 1. Guelf. 12. *namque* om. Teg. *primum* vetustiores Gruteri. Bas. 1. 4. Turic. Bern. 1. *primo* multi. *ne quispiam* B. Pub. Mark. A. *comperio sust.* Vrat. 2. *sust. comp.* Fabr. 2. *sust. dicitur* Franc. Struv. Guelf. 9. 10. Leid. f. h. k. m. *quem alium coctum cibum* ita meliores Cort. *cib. coct.* Rivii libri. pauci *quem* om. *venderet præcepit* Guelf. 7. *iuxta* om. Guelf. 4. *cotidie* Bas. 1. Bern. 3. *et eas ipse cum legatis circuire. circuire* plerique Cort. *circumire* Bas. 1. inc. 1. Franc. duo Wassii. Leid. l. et pauci alii ex Palat. Paris. a. e. Turic. Bern. 3. *eas* om. Vrat. 3. Leid. h. *ne quispiam* Vin. Senat. Bas. 1. Heuss. Guelf. 1. 4. Leid. k. l. *ut cum* Bas. 1. 4. Tur. *magis a del.* Tur.

Cap. 46. *dedere* Rem. 1. Fabric. 1. primitus. *avidum esse. esse* om. Cort. *alium alio div.* Bas. Acad. *tradunt* Ecc. *opportunos sibi* pron. om. Cort. *cetera palam* Guelf. 5. Franc. Acad. Sen. 2. Heuss. Vin. 2. Leid. *nunciare* Paris. a. c. Turic. Teg.

darum infidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum esse. Itaque legatos alium ab alio divorsos adgreditur; ac paullatim temptando, postquam opportunos sibi cognovit, multa pollicendo persuadet, uti Iugurtham maxume vivum, sin id parum procedat, necatum sibi traderent: ceterum palam, quæ ex voluntate forent, regi nunciare iubet. Deinde ipse paucis diebus, intento atque infesto exercitu, in Numidiam procedit: ubi contra belli faciem, tuguria plena hominum, pecora cultoresque in agris erant: ex oppidis et mapalibus præfecti Regis obvii procedebant, parati frumentum dare, commeatum portare, postremo omnia, quæ imperarentur, facere. Neque Metellus idcirco minus, sed pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia illa deditionis signa ostentui credere, et insidiis locum temptare. Itaque ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat; in postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionum et præfectis cohortium dispertiverat, ut cum his permixti velites, quocumque accederent, equitatus hostium propulsarent. Nam in Iugurtha tantus dolus tantaque peritia locorum et militiæ erat, ut absens an præsens, pacem an

in Numidia procedere Guelf. 10. *deinde paucis dies* Bas. 4. *cultores* (sine copula) Vrat. 2. *obvii* ex Cortii libris. Guelf. 1. 2. Sen. 1. Vin. 2. Bas. 1. Rem. 2. accedunt Naz. Palat. 2. quatuor Wassii. Leid. a. b. h. i. l. n. *quæ imperantur* Sen. 1. *quæ imperaret* Rem. 1. *incedebat* Leid. l. *apud primos adesse* Leid. k. unus Wassii. Bern. 1. *dispartiverat* incert. 1. Senat. 2. Vinar. 2. Vrat. 3. Guelf. 7. 11. 12. Bern. 1. *curare* Bern. 1. *nam Iugurthæ* Sen. 1. Vin. 1. Guelf. 1. Fabr. 2. Leid. k. n. *ut cum his* Tur. Bern. 1. 3. Leid. *quacunque* Cort. contra omnes Codd. *inerat* Vin. 2. Vrat. 2. *tanta per.* Vin. 1. *abs. an pr.* plurimi Cort. omnes Leid. ita Haverc. Bas. 1. *absens ac pr.* Guelf. 4. *ut absens* Bas. 1. Bern. 1. 3. Leid. *abs. et pr.* Guelf. 10. *abs. aut pr.* Sen. 1. inc. 2. *abs. vel pr.* Fabric. Rem. 2. Vin. 1. Guelf. 1. Vrat. 1. Bas. 4. Tur. ita meliores Palatin. in ceteris eadem lectionis varietas. *in inc.* præpos. om. Guelf. 1. 3. 9. 11.

bellum gerens, perniciosior esset, in incerto haberetur. Erat 47
haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maxume celebratum; ubi et incolere et mercari consueverant Italici generis multi mortales. Huc Consul, simul temptandi gratia, et si paterentur, opportunitate loci, præsidium imposuit; præterea imperavit frumentum et alia, quæ bello usui forent, comportare: ratus id, quod res monebat, frequentiam negotiatorum et commeatu iuvaturum exercitum et iam paratis rebus munimento fore. Inter hæc negotia Iugurtha impensius modo legatos supplices mittere, pacem orare, præter suam liberorumque vitam, omnia Metello dedere. Quos item, uti priores, Consul inlectos ad proditionem domum dimittebat: regi pacem, quam postulabat, neque abnuere neque polliceri, et inter eas moras promissa legatorum exspectare. Iugurtha ubi Metelli dicta cum factis composuit, ac se 48
suis artibus temptari animadvortit; quippe cui verbis pax nunciabatur, ceterum re bellum asperrumum erat: urbs maxuma alienata, ager hostibus cognitus, animi popularium temptati coactus rerum necessitudine, statuit armis certare. Igitur explorato hostium itinere, in spem victoriæ adductus ex opportunitate

Bas. 1. Rem. 2. Vrat. 2. 3. Leid. b. h. l. duo Wassii. Bern. 3. *incertum* Fabr. 1. Bodl. Teg. *in incertum* Tur.

Cap. 47. *Vacca* optimi libri. *Vaga* Guelf. 4. *Vaca* Guelf. 3. *Vacha* Guelf. 11. *simul tentandi gratia et piundi* Vinar. 2. unde facile elicias *experiundi*. *tentandi manendique gratia* Acad. *tent. et simul gratia hiemandi* Erl. *tent. gr. si pat.* Senat. 1. Vinar. 2. Palmer. *paterent* Rem. 1. Reg. *propter opportunitates* Guelf. 11. *opportunitate* haud dubie legendum, qua quidem Gruteri coniectura omnia ista concidunt, quæ Cort excursu IV. doctius quam verius disputavit. *et commeantium* Guelf. 9. *commeantum* Paris. a. *et commeatum populi* Vinar. 2. Vratisl. 2. *et commeatu* alii libri. quos Ciacc. laudat. *etiam* plurimi Gruteri et Cort. libri. *et iam* priores Editores. *impens. modo. modo* om. Guelf. 4. *suam suorumque vit.* Leid. m. Franc. *inlectos* Rivii libri. Guelf. 1. Bas. 1. qui etiam *inpensius* et *inposuit*.

loci, quam maxumas potest copias omnium generum parat, ac
per tramites occultos exercitum Metelli antevenit. Erat in ea par-
te Numidiæ, quam Adherbal in divisione possederat, flumen ori-
ens a meridie, nomine Muthul; a quo aberat mons ferme millia
passuum viginti tractu pari, vastus ab natura et humano cultu.
Sed ex eo medio quasi collis oriebatur, in immensum pertingens,
vestitus oleastro ac mirtetis aliisque generibus arborum, quæ hu-
mi arido atque arenoso gignuntur. Media autem planicies deserta
penuria aquæ, præter flumini propinqua loca: ea consita arbus-
49 tis, pecore atque cultoribus frequentabantur. Igitur in eo colle,
quem transvorso itinere porrectum docuimus, Iugurtha, extenu-
ata suorum acie, consedit: elephantis et parti copiarum pedestri-
um Bomilcarem præfecit, eumque edocet, quæ ageret: ipse pro-
pior montem cum omni equitatu et peditibus delectis suos collocat:
dein singulas turmas et manipulos circumiens monet atque obtes-
tatur, uti memores pristinæ virtutis et victoriæ sese regnumque
suum ab Romanorum avaritia defendant: cum his certamen fore,
quos antea victos sub iugum miserint: ducem illis non animum
mutatum: quæ ab imperatore decuerint, omnia suis provisa; lo-
cum superiorem, ut prudentes cum imperitis, ne pauciores cum
pluribus aut rudes cum bello melioribus manum consererent;

Cap. 48. *Muthul* ita constanter optimi libri. *millia* delet Guelf. 12. *m. vig. passuum* Fabr. 1. Teg. Acad. Turic. *a quo* præp. om. Naz. Leid. a. b. c. d. e. f. g. *vastus nat.* Vin. 2. Vrat. 2. *in im. pertingens. in* nonnulli libri om. aliis *gen.* Turic. *humi arido atque arenoso* Bas. 1. Vinar. 1. Leid. k. l. Fabr. Rivii. Nazar. Palat. 2. Paris. a. c. Ecc. Guelf. 1. 4. Prisc. 18. 31. p. 271. Ed. Kr. *humi in arido a. ar.* Paris. d. Leid. g. i. *humo arida a. arenosa* plurimi libri.

Cap. 49. *quid ageret* Fabr. Guelf. 9. Leid. e. *quid* etiam Leid. a. *propior monti* Ac. Rem. 2. Guelf. 3. *et peditibus delectis suos* hæc plurim. Codd. lectio. *dilectos suos* Senat. 1. inc. 2. Guelf. 2. 3. pron. om. Fabric. 1. *delectis suis* quinque Cortii libri. *dilectis* Fabr. 1. Guelf. 9. Erl. *circumiens* Bas. 1. inc. 1. *circuiens* ceteri. *sese regnumque* omnes fere libri. *sub iug miserat* Vrat. 2. Franc. Rem. 1. inc. 1. Leid. k. m.

proinde parati intentique essent signo dato Romanos invadere:
illum diem aut omnis labores et victorias confirmaturum, aut
maxumarum ærumnarum initium fore. Ad hoc viritim, uti quem-
que ob militare facinus pecunia aut honore extulerat, commone-
facere beneficii sui et eum ipsum aliis ostentare: postremo, pro
cuiusque ingenio, pollicendo, minitando, obtestando, alium alio
modo excitare: cum interim Metellus, ignarus hostium, monte
degrediens cum exercitu conspicitur; primo dubius, quidnam in-
solita facies ostenderet, (nam inter virgulta equi Numidæque
consederant, neque plane occultari humilitate arborum, et ta-
men incerti, quidnam esset; quum natura loci, tum dolo ipsi
atque signa militaria obscurati); dein, brevi cognitis insidiis,
paullisper agmen constituit; ibi commutatis ordinibus, in dex-
tro latere, quod proxumum hostis erat, triplicibus subsidiis aci-
em instruxit: inter manipulos funditores et sagittarios dispertit:
equitatum omnem in cornibus locat: ac pauca pro tempore mi-
lites hortatus, aciem sicuti instruxerat, transvorsis principiis in
planum deducit. Sed ubi Numidas quietos neque colle degredi 50
animadvortit, veritus ex anni tempore et inopia aquæ, ne siti
conficeretur exercitus, Rutilium legatum cum expeditis cohorti-
bus et parte equitum præmisit ad flumen, uti locum castris an-

miserant Leid. c. g. Bas. 4. *pro cuiusq. ing.* præp. om. aliquot Wassii. Fabr. Rem. Bas. 1. Acad. Vinar. Senat. 1. Vrat. 2. Ecc. Struv. Guelf. 1. 2. 3. 4. 7. 9. 10. 12. Teg. Bern. 3. *cuiusq. pro* Erl. B. Pub. *pollicitando* incert. 1. Guelf. 12. m. sec. Leid. i. *digrediens* Fabr. Bas. 1. 4. Vin. 1. Sen. Heuss. Franc. Guelf. 1. 2. 4. 9. 10. 11. omnes Leid. præter l. Paris. a. b. d. e. Bern. 1. 3. *montem* Fabr. 1. Franc. *obscurata* Ecc. *agm. instituit* Bas. 1. Vrat. 1. 2. Guelf. 3. 10. 11. 12. Leid. c. e. f. l. Paris. b. *constitit* Fabric. Rivii. *constituit* reliqui omnes. *prox. hostibus* Acad. Struv. Franc. Guelf. 3. 7. 9. 10. 11. 12. Leid. b. d. e. f. k. m. Bas. 4. Tur.

Cap. 50. *digredi* Fabr. Vin. Acad. Sen. 1. inc. Struv. Ecc. Guelf. 2. 9. 10. 11. omnes Leid. præter l. Bas. 4. Bern. 1. 3. *ex anni temperie* Fabric. Guelf. 3. m. sec.

te caperet: existumans, hostis crebro impetu et transvorsis præliis iter suum remoraturos, et quoniam armis diffiderent, lassitudinem et sitim militum temptaturos. Deinde ipse pro re atque loco, sicuti monte descenderat, paullatim procedere: Marium post principia habere: ipse cum sinistræ alæ equitibus esse, qui in agmine principes facti erant. At Iugurtha, ubi extremum agmen Metelli primos suos prætergressum videt, præsidio quasi duum millium peditum montem occupat, qua Metellus descenderat: ne forte cedentibus adversariis receptui ac post munimento foret; dein repente signo dato hostis invadit. Numidæ alii postremos cædere; pars a sinistra ac dextra temptare; infensi adesse atque instare; omnibus locis Romanorum ordines conturbare; quorum etiam qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant, ludificati incerto prælio, ipsi modo eminus sauciabuntur, neque contra feriundi aut conserendi manum copia erat; ante iam docti ab Iugurtha equites, ubicumque Romanorum turma insequi coeperat, non confertim neque in unum sese recipiebant, sed alius alio quam maxume divorsi. Ita numero priores, si ab persequendo hostis deterrere nequiverant, disiectos ab tergo aut lateribus circumveniebant: sin opportunior fugæ collis quam campi fuerat; ea vero consueti Numidarum equi facile inter virgulta evadere; nostros asperitas et insolentia loci retinebat.

prætergressos Fabr. Bas. 1. Sen. 1. Vin. 1. Acad. Vrat. 2. Tur. Bern. 3. Guelf. 1. 3. Guelf. 4. m. sec. Leid. g. i. Teg. Palat. (præter 3. 5. 7.) *mont. oc. peditum* Erl. Teg. Tur. *hostes invasit* Guelf. 4. *a dextra ac sinistra* Bas. 1. m. pr. Fabric. 1. Franc. Teg. Turic. *infesti adesse* Leid. a. *corum etiam* Guelf. 4. idem *casi* supra pro *quasi*. *hostibus fuere* Vin. 1. Fabr. 1. m. sec. *conserendi man.* Bas. 1. 4. Erl. Tur. Bern. 1. ita Haverc. *ubi Rom.* Rem. Struv. Franc. Guelf. 3. 7. Leid. b. g. n. *ab persequendo* Bas. 1. Fabric. 1. Vrat. 1. Guelf. 1. 2. Tur. *Campi fuerat* Mss. Grut. Fabric. Bas. 1. Rem. 2. Vin. 2. inc. Ac. Sen. 1. Struv. Vrat. 3. Guelf. 1. 2. 3. 7. 10. 11. Leid. n. Bern. 1. *campus fuerat* sic emendatum in Naz. et Fabr. 1. Leid. c. Tur. m. sec. *eo vero* Vin. 1. m. sec. Sen. 2. Heuss. duo Rivii. Bern. 1. *retinere* Bern. 1. *retinebant* Ecc.

Cap. 51. *hostes atque cives* Bas 1. Sen. Ac. Heuss. Rem. Struv. Leid. a. b. d. h. i. k. l.

Ceterum facies totius negotii varia, incerta, fœda atque mi- 51
serabilis: dispersi a suis pars cedere, alii insequi; neque signa
neque ordines observare; ubi quemque periculum ceperat, ibi re-
sistere ac propulsare: arma, tela, equi, viri, hostes atque cives per-
mixti; nihil consilio neque imperio agi: fors omnia regere. Itaque
multum diei processerat, quum etiam tum eventus in incerto
erat. Denique omnibus labore et æstu languidis, Metellus ubi
videt Numidas minus instare, paullatim milites in unum condu-
cit, ordines restituit et cohortes legionarias quatuor advorsum pe-
dites hostium collocat; eorum magna pars superioribus locis fessa
consederat. Simul orare, hortari milites, ne deficerent, neu pa-
terentur hostis fugientes vincere: neque illis castra esse, neque
munimentum ullum, quo cedentes tenderent: in armis omnia
sita. Sed ne Iugurtha quidem interea quietus erat: circumire,
hortari, renovare prælium et ipse cum delectis temptare omnia:
subvenire suis, hostibus dubiis instare; quos firmos cognoverat,
eminus pugnando retinere. Eo modo inter se duo imperatores, 52
summi viri, certabant: ipsi pares, ceterum opibus disparibus.
Nam Metello virtus militum erat, locus advorsus: Iugurthæ alia
omnia præter milites opportuna. Denique Romani, ubi intelle-
gunt, neque sibi perfugium esse neque ab hoste copiam pugnan-
di fieri; (et iam die vesper erat); advorso colle sicuti præceptum

m. n. Erl. Franc. Vrat. 1. Ecc. Guelf. 1. 3. 4. 7. 9. 11. 12. Bern. 1. 3. *atque* om. duo Rivii. Tur. Bas. 4. aliquot Cortii, Leid. e. f. g. Palatini meliores credo. *consederant* Bas. 4. *orare et hortari* plerique Cortii libri Erl. Teg. Bas. 1. 4. Bern. 1. *et* om. Vin. 1. inc. 1. Rem. 2. tres præterea Cort. Bern. 3. Riv. Gruter. Wass. Leid. *hostis fugientes* ita Bas. 1. *neque illis mun.* Naz. Guelf. 1. Fabric. Rivii. *sed ne Iug.* Vin. Fabric. 2. inc. 1. Rem. 2. Senat. 2. Heuss. Vrat. 1. 2. Guelf. 1. 3. Bas. 1. Tur. Bern. 1. 3. *nec* vel *neque* ceteri. ita Gruter. Haverc. Leid. *circumire* Bas. 1. Acad. Struv. Franc. Guelf. 4. *circuire* plurimi libri. *renovare præl.* *revocare* inc. 2. *cum dilectis* Senat. 2. Guelf. 9. Vrat. 2. *dubius instare* Bas. 1. Fabr. 1.

Cap. 52. *summi* om. Guelf. 1. Bas. 4. *summa vi* Rem. 1. *dispares* Leid. e. *intellegunt* Senat. 1. Guelf. 1. 2. Ecc. *profugium* novem Cortii deteriores. Bas. 4. *die*

fuerat, evadunt. Amisso loco, Numidæ fusi fugatique, pauci interiere; plerosque velocitas et regio hostibus ignara tutata sunt. Interea Bomilcar, quem elephantis et parti copiarum pedestrium præfectum ab Iugurtha supra diximus, ubi eum Rutilius prætergressus est, paullatim suos in æquum locum deducit: ac, dum legatus ad flumen, quo præmissus erat, festinans pergit, quietus, uti res postulabat, aciem exornat: neque remittit, quid ubique hostis ageret, explorare. Postquam Rutilium consedisse iam et animo vacuum accepit, simulque ex Iugurthæ prælio clamorem augeri; veritus, ne legatus, cognita re, laborantibus suis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti militum arte statuerat, quo hostium itineri officeret, latius porrigit; eoque modo ad Rutilii
53 castra procedit. Romani ex improviso pulveris vim magnam animadvortunt, nam prospectum ager arbustis consitus prohibebat. Et primo rati humum aridam vento agitari: post ubi æquabilem manere et, sicuti acies movebatur, magis magisque adpropinquare vident, cognita re, properantes arma capiunt ac pro castris, sicuti imperabatur, consistunt. Deinde, ubi propius ventum est, utrimque magno clamore concurritur. Numidæ tantummodo remorati, dum in elephantis auxilium putant; postquam

duo Rivii. Senat. 1. Guelf. 1. Gruter. *præcept. erat* Commel. Mark. r. Bas. 1. *vesper aderat* Vin. 2. Vrat. 2. Leid. b. k. Bern. 1. *pluresque velocitas* Vin. 1. Rem. 1. Guelf. 3. *tuta sunt* Rem. 2. Struv. Sen. 2. Heuss. Guelf. 4. 12. Leid. d. f. h. *Bomulchar* ita Bas. 4. constanter: *in æquum deducit* Vrat. 3. *neque interim remittit* Leid. c. d. g. m. Putschii Cod. *iam* om. Rem. 2. Acad. Leid. k. *accipit* Ecc. Guelf. 11. Rem. 2. et tres alii Cort. *eo modo* Franc. Bern. 1.

Cap. 53. *arma prop. capiunt* Tur. *magno cl. concurrunt* Vin. 1. Franc. Sen. 2. Heuss. Guelf. 3. Leid. m. Bern. 1. *eos imp.* pron. om. Guelf. 3. 4. *ac noctis* Vin. 2. Guelf. 12. *atque n.* Franc. *capti sunt* Bas. 1. *interfecti sunt* Bas. 4. *numero XXX.* Leid. a. c. e. h. m. n. Rem. 1. Franc. Erl. Struv. inc. 1. Guelf. 12. Rivii et Popmæ Codd. aliquot Gruteri. Bas. 4. *fessi lassique erant* Vin. 2. Vrat. 2. Guelf. 3. 4. Leid. i. *alteri ap. alterum* Naz. Comm. Vin. 1. Guelf. 1. Teg. Tur. m. pr. *admissum esset* vel *foret* Bern. 1. pauci ex Cort. Leid. g. h. m. n. a. b. sed alii alio loco. *acta calo-*

eos impeditos ramis arborum atque ita disiectos circumveniri vident; fugam faciunt: ac plerique, abiectis armis, collis aut noctis, quæ iam aderat, auxilio integri abeunt. Elephanti quatuor capti, reliqui omnes, numero quadraginta, interfecti. At Romani, quamquam itinere atque opere castrorum et prælio fessi lætique erant; tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur, instructi intentique obviam procedunt. Nam dolus Numidarum nihil languidi neque remissi patiebatur. Ac primo, obscura nocte, postquam haud procul inter se erant, strepitu, velut hostes adventare, alteri apud alteros formidinem simul et tumultum facere: et pæne imprudentia admissum facinus miserabile, ni utrimque præmissi equites rem exploravissent. Igitur pro metu repente gaudium exortum, milites alius alium læti adpellant, acta edocent atque audiunt: sua quisque fortia facta ad cœlum fert. Quippe res humanæ ita sese habent: in victoria vel ignavis gloriari licet, advorsæ res etiam bonos detractant. Metellus 54
in isdem castris quatriduo moratus, saucios cum cura reficit, meritos in præliis more militiæ donat, universos in concione laudat atque agit gratias; hortatur ad cetera, quæ levia sunt, parem animum gerant: pro victoria satis iam pugnatum, reliquos labo-

cent, audiunt Vinar. 2. Vrat. 2. *coelum ferre* inc. 2. Fabric. 1. m. pr. Putschii Cod. Tur. pro varia lect. habet *tollere. ferunt ad coelum* Leid. k. *detractant* Ecc. incert. Struv. Franc. Vrat. 3. Heuss. Guelf. 2. 3. 7. 11. 12. Naz. m. pr. Leid. d. e. h. k. l. m. n. cfr. Broukhus. ad Prop. II. 2. Pier. ad Virg. Georg. 3. 57. ceteri variant. *detrectant* Vin. 1. Guelf. 1. plures Wassii. Tur. m. pr. sed *detractant* correctum et *male tractant* pro glossa adscriptum. *decretant* Bas. 1. Rem. 2. Leid. c. i. B. Pub. *detretant* Guelf. 4. Mark. A.

Cap. 54. *isdem* inc. Senat. 1. Fabr. 2. Guelf. 3. *hisdem* plerique Codd. in quibus Fabr. 1. Bas. 1. *triduo* Leid. l. *triduo aut quatriduo* deterior. Palat. *refecit* Sen. Vinar. 1. Guelf. 2. Struv. *curare fecit* Franc. Guelf. 9. 11. *curare facit* Leid. a. n. *saucios cura reficit* Bas. 4. inc. 1. Ecc. Guelf. 4. 7. plures Wassii. cfr. Senec. de Ben. 4. 1. *agit grates* Vin. 1. *iam pugn. satis* Bas. 1. *iam* om. Fabr. 1. *lab. prædæ fere.*

res pro præda fore. Tamen interim transfugas et alios opportunos, Iugurtha ubi gentium aut quid agitaret; cum paucisne esset, an exercitum haberet; ut sese victus gereret, exploratum misit. At ille sese in loca saltuosa et natura munita receperat: ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorem, sed hebetem infirmumque, agri ac pecoris magis quam belli cultorem. Id ea gratia eveniebat, quod præter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem sequitur; quo cuiusque animus fert, eo discedunt: neque id flagitium militiæ ducitur: ita se mores habent. Igitur Metellus ubi videt etiam tum regis animum ferocem esse; bellum renovari, quod, nisi ex illius lubidine, geri non posset; præterea inimicum certamen sibi cum hostibus, minore detrimento illos vinci quam suos vincere: statuit non præliis neque in acie, sed alio more bellum gerundum. Itaque in Numidiæ loca opulentissima pergit, agros vastat, multa castella et oppida, temere munita aut sine præsidio, capit inceditque, puberes interficit, iubet alia omnia militum prædam esse. Ea formidine mult mortales Romanis dediti obsides; frumentum et alia, quæ usui forent, adfatim præbita: ubicumque res postulabat, præsi-

inc. Rem. 1. Struv. Vrat. 3. Guelf. 12. Leid. a. e. h. plures Wassii. Bas. 4. Bern. 1. *ubivis gentium* Teg. Leid. b. k. Vinar. 2. Acad. Senat. 2. Heuss. Vrat. 2. Guelf. 11. 12. Bern. 3. *regem sequebatur* Acad. Fabric. 2. Struv. Guelf. 10. Leid. a. b. f. h. k. unus Wassii. Bas. 4. *eo disc. eo* om. Erl. *animum regis etiam tum ferocem* sic Gruterus paucis et deterior. Cortii libris omnibusque Leid. adsentientibus. *etiam tum regis anim.* Fabric. Turic. *tum et r. a.* Comm. *reg. et t. an.* Ac. Sen. 1. Struv. Rem. 2. Guelf. 1. 2. 3. Palatin. 1. 2. *etiam reg. tum an.* Bas. 1. *feroc. esse* verbum om. Ecc. *bellum revocare* Teg. *inimicum cert. sibi* ita longe plurimi libri. *iniquum* Franc. inc. 1. Guelf. 1. 2. 3. Leid. d. g. m. *non iniq.* Leid. c. *in acie* Fabric. inc. Vinar. Bas. 1. Acad. Senat. 1. Franc. Guelf. 1. 2. 3. 7. meliores Palat. *gerundum* Fabric. 1. Acad. Bas. 1. Vrat. 1. Guelf. 1. 9. Rivii libri. Bern. 1. *loca Num.* Erl. Teg. Bas. 4. Tur. Bern. 1. 3. *capit incendit* Senat. 2. Heuss. *interficit iubet* ita omnes fere libri. *interfici* unus Putschii liber. *præda esse* Struv. Guelf. 2. *pr. fore* Leid. l. *præb. sunt*

dium impositum. Quæ negotia multo magis quam prælium male pugnatum ab suis regem terrebant; quippe cui spes omnis in fuga sita erat, sequi cogebatur; et qui sua loca defendere nequiverat, in alienis bellum gerere. Tamen ex copia quod optumum videbatur consilium capit: exercitum plerumque in isdem locis opperiri iubet; ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur, nocturnis et aviis itineribus ignoratus Romanos palantis repente adgreditur; eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur: nemo omnium intactus profugit; et Numidæ, priusquam ex castris subveniretur, sicuti iussi erant, in proxumos collis discedunt.
Interim Romæ gaudium ingens ortum cognitis Metelli rebus: ut 55
seque et exercitum more maiorum gereret; in advorso loco victor tamen virtute fuisset; hostium agro potiretur; Iugurtham magnificum ex Auli socordia spem salutis in solitudine aut fuga coegisset habere. Itaque Senatus ob ea feliciter acta dis immortalibus supplicia decernere: civitas trepida antea et sollicita de belli eventu læta agere: fama de Metello præclara esse. Igitur eo intentior ad victoriam niti, omnibus modis festinare, cavere tamen, necubi hosti opportunus fieret: meminisse, post gloriam invidiam

Leid. c. h. m. Erl. Teg. Tur. *impos. est* Erl. Teg. Leid. k. Tur. *quippe cui* Bas. 1. 4. Acad. Struv. incert. 1. Rem. 1. Ecc. Guelf. 3. 7. aliquot Rivii. quinque Wassii. Leid. e. i. m. *cuique* Leid. h. *cuius* Gruteri meliores, plures Cortii. Tur. *ex inopia quod opt.* ita omnes fere libri. *ex copia* Guelf. 4. m. pr. *ex in copia* Guelf. 2. *isdem loc.* Senat. 1. Fabric. 2. incert. 1. Guelf. 2. 3. *hisdem* ceteri. *palanteis* aliquot Rivii libri. *dilect eq.* Ac. *ignaros Romanos* Vin. 1.

Cap. 55. *ortum est* Leid. a. g. h. n. *est ortum* Leid. d. f. *Albini soc.* Leid. c. e. incert. Fabric. Guelf. 3. Teg. Turic. *secord.* Leid. m. *ut in adv. loco* Ecc. Struv. Senat. 2. Heuss. Guelf. 3. 7. 9. 10. 12. Bern. 3. *ut quamvis i. a. l.* Guelf. 4. *dis* Fabr. 1. Bas. 1. Turic. *tamen v. f. virtute* Erl. Teg. Tur. *lætitiam ag.* Vrat. 1. Senat. 2. Heuss. Leid. g. n. Bas. 4. Turic. Bern. 3. *læti agere* Guelf. 1. 12. m. pr. *de Metello fama præclara esse* hoc ordine priores Edit. Bas. 1. Bern. 1. 3. omnes Leid. credo. *fama d. M. pr. e.* Vin. 1. Fabric. inc. 1. Guelf. 2. 3. Turic. Bas. 4. *igitur eo int. eo* om. Guelf. 3. *ne ubi* Vin. 1. Fabric. 2. Struv. Vratisl. 2. Rem. 1. inc. 2. *ne alicubi*

sequi. Ita quo clarior, eo magis anxius erat: neque post insidias Iugurthæ effuso exercitu prædari; ubi frumento aut pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu præsidium agitabant: exercitus partem ipse, reliquos Marius ducebat. Sed igni magis quam præda ager vastabatur. Duobus locis haud longe inter se castra faciebant; ubi vi opus erat, cuncti aderant: ceterum, quo fuga atque formido latius cresceret, divorsi agebant. Eo tempore Iugurtha per collis sequi: tempus aut locum pugnæ quærere, qua venturum hostem audierat, pabulum et aquarum fontes, quorum penuria erat, corrumpere: modo se Metello, interdum Mario ostendere; postremos in agmine temptare ac statim in colles regredi; rursus aliis, post aliis minitari: neque prælium facere, neque otium pati; tantummodo hostem ab incepto retinere.

56 Romanus imperator ubi se dolis fatigari videt, neque ab hoste copiam pugnandi fieri; urbem magnam et in ea parte, qua sita erat, arcem regni, nomine Zamam, statuit oppugnare; ratus id, quod negotium poscebat, Iugurtham laborantibus suis auxilio venturum ibique prælium fore. At ille, quæ parabantur, a perfugis edoctus, magnis itineribus Metellum antevenit; oppidanos hortatur, mœnia defendant, additis auxilio perfugis; quod genus ex copiis regis, quia fallere nequibat, firmissumum erat. Præterea pollicetur in tempore semet cum exercitu adfore. Ita

Rem. 2. Guelf. 4. Bern. 3. *clarior erat – anxius erat. erat* posteriore loco omittunt Fabr. priore om. Grut. Wass. Haverc. Leid. a. b. c. d. e. f. g. h. k. Bern. 3. *animus anxius* Naz. Commel. Palat. 2. Pemb. Arond. Reg. Mark. Γ. Λ. atiquot Wassii. Ae. Senat. 1. Guelf. 1. 9. *quo clarior et magis anxius erat* Bern. 1. *animi anxius* Cort *animus eius* Bas. 4. *magis animosior erat* Tur. m. pr. Fabr. 1. m. pr. *cresceret* Haverc. edidit, ita omnes Paris. Teg. *crescerent* Cort.

Cap. 56. *dol. fatigatum* multi Leid. *addit his aux. perfugas* Vin. 2. unus Rivii. (sed is pron. om.) *eo quod fallere* Teg. *nequibant* Guelf. 2. Bas. 2. m. pr. *firm. erat. erat* om. incert. 2. *semet* om. Guelf. 1. *semet ipsum* Guelf. 10. Senat. 1. Bern. 1. 3. *itaque – discessit* Guelf. 2. *discessit* etiam Tur. *ac post paullo* Fabr. Vinar. inc. Sen.

compositis rebus, in loca quam maxume occulta discedit ac post
paullo cognoscit, Marium ex itinere frumentatum cum paucis
cohortibus Siccam missum: quod oppidum primum omnium post
malam pugnam ab rege defecerat. Eo cum delectis equitibus
noctu pergit et iam egredientibus Romanis in porta pugnam fa-
cit: simul magna voce Siccenses hortatur, uti cohortes ab tergo
circumveniant: fortunam illis præclari facinoris casum dare; si
id fecerint, postea sese in regno, illos in libertate sine metu ætatem
acturos. Ac ni Marius signa inferre atque evadere oppido prope-
ravisset, profecto cuncti aut magna pars Siccensium fidem mu-
tavissent; tanta mobilitate sese Numidæ agunt. Sed milites Iugur-
thini paullisper ab rege sustentati, postquam maiore vi hostes
urguent, paucis amissis, profugi discedunt. Marius ad Zamam 57
pervenit; id oppidum in campo situm, magis opere quam natu-
ra munitum erat: nullius idoneæ rei egens, armis virisque opu-
lentum. Igitur Metellus, pro tempore atque loco paratis rebus,
cuncta mœnia exercitu circumvenit, legatis imperat, ubi quisque
curaret: deinde signo dato undique simul clamor ingens oritur;
neque ea res Numidas terret; infensi intentique sine tumultu
manent: prælium incipitur. Romani, pro ingenio quisque, pars
eminus glande aut lapidibus pugnare; alii succedere ac murum
modo subfodere, modo scalis adgredi: cupere prælium in mani-

2. Heuss. Guelf. 2. 3. 11. Rivii libri, Bas. 1. Bern. 1. 3. *paullo post* ceteri. *fortunam illis* pron. om. Senat. 1. *illi* Guelf. 9. *illos* Fabr. et Teg. m. pr. *Num. gerunt* deterior. Codd. sed etiam Bas. 1. Bern. 3. *agunt* Vin. 1. Fabr. Guelf. 1. Naz. Commel. reliqui vetustiores. *ab rege* om. Guelf. 4. Cod. Bongarsii. Palat. 9. *substentati* Bern. 1. *urguent*. inc. 2. Guelf. 3.

Cap. 57. *munitum erat. erat* om. Bern. 1. 3. Vin. 2. *clamor exoritur* Fabr. inc. 1. Leid. a. Teg. *evadere alii, alii succedere* ita aliquot Leid. et Naz. sed ordine mutato. ita Carrio edidit. Sen. 1. m. sec. addidit; contra Fabr. 1. m. pr. *alii evadere vel succedere vel murum ascendere, vel murum* etc. ita Teg. et Tur. *subfodere* Fabr. 1. Bas.

bus facere. Contra ea oppidani in proxumos saxa volvere; sudes, pila, præterea picem sulphure et tæda mixtam ardentia mittere. Sed ne illos quidem, qui procul manserant, timor animi satis muniverat; nam plerosque iacula tormentis aut manu emissa volnerabant parique periculo, sed fama impari, boni atque igna-
58 vi erant. Dum apud Zamam sic certatur, Iugurtha ex improviso
castra hostium cum magna manu invadit: remissis, qui in præsidio erant, et omnia magis quam prælium exspectantibus, portam irrumpit. At nostri, repentino metu perculsi, sibi quisque pro moribus consulunt: alii fugere, alii arma capere: magna pars volnerati aut occisi. Ceterum ex omni multitudine non amplius quadraginta, memores nominis Romani, grege facto locum cepere paullo quam alii editiorem, neque inde maxuma vi depelli quiverunt: sed tela eminus missa remittere, pauci in pluribus minus frustrati: sin Numidæ propius accessissent, ibi vero virtutem ostendere et eos maxuma vi cædere, fundere atque fugare. Interim Metellus quum acerrume rem gereret, clamorem hostilem ab tergo accepit: dein, convorso equo animadvortit, fugam ad se vorsum fieri: quæ res indicabat popularis esse. Igitur equitatum

1. Sen. 1. *præterea pice et sulphure tædam mistam ardentia mittere.* hanc lectionem Grut. ex coniectura invexit, ita legit Vrat. 1. *picem et sulphure tædam mixtam ardenti* Fabr. Rivii. Tur. *picem sulphure et tædam mixtam ardenti* Carrio edidit. confirmant Fabr. 2. Struv. Ecc. Guelf. 2. 7. 9. Leid. d. e. f. h. i. k. Pal. 2. 5. 7. *sulphur et picem et tædam mixtam ardentia* Vrat. 2. *picem sulphure et tædam mixtam ardenti* Fabr. 1. inc. 1. Rem. 1. Vrat. 3. Guelf. 12. Paris. a. e. Bas. 4. accedunt Senat. 2. Heuss. Guelf. 1. 10. 11. sed mutato verborum ordine, copulæ maxime positione variante. similes sunt Vin. 2. et Rem. 2. nisi quod *ardentia* legunt. *tædas mixtas ardentia.* Guelf. 3. *picem cum sulphure et tæda mixtam ardentia* Acad. *picem sulphure et tæda mixtam ardentia* Vin. 1. Bas. 1. Sen. 1. Paris. c. d. Bern. 3. Pemb. B. Pub. Mark. A. Guelf. 4. Leid. l. etiam Naz. nisi quod *tædam* legit. *omnia hæc ardentia* aliquot Palmerii. *omnia ardentia* Leid. g. *sed ne illos quidem. quidem* om. Vinar. 2. Struv. Guelf. 7. 12. *nec* legunt Bern. 1. Ecc. Rem. 1. Sen. 2. Heuss. Guelf. 4. etiam Ac. inc. 2. qui tamen *quidem* omiserunt. *volnerabant* Ac. Sen. 2. Heuss. Vrat. 2.

omnem ad castra propere misit, ac statim C. Marium cum cohortibus sociorum; eumque lacrumans per amicitiam perque rempublicam obsecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu victore, neve hostis inultos abire sinat: ille brevi mandata efficit. At Iugurtha munimento castrorum impeditus, quum alii super vallum præcipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes obficerent: multis amissis in loca munita sese recepit. Metellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exercitu revortitur. Igitur postero die, prius quam ad oppugnandum egre- 59
deretur, equitatum omnem in ea parte, qua regis adventus erat, pro castris agitare iubet: portas et proxuma loca tribunis dispertit: deinde ipse pergit ad oppidum atque ut superiore die murum adgreditur. Interim Iugurtha ex occulto repente nostros invadit; qui in proxumo locati fuerant, paullisper territi perturbantur: reliqui cito subveniunt. Neque diutius Numidæ resistere quivissent, ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congressu facerent, quibus illi freti, non, ut equestri prælio solet, sequi dein cedere; sed advorsis equis concurrere, implicare ac perturbare aciem, ita expeditis peditibus suis, hostis pæne victos

Cap. 58. *irrupit* Fabr. 1. inc. 1. Guelf. 7. Bas. 4. *occisi sunt* Leid. d. g. h. m. n. Erl. Bas. 4. *frustrare* Tur. Bern. 1. Ecc. Sen. 2. Heuss. Guelf. 7. 10. *quivere* aliquot Rivii. *clam. vel tumultum* Senat. 1. Vin. 1. Acad. Struv. inc. 1. Ecc. Guelf. 1. 2. 7. Tur. Bern. 3. *clam. host. vel tum.* Leid. b. c. *clamore vel tum.* Bas. 1. *clam. ut tum.* Paris d. *clam. tum.* Paris. e. Bas. 4. *clam. et* Franc. om. *et tumult.* Fabr. om. *propere misit* Bas. 1. 4. Fabr. Ac. Struv. Ecc. Guelf. 1. 4. 10. 11. omnes fere Leid. Erl. Tur. *effecit* Senat. 1. Vin. 2. Ecc. Guelf. 2. 9. Bas. 4. *recepit* Fabric. Bas. 1. Vinar. 1. Rem. inc. 2. Franc. Ecc. Guelf. 1. 2. 4. 9. Leid. a. b. c. d. e. f. g. i. l. m. Bern. 3. sed *recipit* omnes Palat. et Wassii, Rivii aliquot, Cortii plures.

Cap. 59. *qua regi adv.* Vin. 1. *paullisper turbabantur* Fabr. *quiverant* Guelf. 3. Bern. 1. *sequi dein cedere. dein* om. Guelf. 4. Struv. *adversi sequi* Rem. 2. Guelf. 1. Sen. 1. Fabr. 1. 2. m. pr. B. Pub. Turic. m. pr. Bas. 1. *implicari* Sen. 1. *hostis* om. Palat. 3. Bodl. B. Pub.

60 dare. Eodem tempore apud Zamam magna vi certabatur. Ubi quisque legatus aut tribunus curabat, eo acerrume niti; neque alius in alio magis quam in sese spem habere: pariterque oppidani agere, oppugnare aut parare omnibus locis: avidius alteri alteros sauciare quam semet tegere; clamor permixtus hortatione, lætitia, gemitu: item strepitus armorum ad cœlum ferri: tela utrimque volare. Sed illi, qui mœnia defensabant, ubi hostes paullum modo pugnam remiserant, intenti prælium equestre prospectabant; eos, uti quæque Iugurthæ res erant, lætos modo, modo pavidos animadvorteres: ac, sicuti audiri a suis aut cerni possent, monere alii, alii hortari, aut manu significare, aut niti corporibus, et ea huc et illuc quasi vitabundi aut iacientes tela agitare. Quod ubi Mario cognitum est, (nam is in ea parte curabat) consulto lenius agere ac diffidentiam rei simulare: pati Numidas sine tumultu regis prælium visere. Ita illis studio suorum adstrictis, repente magna vi murum adgreditur: et iam scalis egressi milites prope summa ceperant, quum oppidani concur-

Cap. 60. *neque alius alio magis* Guelf. 2. Sen. 2. Heuss. *pariterque opp.* Bas. 1. 4. Haverc. adsentientibus Leid. Tur. *quam in se* Fabr. Vin. 1. Ecc. Vrat. 1. inc. 2. Guelf. 1. *agere pugnare* Bas. 4. *propugnare* Bern. 1. *exhortatione* Struv. inc. Ecc. Guelf. 4. 11. Bern. 1. Leid. n. *semetipsos* Fabr. Rivii. *strepitu arm.* Bas. 4. *paullum modo* Fabr. Bas. 1. 4. Struv. Vin. 1. Leid. c. l. m. Tur. pro varia lectione. *paululum* ceteri. *eosque uticumque Iugurthæ res erant* Fabric. 1. m. sec. *et ea huc et illuc* Bas. 1. 4. inc. Ao. Sen. Vin. Heuss. Tur. Bern. 1. Vrat. 1. 3. Franc. Ecc. Guelf. 1. 2. 12. Leid. d. g. h. i. k. l. ita etiam omnes Pal. *significare niti* Bas. 4. Bern. 1. *et huc et illuc* Guelf. 3. 4. 10. Leid. f. *et huc illucque* Rem. 2. *et ea huc illucque* Leid. c. *et huc illuc* Struv. m. pr. *et ea huc illuc* Regius Wassii. *cognitum, nam* Bas. 4. *lenius agitare* Ecc. Guelf. 3. inc. Leid. h. i. *scalis adgressi* ita Grut. ex Palat. Senat. 1. inc. 2. Guelf. 1. Bas. 4. plures Leid. Mark. Λ. Γ. Pemb. Bern. 1. *egressi* Leid. a. f. g. h. m. m. sec. B. Pub. Turic. omnes fere Cort. Bas. 1. Bern. 1. 3. *ingressi* Leid. c. *tela ingerunt. tela* om. Leid. d. Martin. *comminutæ sunt* Leid. d. f. h. i. m. Bas. 4. *adflicti sunt. sunt* om. Leid. c. Bern. 3. *adflictis* Palat. 1. 2. *tum opp.* Tur. Struv. Sen. 1. *quo quisque modo* Vin. 2. ita Putschius ex mscrptis, Haverc. *quoquo modo* Fa-

runt, lapides, ignem, alia præterea tela ingerunt. Nostri primo resistere: deinde, ubi unæ atque alteræ scalæ comminutæ, qui supersteterant, adflicti sunt; ceteri, quoquo modo potuere, pauci integri, magna pars volneribus confecti abeunt. Denique utrimque prælium nox diremit. Metellus, postquam videt frustra 61
inceptum neque oppidum capi, neque Iugurtham, nisi ex insidiis aut suo loco pugnam facere, et iam æstatem exactam esse, ab Zama discedit et in his urbibus, quæ ad se defecerant, satisque munitæ loco aut mœnibus erant, præsidia imponit. Ceterum exercitum in provinciam, quæ proxuma Numidiæ, hiemandi gratia collocat. Neque id tempus ex aliorum more quieti aut luxuriæ concedit: sed, quoniam armis bellum parum procedebat, insidias regi per amicos tendere et eorum perfidia pro armis uti parat. Igitur Bomilcarem, qui Romæ cum Iugurtha fuerat et inde vadibus datis clam Massivæ de nece iudicium fugerat, quod ei per maxumam amicitiam maxuma copia fallendi erat, multis pollicitationibus adgreditur; ac primo efficit, uti ad se colloquen-

bric. inc. Bas. 1. 4. Acad. Sen. Struv. Heuss. Ecc. Vrat. 1. 2. Guelf. 1. 2. 6. 9. 11. 12. Paris. a. c. e. Tur. Bern. 1. 3. *vulnerib. confecti* Bas. 1. 4. Ac. Struv. inc. 1. Guelf. 1. 3. *volner.* Ac. Senat. 2. Heuss. Vrat. 2. *denique utr.* Bas. 1. inc. 1. Franc. Acad. Struv. Guelf. 3. 4. 7. 11. Paris. c. Tur. Bern. 1. 3. *deinde.* sic vetustiores Gruteri, omnes Leid. (præter m.) Teg. Paris. a. b. d. *utrinque* Bas. 4. et ita sæpius.

Cap. 61. *ubi videt* Bas. 1. *neque Iugurtham nisi* Vin. 1. Fabr. 2. Guelf. 2. 6. Struv. Vrat. 1. Tur. de Gruteri, Rivii, Haverc. libris nihil constat. ita certe ab iis editum est. multi *niti, nisi* in quibus Sen. 1. Guelf. 1. 4. 7. 9. 12. inc. Ac. Heuss. Bas. 1. 4. Bern. 1. 3. *ab se defecerant* plurimi libri. *ab sese, ab rege, ab Iugurtha* pauci. *ad se* Fabric. 1. m. pr. Fabric. 2. inc. aliquot Rivii et Gruteri. Leid. n. Bas. 4. Tur. Com. Fronto s. v. *deficit. ac in urbibus* Bas. 4. *in provincia* Ac. Senat. 2. Heuss. Guelf. 9. 12. Leid. n. Erl. Bern. 1. *est Num. est* om. Ac. Bas. 4. etiam Haverc. adsentientibus Leid. *ex al. more* præpos. om. Guelf. 4. Struv. *Massivæ de nece* Commel. Palat. 2. Senat. 1. Mark r. B. Pub. Leid. etiam firmare videntur. Turic. præpos. om. Fabric. Vin. 1. Guelf. 2. *de Massivæ nece* ceteri, in quibus Bas. 1. *deinde fide* sic omnes no-

di gratia occultus veniat: deinde fide data, si Iugurtham vivum aut necatum sibi tradidisset, fore, ut illi Senatus impunitatem et sua omnia concederet, facile Numidæ persuadet, quum ingenio infido, tum metuenti, ne, si pax cum Romanis fieret, ipse per
62 conditiones ad supplicium traderetur. Is ubi primum opportunum fuit, Iugurtham anxium ac miserantem fortunas suas accedit; monet atque lacrumans obtestatur, uti aliquando sibi liberisque et genti Numidarum, optume merenti, provideat: omnibus præliis sese victos, agrum vastatum, multos mortalis captos, occisos, regni opes comminutas esse: satis sæpe iam et virtutem militum, et fortunam temptatam: caveat ne, illo cunctante, Numidæ sibi consulant. His atque talibus aliis ad deditionem regis animum impellit. Mittuntur ad imperatorem legati qui Iugurtham imperata facturum dicerent, ac sine ulla pactione sese regnumque suum in illius fidem tradere. Metellus propere cunctos Senatorii ordinis ex hibernis accersi iubet: eorum atque aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet. Ita more maiorum, ex consilii decreto, per legatos Iugurthæ imperat argenti pondo ducenta millia, elephantos omnis, equorum et armorum aliquantum. Quæ postquam sine mora facta sunt, iubet omnis

stri. *dein* priores Edit. *metuenti ne. ne* om. Vrat. Fabr. Rem. Vin. 1. Sen. 2. Heuss. Ecc. Guelf. 1. 4. 7. 6. 11. 12. Teg. Leid. b. n. Bodl. B. Pub. Mark. Λ. Γ. m. sec. *quod si pax* Leid. k. *ad suppl. daretur* Vin. 2. Guelf. 3. Bas. 4. *traheretur* Guelf. 1. Teg.

Cap. 62. *opport. fuit* verbum om. Commel. Bodl. *optime meritæ* plerique Cortii libri, omnes Leid. Bas. 1. Bern. 3. *merenti* Vin. 1. Fabric. Turic. Rem. 2. Guelf. 1. Rivii aliquot et Palat. meliores. *merente* Guelf. 3. *captos occisos* Teg. Bas. 1. Tur. Bern. 1. *aut occ.* ceteri. *satis sæpe et iam* Fabric. 1. Teg. Tur. *etiam et* Fabric. 2. *iam* Guelf. 6. *caveat illo* Bern. 1. *qui-dicerent* Cort. om. *fidem traderet* Fabric. 1. Vin. 1. Sen. 2. Heuss. Teg. Turic. Guelf. 1. 10. ita etiam Palat. potiores. *traderent* Bas. 4. *illius fidei* Leid. h. *illis fide* Franc. *accersiri* Grut. Carrio, Gryphius, Veneta 1470. Guelf. 6. 10. 11. 12. Fabr. 2. Rem. 1. Sen. 2. Heuss. Vrat. 2. 3. Turic. m. sec. *accersi* Bas. 1. Fabric. 1. Vin. inc. Senat. 1. Rem. 2. Vrat. 1. Guelf. 1. 2. 3. 7. Bern. 1. *eorum et aliorum* Bas. 1. 4. Bern. 1. Erl. sic ante Rivium editum fuit. *uti ius*

perfugas vinctos adduci; eorum magna pars, uti iussum erat, adducti: pauci, quum primum deditio cœpit, ad regem Bocchum in Mauritaniam abierant. Igitur Iugurtha, ubi armis virisque et pecunia spoliatus est, cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur, rursus cœpit flectere animum suum et ex mala conscientia digna timere. Denique multis diebus per dubitationem consumptis, quum modo tædio rerum advorsarum omnia bello potiora duceret, interdum secum ipse reputaret, quam gravis casus in servitium ex regno foret; multis magnisque præsidiis nequicquam perditis, de integro bellum sumit. Et Romæ Senatus de provinciis consultus Numidiam Metello decreverat. Per idem tempus Uticæ 63
forte C. Mario, per hostias dis supplicanti, magna atque mirabilia portendi haruspex dixerat: proinde, quæ animo agitabat, fretus dis ageret; fortunam quam sæpissume experiretur; cuncta prospera eventura. At illum iam antea consulatus ingens cupido exagitabat: ad quem capiundum, præter vetustatem familiæ, alia omnia abunde erant: industria, probitas, militiæ magna scientia, animus belli ingens, domi modicus, lubidinis et divitiarum victor, tantummodo gloriæ avidus. Sed is natus et omnem pueritiam Arpini altus, ubi primum ætas militiæ patiens fuit, stipen-

Bas. 1. Haverc. Bern. 3. *adducti sunt* Leid. d. e. h. k. m. n. s. a. Leid. f. *in Mauretaneam* Bas. 1. præp. om. Rem. 2. sine præpos. Bern. 1. Rem. 2. *spoliatus est. est* om. Guelf. 11. *se spoliatum videt* Acad. *dum ipse* Bas. 1. Struv. Vin. 2. Ecc. Guelf. 3. 9. Leid. a. Gruteri meliores et alii vetusti. *tum* Guelf. 1. Turic. *ad imperatorem* Struv. *ad imperium* Vin. 2. sed cfr. Serv. ad Virg. Eclog. VIII. 71. *ipsum imperatorem* Bern. 1. *animum suum* pron. om. Bas. 4. Bern. 1. *et ex m. consc. et* om. Guelf. 3. 10. *ipse secum* Fabric. 2. Ecc. et alii quidam Cort.

Cap. 63. *supplicante* Ecc. Guelf. 4. m. pr. *auruspex* Vinar. 1. Fabr. 1. *aruspex* Bas. 1. *fretus dis* Bas. 1. Vin. 2. Sen. 1. Guelf. 1. 3. *agere* Sen. 1. Vinar. 1. Fabr. 1. Guelf. 1. 3. 9. Fabr. 2. m. sec. *prospere* ita Haverc. Vrat. 1. Paris. a. c. d. e. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. *ventura* Vrat. 1. Guelf. 3. 12. Bas. 4. *ingens belli* Guelf. 2. *per omnem puerit.* Bas. 1. 4. Acad. Struv. inc. Franc. Erl. Tur. Vrat. 3. Ecc. Guelf. 6. 10. 11. Leid. m. n. Palat. præter Nazar. Commel. Palat. 3. 4. *alitus* inc. Rem. 1. Franc.

diis faciundis, non Græca facundia neque urbanis munditiis sese exercuit: ita inter artis bonas integrum ingenium brevi adolevit. Ergo ubi primum tribunatum militarem a populo petit, plerisque faciem eius ignorantibus, facile notus per omnis tribus declaratur. Deinde ab eo magistratu alium post alium sibi peperit; semperque in potestatibus eo modo agitabat, ut ampliore quam gerebat dignus haberetur. Tamen is ad id locorum talis vir (nam postea ambitione præceps datus est) [consulatum] adpetere non audebat. Etiam tum alios magistratus plebs, consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. Novus nemo tam clarus neque tam egregiis factis erat, quin is indignus illo honore et qua-
64 si pollutus haberetur. Igitur ubi Marius haruspicis dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur; ab Metello petundi gratia missionem rogat: cui quamquam virtus, gloria atque alia optanda bonis superabant, tamen inerat contemptor animus et superbia, commune nobilitatis malum. Itaque primum commotus insolita re mirari eius consilium et quasi per amicitiam monere, ne tam prava inciperet, neu super fortunam animum gereret: non omnia omnibus cupiunda esse, debere illi res suas satis pla-

Ecc. Sen. 2. Heuss. Vin. 2. Guelf. 1. 7. 6. 11. Leid. c. e. h. m. n. deterior. Palat. cfr. Prisc. X. 6. 499. Is enim *altus* probat sed addit: in quibusdam autem Codicibus etiam *alitus* invenitur. *ætas mil. ætas* om. Rem. 1. Pembruch. *arteis bon.* vetusti Rivii. *petiit* Leid. d. m. n. Ac. Fabr. 2. Franc. Vrat. 1. Guelf. 12. Erl. Bas. 4. *ut ampliore honore* deteriores libri. sed *ut* Bas. 1. 4. Haverc. Leid. *talis vir (nam postea)* hoc ordine Bas. 1. 4. Fabr. 1. Senat. 2. Heuss. Tur. ita Haverc. et Leid. Bern. 3. plurimi parenthesin post *audebat* inculcant. *faciem ignor.* Tur. Teg. *datus est. est* om. Guelf. 6. *consulatum adpetere* olim editum. sed *cons.* om. Comm. quinque Palat. aliquot Wassii. Turic. Fabric. 1. inc. 2. Rem. Acad. Senat. 2. Heuss. Vrat. 2. Franc. Ecc. Guelf. 1. 2. 4. 6. 12. Bern. 1. *petere* Ecc. Guelf. 3. Vrat. 3. Leid. h. unus Wassii. *egregius factus* Erl. Teg. Paris. b. Bern. 1. *egregius factis* Leid. a. b. c. d. e. f. g. h. k. m. n. Mark. A. B. Pub. Bas. 1. inc. Turic. Fabr. 2. Ecc. Guelf. 6. 11. Paris a. d. e. *quin indign.* Fabric. 1. Franc. Ac. Paris. b.

Cap. 64. *Igitur ubi Marius cum arisp.* Commel. Palat. 1. 2. *ig. Mar. ubi* Guelf. 3. Bas. 4. *cum - videret* Bern. 3. *eodem quo cupido animi intendere videt* Palat. 4.

cere: postremo caveret id petere a populo Romano, quod illi iure negaretur. Postquam hæc atque alia talia dixit, neque animus Marii flectitur; respondit, ubi primum potuisset per negotia publica, facturum sese, quæ peteret. Ac postea sæpius eadem postulanti fertur dixisse, ne festinaret abire; satis mature illum cum filio suo consulatum petiturum. Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter viginti; quæ res Marium cum pro honore, quem adfectabat, tum contra Metellum vehementer accenderat. Ita cupidine atque ira, pessumis consultoribus, grassari: neque facto ullo neque dicto abstinere, quod modo ambitiosum foret: milites, quibus in hibernis præerat, laxiore imperio quam antea habere: apud negotiatores, quorum magna multitudo Uticæ erat, criminose simul et magnifice de bello loqui: dimidia pars exercitus si sibi permitteretur, paucis diebus Iugurtham in catenis habiturum: ab imperatore consulto trahi, quod homo inanis et regiæ superbiæ imperio nimis gauderet. Quæ omnia illis eo firmiora videbantur, quod diuturnitate belli res familiaris corruperant, et animo cupienti nihil satis festinatur.
Erat præterea in exercitu nostro Numida quidam, nomine Gau- 65

consulatum vel *consulatus petendi* Acad. incert. Ecc. Guelf. 3. 4. 6. 7. 9. 10. 11. 12. Leid. d. g. h. k. m. n. Bas. 4. Turic. Bern. 1. 3. *mirari primum eius c.* Guelf. 1. 2. Acad. Vin. Senat. 1. inc. 2. Rem. 2. Franc. Vrat. 2. Leid. g. m. n. Nazar. Commel. Palatin. 2. tres Wassii. Erl. *neu tam. pr.* Bas. 1. *neu tam supra* Bas. 1. *supra* etiam Franc. Leid. b. m. *caveret id peteret* Tur. *ne* aut *id* m. sec. adscripsit. *atque alia dixit* Vin. 1. Rem. 1. Vrat. 2. *atque talia* Ecc. *nam is eo tempore* Ac. Struv. incert. 2. Rem. 1. Guelf. 3. Leid. b. c. m. n. unus Popmæ. *in contubernio* pauci libri; ita ante Rivium editum. Erl. *cum pro h. cum* om. Fabr. Pal. 8. Guelf. 3. *tum* Commel. Palat. 3. Erl. Bern. 1. *ac magnifice* Rivii libri. *si sibi permitteretur. si* in paucis libris locum mutat, in aliquot editionibus et Leid. m. omittitur. *sibi si* Leid. l. unus Glareani, duo Wassii. Turic. *consulto trahi. bellum* addunt Acad. inc. Senat. 2. Heuss. Rem. 1. Franc. Ecc. Guelf. 4. 9. 10. 11. Leid. d. e. g. k. m. Erl. Bas. 4. Bern. 1. *corruperat.* ita Carrio et Mark. Γ. Λ. inter lineas. Ball. Bodl.

da, Mastanabalis filius, Masinissæ nepos; quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat, morbis confectus et ob eam caussam mente paullum imminuta. Cui Metellus petenti, more regum ut sellam iuxta poneret, item postea custodiæ caussa turmam equitum Romanorum, utrumque negaverat: honorem, quod eorum modo foret, quos populus Romanus reges adpellavisset; præsidium, quod contumeliosum in eos foret, si equites Romani satellites Numidæ traderentur. Hunc Marius anxium adgreditur atque hortatur, ut contumeliarum imperatoris cum suo auxilio pœnas petat; hominem ob morbos animo parum valido secunda oratione extollit: illum regem, ingentem virum, Masinissæ nepotem esse: si Iugurtha captus aut occisus foret, imperium Numidiæ sine mora habiturum: id adeo mature posse evenire, si ipse consul ad id bellum missus foret. Itaque et illum et equites Romanos, milites et negotiatores alios ipse, plerosque spes pacis impellit, uti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Marium imperatorem poscant. Sic illi a multis mortalibus honestissuma suffragatione consulatus petebatur; simul ea tempestate plebes, nobilitate fusa per legem Mamiliam, novos extollebat.
66 Ita Mario cuncta procedere. Interim Iugurtha postquam omissa deditione bellum incipit, cum magna cura parare omnia, festina-

Cap. 65. *Mastanabalis* Bas. 1. Fabr. 1. Senat. 1. Guelf. 1. 4. Leid. i. sed etiam hoc loco libri variant. *Mastanabilis* quatuor meliores Gruteri. Bern. 1. 3. *Manastabalis* Gruter. Fabr. 2. inc. Vinar. 2. Acad. Leid. c. d. f. g. *Manastabilis* plures Cortii. Leid. e. h. k. l. alii aliter. *paululum* deteriores Cortii et Gruteri. Leid. c. d. e. f. g. h. i. Bern. 1. 3. *in eos* om. Fabr. 1. quinque Wassii. *satelliti* multi libri, Fabr. Vin. inc. Rem. Franc. Struv. Senat. 2. Heuss. Acad. Vrat. Guelf. 3. 6. 7. 9. 10. 11. 12. Leid. d. f. h. i. l. m. n. Bas. 4. Turic. *contumeliarum in imperatorem* Fabric. 2. Senat. 1. Guelf. 2. Leid. a. c. d. e. f. g. h. n. Turic. *imperatori* Bas. 1. 4. Rem. Acad. Vrat. 2. incert. 2. Leid. b. i. k. l. m. Commel. Palat. 5. 7. 8. 9. Franc. Guelf. 6. 7. 9. 10. 11. Paris. a. b. c. d. e. *imperatorem* Struv. incert. 1. Heuss. Senat. 2. *imperatore* Fabr. 1. m. pr. Pal. 3. *imperatoris* Guelf. 1. 3. 4. (m. pr.) Vin. 2. aliquot Wassii. Bern. 1. 3. *si vi iug.* Bas. 1. *occisus esset.* Fabr. 1. Franc. *foret* ceteri. *ad bellum missus* Fabr.

re, cogere exercitum: civitates, quæ ab se defecerant, formidine aut ostentando præmia adfectare: communire suos locos, arma, tela, aliaque, quæ spe pacis amiserat, reficere aut commercari: servitia Romanorum adlicere et eos ipsos, qui in præsidiis erant, pecunia temptare: prorsus nihil intactum neque quietum pati: cuncta agitare. Igitur Vaccenses, quo Metellus initio, Iugurtha pacificante, præsidium imposuerat, fatigati regis suppliciis neque antea voluntate alienati, principes civitatis inter se coniurant: nam volgus, uti plerumque solet, et maxume Numidarum, ingenio mobili, seditiosum atque discordiosum erat, cupidum novarum rerum, quieti et otio advorsum: dein, compositis inter se rebus, in diem tertium constituunt; quod is festus celebratusque per omnem Africam ludum et lasciviam magis quam formidinem ostentabat. Sed ubi tempus fuit, centuriones tribunosque militaris et ipsum præfectum oppidi, T. Turpilium Silanum, alius alium domos suas invitant: eos omnis, præter Turpilium, inter epulas obtruncant: postea milites palantis, inermos, quippe in tali die ac sine imperio, adgrediuntur. Idem plebes facit, pars edocti ab nobilitate, alii studio talium rerum incitati: quis acta consiliumque ignorantibus tumultus ipse et res novæ satis placebant.

ita Carrio. *milites et negot.* *milites* om. Bas. 1. m. sec. Rem. 1. inc. 2. Comm. Pal. 7. Leid. d. *pacis spe* aut *spe pacis* Guelf. 3. 6. 7. 9. 10. 11. 12. Ecc. Rem. 1. inc. Franc. Ac. Struv. Vinar. 2. Vrat. Leid. e. h. k. l. n. Erl. Bas. 4. Bern. 1. *pacis spes* Leid. l. Turic. Bern. 3. *Mamiliam* meliores. alii *Mamill.* vel *Manil.* *perculsa per leg.* Erl. Leid. h. n. Guelf. 10. inc. 2. Rem. 1. *percussa* Vrat. 3. Guelf. 11.

Cap. 66. *incepit* inc. Ac. Struv. Rem. 1. Vin. 2. Tur. Guelf. 6. 7. 9. 10. Leid. a. e. f. k. m. n. *aliaque omnia* Leid. b. *alia omnia* Leid. n. *atque alia, quæ* inc. 2. *alia quæ* Ecc. Guelf. 3. Tur. Bern. 3. *Vagenses* Nazar. *Vacenses* Commel. Guelf. 6. 10 *volgus* Bas. 1. Senat. Acad. Heuss. Vrat. 2. *disc. erat. erat.* om. duo libri. *dein* Rivii libri. *constituunt.* deterior. libri *cædem, interfectionem, occisionem* addunt. *Sullanum* Rivii vetusti et Palatini plures, *Silanum* pauci ex Pal. *Syllanum* alii. *inermos* Bas. 1. Leid. l. duo Rivii. *plebes* unus Rivii. Bern. 3. *quis* omnes fere libri.

*

67 Romani milites, improviso metu incerti ignarique, quid potissumum facerent, trepidare; ad arcem oppidi, ubi signa et scuta erant, præsidium hostium; portæ ante clausæ fugam prohibebant: ad hoc mulieres puerique pro tectis ædificiorum saxa et alia, quæ locus præbebat, certatim mittere. Ita neque caveri anceps malum, neque a fortissumis infirmissumo generi resisti posse: iuxta boni malique, strenui et imbelles inulti obtruncari. In ea tanta asperitate, sævissumis Numidis et oppido undique clauso, Turpilius præfectus unus ex omnibus Italicis profugit intactus; id misericordiane hospitis, an pactione, an casu ita evenerit, parum comperimus; nisi, quia illi in tanto malo turpis vita inte-
68 gra fama potior fuit, improbus intestabilisque videtur. Metellus, postquam de rebus Vaccæ actis comperit, paullisper mœstus e conspectu abit: deinde, ubi ira et ægritudo permixta sunt, cum maxuma cura ultum ire iniurias festinat. Legionem, eum qua hiemabat, et quam plurimos potest Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit; et postera die circiter horam tertiam pervenit in quamdam planitiem, locis paullo superioribus circumventam. Ibi milites fessos itineris magnitudine et iam ab-

Cap. 67. *metu. perculsi* vel *percussi* addunt deteriores libri. *trepidare arcem* Bas. 1. Fabr. Vin. Sen. Heuss. Vrat. 2. 3. Struv. inc. 2. Ecc. Guelf. 1. 2. 3. 9. 11. aliquot Gruteri et Wassii. Bern. 3. *apud arcem* plures Palat. *et portæ* Bas. 4. *obtruncari* Bas. 1. 4. Fabr. Guelf. 8. 4. 9. Leid. i. unus Wassii. Tur. Bern. 1. 3. *intact. prof.* Bas. 1. 4. *an pactione aut casu* Bas. 1. Vin. 2. Sen. 2. Heuss. Rem. Ac. inc. 1. Struv. Guelf. 1. 10. 11. *aut pact. aut casu* Senat. 1. Guelf. 3. Vrat. 2. Bas. 4. Bern. 3. *potior fuit. fuit* om. Ecc. Senat. 1. *erat* Paris. b. *fama integra* inc. 1. Fabr. 2.

Cap. 68. *paullisper motus* Vrat. 1. *abiit* Vin. 1. Fabric. 2. Struv. Franc. Turic. omnes Leid. Bas. 4. sed *abit* Fabric. Rivii. Gruter. plures Cort. Bas. 1. Bern. 3. *ex conspectu* Guelf. 1. 6. 10. Bern. 3. Turic. Bas. 4. *esse consp.* Guelf. 2. *iniur. ult. ire fest.* Teg. *ire* om. Erl. *educit, post.* Bas. 4. *abnuentis* Nazar. Bas. 1. Guelf. 1. *in primo latere* omnes libri. *edocet* Leid. a. e. k. n. *et signa. et* om. Rem. 1. Guelf. 12.

Cap. 69. *ubi primum* Bern. 1. 3. Bas. 4. Leid. b. d. *animum advertere* Bas. 1.

nuentis omnia docet, oppidum Vaccam non amplius mille pas-
suum abesse: decere illos reliquum laborem æquo animo pati,
dum pro civibus suis, viris fortissumis atque miserrumis, pœnas
caperent; præterea prædam benigne ostentat. Sic animis eorum
arrectis, equites in primo late, pedites quam artissume ire et sig-
na occultare iubet. Vaccenses ubi animum advortere, ad se vor- 69
sum exercitum pergere: primo, uti erat (res,) Metellum esse
rati, portas clausere: deinde ubi neque agros vastari et eos, qui
primi aderant, Numidas equites vident; rursum Iugurtham arbi-
trati, cum magno gaudio obvii procedunt. Equites peditesque
repente signo dato, alii volgum effusum oppido cædere, alii ad
portas festinare, pars turris capere: ira atque prædæ spes amplius
quam lassitudo posse. Ita Vaccenses biduum modo ex perfidia
lætati: civitas magna et opulens cuncta pœnæ aut prædæ fuit.
Turpilius, quem præfectum oppidi unum ex omnibus profugisse
supra ostendimus, iussus a Metello caussam dicere, postquam se-
se parum expurgat, condemnatus verberatusque capite pœnas
solvit; nam is civis ex Latio erat. Per idem tempus Bomilcar, 70
cuius impulsu Iugurtha deditionem, quam metu deseruit, incepe-

Fabric. m. pr. meliores Gruteri. Paris. a. c. *animo* Ecc. Guelf. 1. Pemb. Mark. 1. Tur. *vorsum* Bas. 1. Fabric. 1. Sen. 1. Guelf. 3. duo Rivii. *uti erat res* Bas. 1. inc. 1. Struv. Franc. Naz. Comm. Guelf. 1. 2. 6. 7. 12. *uti res erat* ceteri. *claudere* Bas. 4. *Numidas equites. equites* delet Leid. l. *rursum* Bas. 1. Fabric. 1. Struv. Senat. 1. tres Guelf. *Iug. rati* Leid. b. d. h. m. n. Bas. 4. *volgum* Bas. 1. Guelf. 2. 10. Senat. Heuss. *vulgum* Vin. 1. Fabric. 1. Struv. inc. Franc. tres Guelf. *volgus* Ac. Guelf. 9. Vrat. 2. *vulgus* ceteri. *turris* Bas. 1. *ira atque prædæ spes* hoc ordine meliores Cort. aliquot Leid. Pemb. Bas. 1. 4. Bern. 3. *cuncta poenæ* ita plerique libri. *poenæ cuncta* quatuor Cortii, ita olim editum fuit. *Turpilium quem* Fabric. 1. *ostendimus. diximus* Franc. Leid. b. h. m. *monstravimus* Guelf. 3. *docuimus* vel *meminimus* alii. *condemnatusque verberatusque* Bas. 1. Bern. 1. *nam civis ex collatio erat* Fabric. 1. *collatio* præterea Fabr. 2. Bas. 1. 4. Struv. Rem. 1. Franc. Vin. 1. Sen. 2. Heuss. Ecc. Guelf. 1. 2. 6. 9. 10. 11. 12. Leid. a. b. d. e. f. h. i. k. m. n. omnes Palat. multi Wassii. Teg. Tur. m. sec. Bern. 1. etiam Guelf. 7. Ac. inc. 1. Rem. 2. fere similiter.

rat, suspectus regi et ipse eum suspiciens, novas res cupere: ad perniciem eius dolum quærere; die noctuque fatigare animum; denique omnia temptando, socium sibi adiungit Nabdalsam, hominem nobilem, magnis opibus clarum acceptumque popularibus suis: qui plerumque seorsum ab rege exercitum ductare et omnis res exsequi solitus erat, quæ Iugurthæ fesso aut maioribus adstricto superaverant: ex quo illi gloria opesque inventæ. Igitur utriusque consilio dies insidiis statuitur: cetera, uti res posceret, ex tempore parari placuit. Nabdalsa ad exercitum profectus, quem inter hiberna Romanorum iussus habebat, ne ager, inultis hostibus, vastaretur. Is postquam magnitudine facinoris perculsus ad tempus non venit metusque rem impediebat; Bomilcar simul cupidus incepta patrandi et timore socii anxius, ne omisso vetere consilio novum quæreret, literas ad eum per homines fidelis mittit, in quis mollitiam socordiamque viri accusare, testari deos, per quos iuravisset; monere ne præmia Metelli in pestem converteret, Iugurthæ exitium adesse, ceterum suane an virtute Metelli periret, id modo agitari: proinde reputaret cum animo suo, præ-
71 mia an cruciatum mallet. Sed quum hæ literæ adlatæ, forte Nabdalsa, exercito corpore fessus, in lecto quiescebat; ubi cogni-

Cap. 70. *suspectans* Leid. c. Guelf. 3. *et perniciem eius dolo quærere* ita hæc laudat Non. 4. 438. *eius* om. Bern. *diu* Senat. 1. Rem. 2. Guelf. 12. m. emendatrice. *Nabdalsalem* Bas. 4. *Napdalsam* plurimi libri. *Nabdalsam* meliores. *a rege* Teg. Erl. Bas. 4. *asstricto* Bas. 1. *parari* plurimi libri. *parare* pauci ex Cort. unus Rivii. *inultus hostibus* Fabric. inc. 1. Guelf. 1. *percussus* Rivii libri. *simul cupidinibus* Rivii libri, accedunt pauci ceterorum. in quib. Naz. Teg. Turic. m. pr. *in quis* omnes fere libri. *mollitiam* Bas. 1. Vin. 1. Sen. 1. Guelf. 2. Struv. Franc. Bern. 3. Tur. *secordiamque* plures Cortii. Leid. m. *monere ne præmia. monere* Fabric. 1. om. *ne converteret* Guelf. 4. Struv. inc. 2. *an Metelli virtute* Teg. Bas. 1. Tur. Bern. 1.

Cap. 71. *hæ lit.* pron. om. Sen. 1. *Nabdalsar* Thosan. Palm. *Nabdalsal* Bas. 4. *exercitato corp.* Vin. 1. Ac. Struv. inc. 2. Rem. 1. Franc. Ecc. Guelf. 6. 7. 9. 10. 11. 12. Leid. d. f. k. m. *cepit eum* vel *illum* quatuor iuniores libri ex Cort. *erat ibi Num.* Leid. 1. *erat Numida* Rem. 1. Naz. Palat. 2. *et omnium. et* om. Bern. 1. *et ex consuetudi-*

tis Bomilcaris verbis primo cura, deinde, uti ægrum animum so-
let, somnus cepit. Erat ei Numida quidam negotiorum curator,
fidus acceptusque et omnium consiliorum, nisi novissumi, parti-
ceps. Qui postquam adlatas literas audivit et ex consuetudine ra-
tus opera aut ingenio suo opus esse, in tabernaculum introiit:
dormiente illo epistolam, super caput in pulvino temere positam,
sumit ac perlegit: dein propere, cognitis insidiis, ad regem per-
git. Nabdalsa, post paullo experrectus, ubi neque epistolam rep-
perit et rem omnem, uti acta erat, (ex perfugis) cognovit; pri-
mo indicem persequi conatus, postquam id frustra fuit, Iugur-
tham placandi gratia accedit; dicit, quæ ipse paravisset facere,
perfidia clientis sui præventa: lacrumans obtestatur per amiciti-
am perque sua antea fideliter acta, ne super tali scelere suspec-
tum sese haberet. Ad ea rex aliter, atque animo gerebat, placide 72
respondit. Bomilcare aliisque multis, quos socios insidiarum cog-
noverat, interfectis, iram oppresserat: ne qua ex eo negotio se-
ditio oriretur. Neque post id locorum Iugurthæ dies aut nox
ulla quieta fuit: neque loco, neque mortali cuiquam aut tempo-
ri satis credere: civis hostesque iuxta metuere: circumspectare
omnia et omni strepitu pavescere: alio atque alio loco sæpe con-

ne Fabric. Bas. 1. Acad. Vin. 1. Ecc. inc. 1. Guelf. 6. 9. 11. meliores Gruteri. plures Rivii. *etiam ex consuet.* Bern. 3. *introiit* Bas. 1. Fabric. 1. Guelf. 9. Bern. 1. 3. *introivit* Fabric. 2. Ecc. Guelf. 3. 6. 7. 10. 11. 12. Vin. Ac. Struv. inc. Rem. Franc. *introit* alii. *repperit* Bas. 1. *post paullo* Rivius. *uti acta* incert. 2. *ex perfugis* om. Mark. A. *ex scurris* Guelf. 3. *ex servis* Palat. 3. Leid. c. k. Bern. 1. *expertus* Nazar. *gratia accessit* Vin. 1. *dicit quæ ipse. dicit* om. Guelf. 2. *paravisset. facere* om. hoc loco. Tur. Fabric. 1. Guelf. 3. qui *facere-præventa. præventum* ita Carrio, cui omnes Leid. præter l. accedere videntur.

Cap. 72. *post id negotiorum* Leid. d. e. m. n. Rittershus. liber. Mark. r. Struv. Rem. 1. Franc. Guelf. 4. 11. Bas. 4. *atque animo haberet* Guelf. 6. *ac animo haberet* Bas. 4. *quam animo haberet* Leid. d. *quieta fuere* Guelf. 3. *erat* Bern. 1. *fuit* ceteri libri. *cives hostesque* ita plurimi libri. *civis hostesque* Bas. 1. Teg. *cives hostes* Guelf. 1. inc. 2. *civis hostis* Commel. quatuor Wassii. *alio atque alio loco. atque alio* om.

73 tra decus regium noctu requiescere: interdum somno excitus arreptis armis tumultum facere; ita formidine, quasi vecordia, exagitari. Igitur Metellus, ubi de casu Bomilcaris et indicio patefacto ex perfugis cognovit, rursus, tamquam ad integrum bellum, cuncta parat festinatque. Marium, fatigantem de profectione, simul et invitum et offensum, sibi parum idoneum ratus, domum dimittit. Et Romæ plebes, literis, quæ de Metello ac Mario missæ erant, cognitis, volenti animo de ambobus acceperant. Imperatori nobilitas, quæ antea decori [fuit,] invidiæ esse; at illi alteri generis humilitas favorem addiderat; ceterum in utroque magis studia partium quam bona aut mala sua moderata. Præterea seditiosi magistratus volgum exagitare, Metellum omnibus concionibus capitis accersere, Marii virtutem in maius celebrare. Denique plebes sic accensa, uti opifices agrestesque omnes, quo-

Guelf. 1. 2. 6. 7. Senat. Fabric. Vinar. 1. Bas. 1. 4. Vrat. 1. 3. Acad. Struv. incert. 1. Rem. Franc. Heuss. Leid. i. m. Mark. Γ. Λ. Bodl. Teg. Turic. Bern. 3. *et omni strep. et* om. Erl.

Cap. 73. *invitum* ita plures et meliores libri. *invisum* ceteri. *sibi parum. sibi* om. Bern. 1. *plebes* Bas. 1. Fabric. 1. inc. 2. Senat. Heuss. Vinar. 1. Guelf. 1. 3. 9. *decori fuerat* ita vulgo. sed *fuit* Fabric. Sen. 1. Bas. 1. 4. Acad. inc. Struv. Rem. 2. Guelf. 1. 2. 9. Leid. d. b. Erl. Tur. *erat* Guelf. 10. m. pr. verbum om. Rem. 1. Vrat. 3. *addidit* Fabric. *addebat* Leid. d. Bas. 4. *moderabantur* Fabric. 2. Guelf. 2. 3. 9. Leid. g. Bern. 3. *moderabant* Vinar. 1. Fabric. 1. Teg. *mod. sunt* Leid. d. f. h. m. Erl. Bas. 4. Tur. *volgum* Bas 1. Acad. Vrat. 2. Guelf. 2. *vulgum* plerique. *vulgus* ceteri. *volg. excitare* Sen. 1. Bas. 1. *reum accersere* Bas. 4. Leid. f. k. m. Vin. 1. Franc. Guelf. 10. 12. *accersere* ex Cort. Acad. Struv. Senat. 2. Heuss. Guelf. 3. 4. 7. *poena capitis arc.* Rem. 1. Guelf. 9. 11. *celebravere* Leid. l. *plebes* Bas. 1. Fabr. 1. Guelf. 2. 3. Senat. 1. Vin. 1. *frequentabant* Fabr. 1. inc. 2. Rem. 1. Ecc. Bern. 3. *Manilio Mancino* ita Sen. 1. Cort. *Mancino* etiam Commel. Pal. 7. Franc. Leid. m. c. ceteri quam maxime variant. alii *Mantino*, alii *Numantino*, alii *Mancio; Manlio Mancilio* Bas. 1. *L. Manlio* Bern. 1. Vin. 1. Guelf. 4. sed is *Manilio. Mallio Maccino* Leid. a. *Manlio Mancino* Leid. l. quod verum puto. *Manlio* enim longe plurimi. item *Mancino*, cuius loco deterior. *Mantino*, optimorum librorum auctoritate confirmatur.

rum res fidesque in manibus sitæ erant, relictis operibus, fre-
quentarent Marium, et sua necessaria post illius honorem duce-
rent. Ita, perculsa nobilitate, post multas tempestates novo ho-
mini consulatus mandatur; et postea populus a Tribuno plebis
Manlio Mancino rogatus, quem vellet cum Iugurtha bellum ge-
rere? frequens Marium iussit. Sed Senatus paullo ante Metello
decreverat: ea res frustra fuit. Eodem tempore Iugurtha, amissis 74
amicis, quorum plerosque ipse necaverat, ceteri formidine, pars
ad Romanos, alii ad regem Bocchum profugerant, quum neque
bellum geri sine administris posset, et novorum fidem in tanta
perfidia veterum experiri periculosum duceret, varius incertus-
que agitabatur. Neque illi res, neque consilium aut quisquam
hominum satis placebat: itinera præfectosque in dies mutare: mo-
do advorsum hostes, interdum in solitudines pergere: sæpe in

Sed senatus paulo ante Metello Numidiam decreverat. hæc est vulgata lectio, quam etiam Rivius, Gruterus, Wassius retinuerunt. *Numid. Metello* Bas. 4. *Numidiam provinciam* plures Edit. inc. 2. Rem. 1. Vrat. 2. Guelf. 6. 9. 10. 12. Palat. 5. 8. ceteri varie turbant. *prov. Num.* Erl. *sed paullo decreverat senatus* Bern. 3. *sed sen. paullo decio decr.* Fabric. Guelf. 1. Teg. Turic. ita et Guelf. 2. is vero ut Guelf. 2. Bas. 1. Heuss. Rem. 2. *senatus* omisit. *sed. sen. paullo decr.* Vin. 1. ita et Sen. 2. sed *paullum* legit, ut Heuss. et Rem. 2. *sed sen. paullo post* Commel. *sed paullo ante Metellum decreverat* Struv. Bern. 1. *sed paullo decr.* Bas. 1. Naz. m. pr. alii tantummodo pauca verba et quidem maxime *senatus et Numidiam* transponunt. *Numidiam* om. ex Gruteri libris Nazar. Commel. Palat. 3. 4. 6. 7. 9. *frustra erat* Fabr. Tur.

Cap. 74. *Boccum* Vrat. 2. Struv. Acad. Guelf. 2. *novorumque* sic Gruterus ex antiquissimis Haverc. adsentientibus omnibus fere Leid. *et novorum* omnes fere Cortii, Leid. c. Wassii libri, nostri omnes præter Bern. 1. *et* om. Fabric. 1. Guelf. 1. recentior. Gruteri. Bern. 1. *et cum novor.* Bas. 4. Leid. a. *varius incertusque* Rivii libri, Commel. Nazar. veteres Edit. pauci Cortii. Leid. a. c. d. e. f. g. i. l. m. Bern. 3. *vanus incertusque* Vin. 2. Senat. Heuss. Acad. Bas. 1. Fabric. Guelf. 1. 2. 3. *vagus inc.* Vin. 1. inc. Struv. Vrat. 3. Rem. 1. Bas. 4. Tur. Franc. Ecc. Guelf. 4. 9. 10. 11. 12. Leid. b. h. k. n. Palat. 3. et alii aliquot ex Palat. quinque Wassii. *agitabat* Commel. Fabric. Paris. c. *quisquam omnium* Guelf. 3. 7. 9. Ac. Fabr. Teg. Tur. Struv. Rem.

fuga, ac post paullo in armis spem habere: dubitare, virtuti an fidei popularium minus crederet; ita, quocumque intenderat, res advorsæ erant. Sed inter eas moras repente sese Metellus cum exercitu ostendit. Numidæ ab Iugurtha pro tempore parati instructique: dein prælium incipitur. Qua in parte rex pugnæ adfuit, ibi aliquamdiu certatum: ceteri eius omnes milites primo congressu pulsi fugatique. Romani signorum et armorum aliquanto numero, hostium paucorum potiti: nam ferme Numidas
75 in omnibus præliis magis pedes quam arma tutata sunt. Ea fuga Iugurtha impensius modo rebus suis diffidens cum perfugis et parte equitatus in solitudines, dein Thalam pervenit, in oppidum magnum atque opulentum, ubi plerique thesauri filiorumque eius multus pueritiæ cultus erat. Quæ postquam Metello comperta sunt, quamquam inter Thalam flumenque proximum, in

1. Franc. Leid. m. Martin. placebant Ecc. Vrat. 3. *præfectos in d.* Acad. *profectusque* inc. m. sec. Guelf. 1. *præpos.* om. Leid. c. *in fugam* Vratisl. 3. Guelf. 4. 9. 11. *post paullo* Gruter. Bas. 1. cum tribus aliis Cortii libris. Leid. l. *paullo post* ceteri. *in armis spem habere* hoc ordine omnes fere libri. *spem in armis* ita Gruter. et tres Cortii bonæ notæ. *virtuti an fidei popul.* hoc ordine Gruter. et Wassius et plerique libri. *virt. pop. an fidei* Fabr. Guelf. 3. 6. *fide* Fabric. 1. *se Met.* plurimi Codd. *sese* Bas. 1. inc. 1. Guelf. 3. Franc. *advorsæ erant. erant om.* Bas. 4. *instructique sunt* ita vulgo. *erant* Guelf. 4. *parati erant instr.* Guelf. 6. verbum om. Senat. 1. Fabr. Ecc. Guelf. 2. 10. 12. Gruter. Haverc. et Leid. præter k. *instructi deinde* Bas. 4. *pugnæ adfuit. pugnæ* om. Sen. 2. Heuss. Guelf. 4. 11. *cert. est* Erl. Leid. b. c. d. e. f. g. h. Bas. 4. Bern. 3. *ceteri omnes eius milites* hoc ordine plurimi libri. *ceteri eius omnes m.* Tur. Fabr. Bas. 1. 4. Acad. Struv. inc. 2. Guelf. 1. 2. Leid. b. c. d. e. f. g. h. Bern. 3. *omnes* om. Bern. 1. *c. om. mil. eius* inc. 1. *mil. cet. eius omnes* Franc. *primo concursu* Fabr. Guelf. 6. Leid. h. forsitan et Tur. m. pr. *congressu* ceteri. *fugatique sunt* Leid. a. d. f. n. Bas. 4. Tur. Bern. 3. *fugati* Leid. h. *et aliquanto num. hostium* ita omnes fere libri. *et* om. Vin. 1. Guelf. 3. 10. 11. 12. Paris. e. *Numidis* Bas. 1. m. pr. Fabr. 1. m. pr. Teg. Tur. m. pr. *tuta* Comm. Nazar. Palat. 2. Fabric. 1. Paris. a. Ecc. Guelf. 1. 2. 3. 4. 9. 10. Leid. a. d. f. i. *tutata* plurimi inter quos Leid. l. Paris. c. Bas. 1. Tur. Bern. 3. *tutati sunt.* Acad. Struv. inc. Rem. 2. Franc.

spatio millium quinquaginta, loca arida atque vasta esse cognoverat; tamen spe patrandi belli, si eius oppidi potitus foret, omnis asperitates supervadere ac naturam etiam vincere adgreditur Igitur omnia iumenta sarcinis levari iubet, nisi frumento dierum decem: ceterum utres modo et alia aquæ idonea portari. Præterea conquirit ex agris quam plurimum potest domiti pecoris; eo imponit vasa cuiusque modi, sed pleraque lignea, collecta ex tuguriis Numidarum. Ad hoc finitumis imperat, qui se post regis fugam Metello dederant, quam plurimum quisque aquæ portaret, diem locumque, ubi præsto fuerit, prædicit. Ipse ex flumine, quam proxumam oppido aquam esse supra diximus, iumenta onerat; eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. Deinde ubi ad id loci ventum, quo Numidis præceperat, et castra posita munitaque sunt; tanta repente cœlo missa vis aquæ dicitur, ut ea mo-

Guelf. 6. 7. 11. 12. Leid. b. c. e. h. k. n. Paris. b. d. e. Bern. 1. *magis quam arma pedes tutati sunt* Bas. 4.

Cap. 75. *in oppid. mag. et op.* ita Gruter. Fabric. Tur. Bas. 1. Paris. a. b. c. d. Senat. Vinar. Vrat. 1. 3. Heuss. Acad. Guelf. 1. 2. 4. 7. 9. Pemb. Mark. Γ. et Λ. Bern. 3. m. sec. *id oppid.* inc. Struv. Vrat. 2. Guelf. 3. 10. 12. Haverc. aliquot Gruteri. et Wass. Leid. Paris. e. Bas. 4. Bern. 1. *atque op.* Vrat. 1. Guelf. 9. 10. 11. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. *ibique plerique* Bas. 1. Vinar. 2. Vrat. 1. inc. Franc. Struv. Ecc. Guelf. 1. 4. 6. 9. 10. Leid. f. l. Paris. a. c. d. e. *ibi* Guelf. 12. Vrat. 2. Leid. k. Paris. e. Bas. 4. Tur. m. pr. *ubique* Sen. 1. *ubi* ceteri. *in spatio. in* om. Guelf. 9. *eius oppido* Comm. Pal. 6. Mark. Γ. Λ. Vin. 1. Guelf. 6. Vrat. 1. Bern. 3. *eius opp. si potitus foret* Guelf. 4. *levare* Fabr. Tur. *nisi frumentum* Rem. 1. Guelf. 6. *nisi frumenta* Fabr. 1. Guelf. 2. *et alia quæ idonea* Guelf. 6. 7. 11. Rem. 1. Vin. 1. *aliaque idonea* inc. 2. *alia quæque aquæ* Bern. 1. *et alia idonea* Guelf. 3. *eo imponit* Sen. 2. Heuss. Naz. Leid. l. *sed pleraque lignea* Leid. d. e. f. g. h. i. k. l. ita Edit. vetustiores. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. *Metello dederant* omnes Cortii libri. Leid. *dediderunt* priores Edit. *portarent* Guelf. 11. *oppido esse aquam* Bern. 1. *ubi præsto fuerit* Fabr. Bas. 1. Ecc. inc. Tur. Rem. Vin. Senat. Vrat. Acc. Heuss. Struv. Guelf. 1. 2. 4. 6. 7. 9. 10. 11. 12. plerique Leid. *fuerint* Guelf. 3. *forent* pauci Cort. ita Gruter. edidit. *fuerunt* Bas. 4. *foret* Bern. 1. *ubi præsto sint* Franc. *prædixit* Ecc. Leid. k. *dicit* Guelf. 9. *dein ubi* Bern. 1. *ven-*

do exercitui satis superque foret. Præterea commeatus spe amplior: quia Numidæ, sicuti plerique in nova deditione, officia intenderant. Ceterum milites religione pluvia magis usi: eaque res multum animis eorum addidit; nam rati sese dis immortalibus curæ esse. Deinde postero die, contra opinionem Iugurthæ, ad Thalam perveniunt. Oppidani, qui se locorum asperitate munitos crediderant, magna atque insolita re perculsi, nihilo segni-
76 us bellum parare: idem nostri facere. Sed rex nihil iam infectum Metello credens, quippe qui omnia, arma, tela, locos, tempora, denique naturam ipsam, ceteris imperitantem, industria vicerat, cum liberis et magna parte pecuniæ ex oppido noctu profugit: neque postea in ullo loco amplius uno die aut una nocte moratus, simulabat sese negotii gratia properare; ceterum proditionem timebat, quam vitare posse celeritate putabat; nam talia consilia per otium et ex opportunitate capi. At Metellus, ubi oppidanos prælio intentos, simul oppidum et operibus et loco munitum videt, vallo fossaque mœnia circumvenit. Deinde iubet locis ex copia maxume idoneis vineas agere, (superque eas) aggerem iacere et

tum est Leid. c. d. e. f. g. h. k. l. n. Bas. 4. Bern. 1. 3. *veniunt* Leid. i. *ventum quod* Nazar. Commel. Bas. 1. Fabric. 1. Teg. Turic. is vero addit: vel *quo*. Senat. Heuss. Vrat. 1. 2. Guelf. 1. 2. 6. omnes Leid. *quo* ceteri. *quo Numidis venire* Bas. 4. *pro religione* Guelf. 4. Leid. n. *ex religione* alii. *pluviæ magis usi* Bern. 3. *addiderat* Leid. e. f. *rati sese* Bern. 1. *dein postero* Bern. 3. *fecere* Vin. 1. Ac. Guelf. 6. Leid. d. e. *faciunt* Guelf. 10. Leid. f.

Cap. 76. *iam nihil* Tur. *nihil iam infectum Metello credens* Fabric. Bas. 1. 4. Ac. inc. 1. Franc. cum quatuor aliis Cortii. Tur. nisi quod *iam nihil* habet, Bern. 1. Bern. 3. eodem ordine sed *a Metello*. *Metello infectum* ceteri. *iam* om. Fabr. 2. inc. 2. *locos* ita Gruter. Fabric. Bas. 1. 4. Acad. Bern. 1. 3. *loca* plurimi libri. *magna pecunia* ita unus Wassii, Venetæ Edit. *maxima parte* Erl. *uno die* Bas. 1. 4. Ecc. Guelf. 6. 11. 12. Leid. c. e. f. h. i. k. l. Nazar. et Palat. aliquot. Erl. Bern. 1. 3. *deinde iubet duobus locis* Leid. c. g. l. Erl. Guelf. 2. m. pr. et 3. in Turic. m. sec. *iubet* erasit et *duobus* superscripsit. *deinde iubet locis*. *iubet* om. Vin. 1. Vrat. 1. *superque*

super aggerem impositis turribus opus ad ministros tutari. Contra
hæc oppidani festinare, parare: prorsus ab utrisque nihil reliquum
fieri. Denique Romani, multo ante labore præliisque fatigati,
post dies quadraginta quam eo ventum erat, oppido modo potiti:
præda omnis ab perfugis corrupta. Ii postquam murum arietibus
feriri resque suas adflictas vident, aurum atque argentum et alia,
quæ prima ducuntur, domum regiam comportant: ibi vino et
epulis onerati, illaque, et domum, et semet igni corrumpunt;
et quas victi ab hostibus poenas metuerant, eas ipsi volentes pe-
pendere. Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad 77
Metellum venerant, orantes, uti præsidium præfectumque eo mit-
teret; Hamilcarem quemdam, hominem nobilem, factiosum, no-
vis rebus studere; advorsum quem neque imperia magistratuum
neque leges valerent: ni id festinaret, in summo periculo suam
salutem, illorum socios fore. Nam Leptitani iam inde a princi-
pio belli Iugurthini ad Bestiam consulem et postea Romam mise-
rant, amicitiam societatemque rogatum. Deinde, ubi ea impetra-
ta, semper boni fidelesque mansere et cuncta a Bestia, Albino

eas aggerem iacere omnes fere libri. *subterque eas* Guelf. 3. *super easque* Guelf. 1. Vinar. 1. *super eos* Guelf. 6. *eas* om. Senat. 2. Heuss. *que* om. Leid. m. *super* om. unus Popmæ. *multum ante labore* Vratisl. 1. *oppidi* Vratisl. 3. *modo* om. Fabric. 2. Vrat. 1. Guelf. 1. *ab perfugis* Vinar. Fabric. 1. Senat. 1. Ecc. Guelf. 1. 4. 7. *hi post quam* Turic. Bas. 4. Bern. 3. *aurum argentum* Gruteri libri. *aurum atque arg.* Bas. 1. 4. Fabric. incert. Bern. 3. Turic. Wassius. *aur. et arg.* Guelf. 6. 10. *aurumque et arg.* Bern. 1. *aur. argentumque* vulgo. *que* locum mutat in quatuor Wassii libris. *metuerant* Bern. 1. Bas. 1. 4. ita Haverc. et Leid. *pendere* Guelf. 3. 7. 10. Fabric. Vinar. Vrat. Leid. m. Mark. A. Bern. 1. incert. 2. Senat. 2. Heuss. Franc. ita voluit Gruter.

Cap. 77. et illorum socios Fabric. inc. Senat. 1. Franc. Ac. Teg. Bas. 4. Turic. Vrat. 1. Ecc. Guelf. 3. 6. 9. 11. 12. Leid. g. i. k. septem Wassii. *et* om. meliores Gruteri et ceteri. *illorumque* Leid. c. Bern. 3. *iam inde a princ. iam inde* om. Fabr. 2. Guelf. 10. *impetrata sunt* Fabric. Leid. a. b. e. f. g. h. n. Palat. 3. Erl. Teg. Bern. 1.

Metelloque imperata nave fecerant. Itaque ab imperatore facile, quæ petebant, adepti. Emissæ eo cohortes Ligurum quatuor et C.
78 Annius præfectus. Id oppidum ab Sidoniis conditum est, quos accepimus profugos ob discordias civilis, navibus in eos locos venisse: ceterum situm inter duas Syrtes, quibus nomen ex re inditum. Nam duo sunt sinus prope in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura: quorum proxuma terræ præalta sunt; cetera, uti fors tulit, alta alia, alia in tempestate vadosa. Nam ubi mare magnum esse et sævire ventis cœpit, limum arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur. Syrtes ab tractu nominatæ. Eius civitatis lingua modo conversa connubio Numidarum: legum cultusque pleraque Sidonica; quæ eo facilius retinebant, quod procul ab imperio regis ætatem agebant. Inter illos et frequentem Numidiam multi
79 vastique loci erant. Sed quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus; non indignum videtur egregium atque mirabile facinus duorum Carthaginiensium memorare; eam rem

fuere alii, sed variis locis verbum om. Guelf. 1. 2. 3. Senat. Vinar. Heuss. Acad. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 3. Haverc. Leid. c. d. i. k. l. m. *nave fecerunt* ita Gruter. ex melioribus. Leid. l. m. Guelf. 1. Vinar. 1. Senat. 1. Fabric. 2. Rivii libri. Bas. 1. *gnave* Guelf. 3. Vrat. 1. Senat. 2. Heuss. Leid. a. b. c. g. i. Bern. 3. *naviter* Guelf. 2. 7. Leid. e. f. *gnaviter* Ecc. inc. Guelf. 6. 10. Leid. d. h. k. Bas. 4. Bern. 1. ita Edit. vet. *navi* in Palmerii libris. ita Carrio edidit. pauci Cortii. Turic. *quod petebant* Fabr. 1. Bas. 4. Tur. *adepti sunt* Leid. a. c. d. e. n. Acad. Vrat. 1. et deteriores Cortii. Teg. Erl. Bas. 4. Turic. m. sec. Bern. 1. *Emissæ eo. eo* locum mutat. Ecc. Guelf. 4. *Eo missæ* Vin. 1. Fabric. 2. Leid. g. h. qui ambo *sunt* addunt, *emissæ sunt eo* Leid. e. f. n. Bas. 4. Tur. *missæ* etiam Guelf. 3. et ita olim editum fuit. *eoque missæ* Bern. 1.

Cap. 78. *conditum est* Bas. 1. 4. ita Haverc. Leid. Tur. Erl. Bern. 1. 3. *inditum est* Leid. b. c. d. f. g. h. k. n. Bern. 1. *est ex re ind.* Bas. 4. *pares natura* Vin. 1. Senat. 2. Heuss. incert. 2. Ecc. Guelf. 4. 6. 7. 9. Leid. a. aliquot Gruteri, sex Wassii. *proxuma loca terræ* Ac. inc. 2. Guelf. 6. 7. 10. 11. 12. Erl. Bas. 4. Bern. 1. *peralta* Ecc. Ac. Guelf. 6. 7. 9. Vrat. 1. 3. Bas. 4. *alta alia. alia* Bern. 1. *sævire coepit ventis* hoc ordine Haverc. *magnum sævire* Bern. 1. *et sævire ventus coepit* Senat. 2.

nos locus admonuit. Qua tempestate Carthaginienses pleræque Africæ imperitabant, Cyrenenses quoque magni atque opulenti fuere. Ager in medio arenosus, una specie: neque flumen, neque mons erat, qui finis eorum discerneret; quæ res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit. Postquam utrimque legiones item classes sæpe fusæ fugatæque, et alteri alteros aliquantum adtriverant; veriti, ne mox victos victoresque defessos alius adgrederetur, per inducias sponsionem faciunt, uti certo die legati domo proficiscerentur; quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque populi finis haberetur. Igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen Philænis erat, maturavere iter pergere: Cyrenenses tardius iere. Id socordiane an casu acciderit, parum cognovi. Ceterum solet in illis locis tempestas haud secus atque in mari retinere. Nam ubi per loca æqualia et nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit, ea, magna vi agitata, ora oculosque implere solet: ita prospectu impedito morari iter. Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores se vident et ob

Heuss. Guelf. 1. 7. *nominatæ sunt* Leid. c. e. f. k. n. *leges cultusque et instituta pleraque* Senat. 2. Heuss. Vrat. 3. *leges cultusque pleraque Sedonica* Vinar. 1. incert. 2. Guelf. 6. et vetustiores Edit. *Sidonica sunt* Leid. d. h. k. m. n. Bas. 4. *ætatem habebant* Guelf. 9. *multique vastique* Sen. 1.

Cap. 79. *mirabile* omnes Gruteri. Fabric. Vin. 1. meliores. *atque admirabile* Bern. 3. Guelf. 1. *memorabile* alii. ita Bas. 1. 4. *nos locus.* pron. om. Vin. 2. Sen. 2. Heuss. Guelf. 10. *locus nos* Fabric. *nos rem loc.* Guelf. 12. *pleraque Africa imperitabant* ita hæc Corn. Fronto laudat in exempl. elocut. s. v. *imperito. in quo neque flumen* inc. 2. Vrat. 2. Guelf. 7. 9. 10. Leid. f. *neque montes erant* Vin. 1. *quæ fin. e discernerent* Guelf. 6. *eos in magno.* pron. om. Fabr 1. Guelf. 2. 12. *eos inter se hab.* Vin. 1. *aliquantulum* inc. 1. Ecc. Guelf. 10. Vrat. 1. 3. Bas. 4. *victores defessos* Guelf. 3. *alii alios aggrederentur* Tur. *alius alium* Bas. 4. *et quo in loco* Vin. 1. *quo loco* Guelf. 6. 11. 12. Bern. 1. *quoque in loco* Bas. 4. *Philænes* omnes fere Cortii et Gruteri libri, plures Wassii, Teg. Bas. 1. Turic. Bern. 1. 3. *Philænis* Rivii libri. Bas. 4. *Philænii* Pemb. B. Pub. *socordia an casu* Vin. 1. Rem. 2. Guelf. 6. 7. 9. 12. Leid. c. d. e. f. g. h. i. k. l. Erl. Bern. 1. *humo exagitavit* Rem. 1. Acad. *ora oculos* Sen. 2. Heuss.

rem corruptam domi pœnas metuunt; criminari, Carthaginienses ante tempus domo digressos, conturbare rem: denique omnia malle quam victi abire. Sed quum Pœni aliam conditionem, tantummodo æquam, peterent, Græci optionem Carthaginiensium faciunt, ut vel illi, quos finis populo suo peterent, ibi vivi obruerentur; vel eadem conditione sese, quem in locum vellent, processuros. Philæni, conditione probata, seque vitamque suam reipublicæ condonavere; ita vivi obruti. Carthaginienses in eo loco Philænis fratribus aras consecravere; aliique illis domi hono-
80 res instituti. Nunc ad rem redeo. Iugurtha postquam, amissa Thala, nihil satis firmum contra Metellum putat, per magnas solitudines cum paucis profectus, pervenit ad Gætulos, genus hominum ferum incultumque, et eo tempore ignarum nominis Romani. Eorum multitudinem in unum cogit ac paullatim consuefacit ordines habere, signa sequi, imperium observare, item alia militaria facere. Præterea regis Bocchi proxumos magnis muneribus et maioribus promissis ad studium sui perducit; quis adiutoribus regem adgressus impellit, uti advorsus Romanos bellum incipiat. Id ea gratia facilius proniusque fuit, quod Bocchus

Pemb. *poster. se esse vident. esse* om. Bas. 1. inc. 2. Leid. n. *vident se aliquanto posteriores* Bern. 1. *domo egressos* Fabr. Vin. 1. Rem. 1. Guelf. 12. *omnia pati malle quam victos abire* Bern. 1. 3. *uti vel illi. uti* om. Vin. 1. Guelf. 7. 12. *opt. Carthaginiensibus* Bern. 1. *quo fines* inc. Rem. 1. Franc. Acad. Vinar. 2. Vrat. 3. Ecc. Guelf. 6. 7. 9. 11. 12. *qui fines* Guelf. 1. Comm. *vitamque suam* omnes libri. *eo in loco* Guelf. 3. *aliterque illis* Bas. 1.

Cap. 80. *in unum coegit* Vinar. 2. Acad. inc. 2. Rem. 1. Bas. 4. Guelf. 2. 4. 6. 10. 12. Leid. b. d. e. g. *coeg. in un.* Erl. *consuefecit* Guelf. 3. 12. *proximos muneribus maioribus promissis* Vin. 1. *sui ad studium* Fabric. 1. Teg. Bas. 4. Tur. *ut adversus Romanos* Bas. 1. Vinar. 1. Fabric. 2. inc. Franc. Bern. 3. *incoepto belli* Gruteriani meliores, Cortii aliquot, Rivii omnes. sed *incepto bello* Vinar. Sen. 2. Heuss. Franc. Vrat. 2. Rem. 1. Guelf. 3. 4. 7. 11. 12. Leid. b. d. *incipiat* omnes Leid. Rem. Guelf. 3. 9. Bas. 1. 4. Turic. Bern. 1. *suscipiat in bellum* Erl. *bello* om. inc. *quis*

initio huiusce belli legatos Rómam miserat, fœdus et amicitiam petitum; quam rem opportunissumam incepto (bello) pauci impediverant, cæci avaritia, quis omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat. Etiam antea Iugurthæ filia Bocchi nupserat. Verum ea necessitudo apud Numidas Maurosque levis ducitur; quia singuli, pro opibus quisque, quam plurimas uxores, denas alii, alii plures habent; sed reges eo amplius. Ita animus multitudine distrahitur; nullam pro socia obtinet: pariter omnes viles sunt. Igitur in locum ambobus placitum exercitus conveniunt: 81
ibi, fide data et accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accendit: Romanos iniustos, profunda avaritia, communis omnium hostis esse: eamdem illos caussam belli cum Boccho habere, quam secum et cum aliis gentibus, lubidinem imperitandi: quis omnia regna advorsa sunt: tum sese, paullo ante Carthaginienses, item regem Persen; post, uti quisque opulentissumus videatur, ita Romanis hostem fore. His atque aliis talibus dictis ad Cirtam oppidum iter constituunt, quod ibi Metellus prædam captivosque et impedimenta locaverat. Ita Iugurtha ratus, aut capta urbe pretium fore; aut si Romanus auxilio suis venisset, prælio sese certa-

omnes fere libri. *Bocchi* Vinar. 2. Franc. Vrat. 3. inc. 1. Ecc. Guelf. 4. 7. 9. 10. 11. Leid. c. f. h. i. k. m. n. Paris. c. d. *quia singuli* Guelf. 1. 3. Acad. inc. 2. ita Haverc. et omnes Leid. (præter i. qui *quid* habet.) Bas. 1. Bern. 3. *quod* plures Cortii omnesque Rivii retinent. *pro opibus quique* Guelf. 3. *habeant* Fabric. 1. Teg. *multitudine animus distrahitur* Fabr. 1. *nulla* Guelf. 11. unus Wassii, ita Carrio et Cortius ediderant. *obtinent* Acad. inc. 2. Guelf. 10.

Cap. 81. *communis omnium hostis esse* Guelf. 3. *lubidinem* Fabric. 1. Senat. Heuss. Guelf. 1. 2. 12. duo Rivii, aliquot Wassii. Turic. *libidine* ceteri. Bas. 1. *advorsa sunt* Bas. 1. incert. Ecc. Guelf. 6. 7. 11. 12. *tum sese infensum* Bern. 1. *dixit infensum paulo* Tur. *Persen regem.* Fabric. 1. Teg. *videbatur* Rem. 2. inc. 2. Vrat. 2. Vinar. 2. Leid. b. c. g. Bas. 4. *ubi quisque* Sen. 1. Ecc. Vrat. 1. Guelf. 1. Teg. *Q. Metellus* Teg. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. *capta urbe pretium fore* Bas. 1. Manutii libri, plures Rivii. *operæ* ceteri addunt. *dux Romanus* Bas. 1. 4. Rem. Ac. Franc. Vrat. 2. 3.

turos. Nam callidus id modo festinabat, Bocchi pacem imminue-
82 re; ne moras agitando aliud quam bellum mallet. Imperator
postquam de regum societate cognovit, non temere neque, uti
sæpe iam victo Iugurtha consueverat, omnibus locis pugnandi
copiam facit: ceterum haud procul ab Cirta, castris munitis,
reges opperitur; melius esse ratus, cognitis Mauris, quoniam is
novus hostis accesserat, ex commodo pugnam facere. Interim Ro-
ma per literas certior fit, provinciam Numidiam Mario datam;
nam Consulem factum ante acceperat. Quis rebus supra bonum at-
que honestum perculsus, neque lacrumas tenere neque moderari
linguam: vir egregius in aliis artibus nimis molliter ægritudinem
pati. Quam rem alii in superbiam vortebant: alii bonum inge-
nium contumelia accensum esse: multi, quod iam parta victoria
ex manibus eriperetur; nobis satis cognitum est, illum magis ho-
nore Marii quam iniuria sua excruciatum neque tam anxie latu-
rum fuisse, si adempta provincia alii quam Mario traderetur.
83 Igitur eo dolore impeditus, et quia stultitiæ videbatur alienam

Bern. 1. 3. Guelf. 2. 6. 10. 12. Leid. a. b. k. n. *Roman. dux.* Leid. g. h. l. *mox agitando* Bas. 1. m. pr. Sen. Acad. Heuss. Rem. 1. Fabric. 2. Ecc. Leid. l. *mox agitando moras* incert. 2. Franc. Guelf. 6. *mox moram agitando* Tur.

Cap. 82. *cop. fecit* Fabric. 1. Guelf. 2. 10. Rem. 2. Teg. Turic. Bern. 3. *facere* Bern. 1. *regis* Guelf. 3. om. Bern. 1. *esse ratus* Haverc. Leid. Teg. Bas. 1. 4. *Mario prov. dat.* Teg. Bas. 4. Bern. 1. *factum ante accep.* plerique Cortii libri. Paris. a. c. d. e. Haverc. Bas. 1. Tur. Bern. 3. sed num et Cortii libri *iam* omittant, dubium. *antea* alii. *factum eum ante* Bas. 4. *bonum aut hon.* Bas. 1. 4. Fabr. 1. Sen. Heuss. Ecc. Gruteri Codd. duo Wassii. Vin. 1. Vrat. 2. Ac. Franc. Guelf. 3. 4. 6. 9. 10. 12. Paris. a. c. e. Turic. Bern. 3. *egregius aliis.* Guelf. 9. aliquot Rivii. *vortebant* Sen. 1. Guelf. 1. Bas. 1. Fabr. Rivii. *vortere* Pemb. *iniur. sua exercitum* Com. unus Wassii. *sua* om. Bern. 1. *ea laturum fuisse* Vin. 1. Acad. Sen. 2. Heuss. Guelf. 7. 10. 11. *adempta* Bas. 1. Bern. 3. id confirmant Leid. c. d. f. g. qui *adepta* habent.

Cap. 83. *stultitia* Ac. Vrat. 1. 3. Ecc. Guelf. 2. 4. 7. 11. 12. Fabr. 1. Arond. *suo peric.* Teg. *hostis populi Romani* Bas. 4. inc. Fabr. 2. Guelf. 10. Turic. *habere tum*

rem periculo suo curare, legatos ad Bocchum mittit, postulatum, ne sine caussa hostis populo Romano fieret: habere tum magnam copiam societatis amicitiæque coniungendæ, quæ potior bello esset; quamquam opibus suis confideret, tamen non debere incerta pro certis mutare: omne bellum sumi facile, ceterum ægerrume desinere: non in eiusdem potestate initium eius et finem esse: incipere cuivis, etiam ignavo licere; deponi, quum victores velint; proinde sibi regnoque suo consuleret, neu florentis res suas cum Iugurthæ perditis misceret. Ad ea rex satis placide verba facit: sese pacem cupere, sed Iugurthæ fortunarum misereri; si eadem illi copia fieret, omnia conventura. Rursus imperator contra postulata Bocchi nuncios mittit; ille probare partim, alia abnuere. Eo modo sæpe ab utroque missis remissisque nunciis tempus procedere et ex Metelli voluntate bellum intactum trahi.
At Marius, ut supra diximus, cupientissuma plebe Consul factus, 84
postquam ei provinciam Numidiam populus iussit, antea iam infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare: singulos

Bas. 1. 4. Fabric. 1. Senat. 1. Vin. 1. Acad. inc. 2. Rem. Vrat. 1. 3. Ecc. Guelf. 1. 2. 6. 7. 9. 10. 11. et sic veteres Edit. plures Rivii, Wassii, Gruteri, Tur. Bern. 1. *tam* Guelf. 4. quidam Gruteri. *tamen* Vin. 2. Sen. 2. Heuss. Bern. 3. *cum* pauci ex Cort. *bello foret* Vin. 1. *bello* om. Ecc. Guelf. 4. *quæ potiora bello essent.* Leid. m. Franc. Guelf. 9. Erl. *acerrime desinere* Leid. k. l. m. omnes Rivii, aliquot Wassii atque Gruteri, Teg. *et quamquam* Bas. 1. Bern. 3. *et quantum* Acad. *opibus confideret non debere* Fabric. 2. *non in eiusdem potestatem* Guelf. 9. *initium et fin.* Vin. 1. Bas. 4. Bern. 1. *non deponi nisi cum* Guelf. 7. 9. Bas. 4. sed is *non* om. *dep. non nisi* Leid. a. n. *dep. autem nisi* Leid. b. *d. n. posse nisi v. v.* Leid. m. *se pacem* Fabric. 1. Vin. 1. *copia foret* Fabric. 1. Vrat. 1. Guelf. 9. 10. Regius W. Teg. *partim alia abnuere* ita plurimi libri. *partim, partim* Fabr. 1. inc. 2. Vrat. 1. Guelf. 6. 9. 12. deteriores Gruteri. Teg. Bas. 4. *alia* om. Senat. 1. Vin. 1. Vrat. 3. Guelf. 1. 2. Gruteri aliquot.

Cap. 84. *Num. prov.* Teg. Tur. Bas. 4. *infensus* Vin. 1. Vrat. 1. *quasi spolia* Leid. g. h. i. m. n. Vin. 2. inc. 1. Franc. Guelf. 7. 12. duo Wassii. Bern. 1. *accersiri* Fabr. 1.

modo, modo universos lædere: dictitare, sese consulatum ex victis illis spolia cepisse; alia præterea magnifica pro se et illis dolentia. Interim, quæ bello opus erant, prima habere: postulare legionibus supplementum, auxilia a populis et regibus sociisque accersere: præterea ex Latio fortissumum quemque, plerosque militiæ, paucos fama cognitos accire, et ambiundo cogere homines emeritis stipendiis secum proficisci. Neque illi Senatus, quamquam advorsus erat, de ullo negotio abnuere audebat; ceterum supplementum etiam lætus decreverat: quia neque plebe militia volenti putabatur et Marius aut belli usum aut studia volgi amissurus. Sed ea res frustra sperata; tanta lubido cum Mario eundi plerosque invaserat. Sese quisque præda locupletem fore, victorem domum rediturum, alia huiuscemodi animis trahebant, et eos non paullum oratione sua Marius arrexerat. Nam postquam omnibus, quæ postulaverat, decretis, milites scribere volt, hortandi caussa simul et nobilitatem, uti consueverat, exagitandi, concionem populi advocavit. Deinde hoc modo disseruit:

85 „Scio ego, Quirites, plerosque non iisdem artibus imperium a vobis petere et, postquam adepti sunt, gerere: primo industrios,

accersire Rem. 1. Vrat. 1. Fabric. 2. Guelf. 2. Teg. *accersere* plures, in quib. Bas. 1. *accessere* Senat. 1. Franc. Vrat. 3. Guelf. 1. 10. 11. *militiæ* Fabric. 1. m. pr. Bas. 1. Rem. Vin. 1. Ac. Sen. 1. Vrat. 1. 2. Ecc. Guelf. 1. 2. 4. 6. Naz. aliquot Palat. Ursini lib. *militia* ceteri. *et ambiundo* Bern. 1. *emeritos stipendiis* Guelf. 1. 2. 3. *homines* om. inc. 2. *abnuere audebat*: *negare* Rem. 2. inc. Sen. 1. Guelf. 2. 6. Fabr. Vin. Vrat. 1. Leid. i. aliquot Rivii et Wassii. Bas. 4. Tur. *non audeb.* Fabr. Vin. Vrat. 1. 2. Ecc. Guelf. 11. *decreverant* Vin. 1. *plebe militiam volente* Vin. 2. Vrat. 2. 3. Acad. Fabr. 2. Guelf. 3. 4. 12. Leid. e. g. i. k. Paris. c. Bas. 4. Turic. Bern. 1. 3. *nolente* Senat. 2. Heuss. Guelf. 11. Paris. e. *plebe militia volente* Bas. 1. Franc. Rem. Guelf. 6. *plebe militia nolente* Paris. d. *plebi militia volenti* Fabr. 1. Vin. 1. Vrat. 1. Guelf. 1. 2. 7. Leid. k. m. sed et Wassii libri maxime variant. *plebe militia volenti* Paris a. *plerosque invadit* Fabric. Teg. *prædæ loc.* Guelf. 6. *locup. fore. fore* om. Guelf. 11. *consuerat* Bas. 1. m. sec. *censuerat* Guelf. 1.

supplices, modicos esse, dein per ignaviam et superbiam ætatem agere; sed mihi contra ea videtur. Nam quo pluris universa respublica quam consulatus aut prætura, eo maiore cura illam administrari quam hæc peti debere. Neque me fallit, quantum cum maxumo beneficio vestro negotii sustineam. Bellum parare simul et ærario parcere; cogere ad militiam eos, quos nolis offendere; domi forisque omnia curare; et ea agere inter invidos, occursantis, factiosos, opinione, Quirites, asperius est. Ad hoc, alii si deliquere, vetus nobilitas, maiorum fortia facta, cognatorum et adfinium opes, multæ clientelæ, omnia hæc præsidio adsunt: mihi spes omnes in memet sitæ, quas necesse est virtute et innocentia tutari; nam alia infirma sunt. Et illud intellego, Quirites, omnium ora in me convorsa esse: æquos bonosque favere: quippe mea benefacta reipublicæ procedunt; nobilitatem locum invadendi quærere. Quo mihi acrius adnitendum est, uti neque vos capiamini et illi frustra sint. Ita ad hoc ætatis a pueritia fui, ut omnis labores, pericula consueta habeam. Quæ ante vestra beneficia gratuito faciebam, ea uti, accepta mercede, deseram, non est consilium, Quirites. Illis difficile est in potesta-

Cap. 85. *hisdem art.* plerique Cortii libri. *suppliciis* Fabr. Vinar. 1. Guelf. 1. Sen. 1. *dein* Bas. 1. Tur. Bern. 3. *dehinc* ita ex Cort. Fabric. inc. 2. Acad. Vin. 1. Gruteri et Rivii libri. Rem. 2. Senat. 1. Vrat. 1. 3. Guelf. 3. 6. 9. *deinde* alii. *contra ea* meliores Cortii libri, accedunt plures Leid. in quibus k. l. omnes fere Gruteri et Wassii. Paris. a. b. c. d. e. Turic. Bas. 1. 4. *quo pluris est un. r.* plurimi C. libri, etiam Ciaccon. Cod. Bas. 4. Tur. Bern. 1. 3. *plurisque* Bas. 1. *quanto pl.* Vin. 2. Ac. Franc. inc. 1. Ecc. Guelf. 4. 10. Leid. m. *illam adm.* pron. om. Fabr. 1. Vin. 1. inc. 1. *eos quos. eos* om. inc. 1. Rem. 2. Leid. l. *occursantis* Bas. 1. *fortia facta* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. ita ante Rivium fuit. *facta fortia* ceteri. *facta* om. Fabr. Vrat. 3. Teg. in Guelf. 4. locum mutat. *esse conversa* Bern. 1. *sitæ sunt* Leid. a. c. e. g. k. m. n. *et virtute et in.* ita Riv. et Grut. Hav. Leid. sed prius *et* plerique C. libri. om. etiam Bas. 1. 4. Tur. m. pr. *ex virtute* Fabric. Guelf. 6. Teg. *est adnitendum* Guelf. 3. *mea beneficia* Bas. 1. Teg. Tur. Bern. 1. 3. *frustrati sint* inc. Ac. Franc. Vin. Vrat. 2. 3. Guelf. 6.

tibus temperare, qui per ambitionem sese probos simulavere: mihi, qui omnem ætatem in optumis artibus egi, benefacere iam ex consuetudine in naturam vortit. Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis; quam rem nobilitas ægerrume tulit. Quæso, reputate cum animis vestris, num id mutari melius sit; si quem ex illo globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotium mittatis, hominem veteris prosapiæ ac multarum imaginum et nullius stipendii: scilicet, ut in tanta re, ignarus omnium, trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo monitorem officii sui. Ita plerumque evenit, ut quem vos imperare iussistis, is sibi imperatorem alium quærat. Atque ego scio, Quirites, qui, postquam Consules facti sunt, acta maiorum et Græcorum militaria præcepta legere coeperint; præposteri homines. Nam gerere quam fieri tempore posterius, re atque usu prius est. Comparate nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem novum. Quæ illi audire et legere solent, eorum partem vidi, alia egomet gessi: quæ illi literis, ea ego militando didici. Nunc vos existumate, facta an dicta pluris sint. Contemnunt novitatem meam; ego illorum ignaviam: mihi fortuna, illis probra obiectantur; quamquam ego naturam unam et communem omnium existumo, sed fortissumum quemque generosissumum. Ac si iam ex patribus Albini aut Bestiæ quæri posset, mene an illos ex se gigni maluerint; quid responsuros cre-

7. 10. 11. Leid. f. h. i. m. n. Bas. 4. *vertit. vertitur* Bas. 4. Turic. Bern. 1. Leid. a. c. e. f. g. h. k. illud meliores Rivii, Gruteri, Cortii confirmant. *num mutare id* Bas. 1. *mutare* præterea scribunt Franc. Guelf. 4. 11. *et pericula* Leid. c. Bas. 1. *sumet* Fabric. inc. 2. Senat. 2. Heuss. Vin. 2. *monitorem sui officii* Fabr. Turic. Bern. 1. *sui* om. Vin. *imperatorem iuss.* Vin. 1. *is imper. alium q̃.* Vin. 1. Bas. 1. inc. 2. Ecc. Guelf. 4. 9. 12. Paris b. c. *is* om. Vrat. 1. *sibi quærat* Bern. 1. *at ego scio* sic vulgo. *atqui* Tur. m. sec. *atque* pauci C. libri. Leid. g. h. i. k. l. m. Paris. a. b. c. e. Erl. Bas. 1. 4. *Quirites* om. Naz. unus Wassii. *facti sunt. sunt* om. Bern. 1. *præpost. hom.* Bas. 1. 4. Bern. 1. 3. *quantum vita* Paris. b. Sen. 1. Fabric. 1. Rem. 1. Guelf. 3. *ea ego didici militando* hoc ordine Gruterus. *ea* om. Vinar. 2. Vratisl. 3. *æstimate* Vin.

ditis, nisi, sese liberos quam optumos voluisse? Quod si iure me despiciunt, faciant idem maioribus suis, quibus, uti mihi, ex virtute nobilitas cœpit. Invident honori meo; ergo invideant labori, innocentiæ, periculis etiam meis, quoniam per hæc illum cepi. Verum homines corrupti superbia ita ætatem agunt, quasi vestros honores contemnant; ita hos petunt, quasi honeste vixerint. Næ illi falsi sunt, qui divorsissumas res pariter exspectant, ignaviæ voluptatem et præmia virtutis. Atque etiam quum apud vos aut in senatu verba faciunt, pleraque oratione maiores suos extollunt; eorum fortia facta memorando clariores sese putant : quod contra est. Nam quanto vita illorum præclarior, tanto horum socordia flagitiosior. Et profecto ita se res habet : maiorum gloria posteris quasi lumen est, neque bona neque mala eorum in occulto patitur. Huiusce rei ego inopiam patior, Quirites; verum id, quod multo præclarius est, meamet facta mihi dicere licet. Nunc videte, quam iniqui sint. Quod ex aliena virtute sibi adrogant, id mihi ex mea non concedunt : scilicet, quia imagines non habeo et quia mihi nova nobilitas est; quam certe peperisse melius est quam acceptam corrupisse. Equidem ego non ignoro, si iam mihi respondere velint, abunde illis facundam et compositam orationem fore. Sed in maxumo vestro beneficio, quum omnibus locis me vosque maledictis lacerent,

1. Guelf. 4. *generosissimum esse. esse* om. Bas. 1. inc. Ecc. Acad. Vrat. 2. Guelf. 1. 3. 12. Leid. b. d. h. i. k. l. m. n. meliores Grut. *faciant item* Nazar. Senat. 2. Heuss. Guelf. 1. 3. *faciunt* Sen. 1. Guelf. 3. Vrat. 1. *facient* Rem. Ecc. *ex sese gigni* Bern. 1. *et labori* Ecc. Vin. 2. Guelf. 3. *labori et innoc.* Bas. 4. *hi corrupti* Vin. 2. Vrat. 2. *contra est. est* om. Guelf. 3. *quasi lumen. quasi* om. Fabr. Turic. Guelf. 3. Rivii libri, Bas. 4. sed retinent præter ceteros libros scholiast. ad Iuv. Satir 8. 138. is autem *eorum* om. sicut Wassii aliquot et Guelf. 4. 6. *facta mihi dicere. mihi* om. Senat. 2. Heuss. Guelf. 1. 10. in Vin. 1. aliisque locum mutat. *sint iniqui* Fabric. Teg. Turic. *adrogant* Bas. 1. cum paucis aliis. *arrogant* ceteri. *facundiam et* Senat. 1. inc. Ac. Franc. Ecc. Bern. 1. Guelf. 2. 3. 6. 7. 10. Leid. f. g. h. i. k. l. m. n. *meque vosque*

non placuit reticere: ne quis modestiam in conscientiam duceret. Nam me quidem ex animi mei sententia nulla oratio lædere potest; quippe vera necesse est bene prædicet; falsam vita moresque mei superant. Sed quoniam vestra consilia accusantur, qui mihi summum honorem et maxumum negotium imposuistis: etiam atque etiam reputate, num eorum pœnitundum sit. Non possum fidei caussa imagines neque triumphos aut consulatus maiorum meorum ostentare; at, si res postulet, hastas, vexillum, phaleras, alia militaria dona; præterea cicatrices advorso corpore. Hæ sunt meæ imagines, hæc nobilitas, non hæreditate relicta, ut illa illis, sed quæ ego meis plurimis laboribus et periculis quæsivi. Non sunt composita verba mea: parum id facio; ipsa se virtus satis ostendit: illis artificio opus est, ut turpia facta oratione tegant. Neque literas Græcas didici: parum placebat eas discere, quippe quæ ad virtutem doctoribus nihil profuerunt. At illa multo optuma reipublicæ doctus sum: hostem ferire, præsidia agitare; nihil metuere nisi turpem famam; hiemem et æstatem iuxta pati; humi requiescere; eodem tempore inopiam et laborem tolerare. His ego præceptis milites hortabor: neque illos arte colam, me opulenter; neque gloriam meam laborem illorum faciam. Hoc est utile, hoc civile imperium. Namque quum tute per molliti-

mal. Bern. 1. *animi sententia* inc. Fabric. Acad. Ecc. Vrat. Senat. Heuss. Guelf. 2. 3. 6. 12. aliquot Wassii. Paris. a. e. *animis reputate* aliquot Rivii libri. Leid. f. k. n. *prædicent* Sen. 1. Fabr. Teg. Heuss. inc. 1. Bas. 4. *falsa* Fabric. Teg. Sen. 1. Bas. 4. Vin. 2. inc. 1. Vrat. 1. Guelf. 2. 7. *id poenitendum* Fabric. Rivii et Vin. 1. *eorum poen.* ceteri omnes. *poenitundum* Fabr. 1. *hastam vex.* Fabr. Sen. 1. Guelf. 1. 7. 12. Bas. 4. Turic. *in adverso corpore* septem Cortii libri. aliquot Rivii. *advorso pectore* Vin. 1. Bas. 1. *comp. mea verba* Bas. 1. Vin. 1. Fabr. 2. *satis ostendit. satis* om. Fabr. 1. Guelf. 7. Vrat. 2. unus Wassii. *profuerant* Sen. Heuss. Bas. 1. Vinar. Ac. Vrat. 2. Franc. Guelf. 1. 2. 3. 4. 6. Leid. b. n. plerique Gruteri, duo Wassii. Erl. Bern. 1. *hostes ferire* omnes fere C. libri. item Rivii. est nostri. *hostem* Ecc. Bas. 1. 4. omnes Leid. (præter i.) ita Grut. Wass. Haverc. *hiemem æstatem* Sen. 1. Franc. Guelf. 7. 10.

em agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum, non imperatorem esse. Hæc atque talia maiores vestri faciundo seque remque publicam celebravere. Quis nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorum æmulos contemnit, et omnis honores non ex merito, sed quasi debitos a vobis repetit. Ceterum homines superbissumi procul errant. Maiores eorum omnia, quæ licebat, illis reliquere, divitias, imagines, memoriam sui præclaram: virtutem non reliquere; neque poterant: ea sola neque datur dono, neque accipitur. Sordidum me et incultis moribus aiunt; quia parum scite convivium exorno, neque histrionem ullum neque pluris pretii cocum quam villicum habeo; quæ mihi lubet confiteri, Quirites. Nam ex parente meo et ex aliis sanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem convenire, omnibusque bonis oportere plus gloriæ quam divitiarum esse; arma, non suppellectilem decori esse. Quin ergo quod iuvat, quod carum æstumant, id semper faciant, ament, potent; ubi adulescentiam habuere, ibi senectutem agant, in conviviis, dediti ventri et turpissumæ parti corporis: sudorem, pulverem et alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis iocundiora sunt. Verum non est ita. Nam ubi se flagitiis dedecoravere turpissumi viri, bonorum præmia ereptum eunt. Ita iniustissume luxuria et igna-

Leid. m. *his ergo* Fabr. 1. Bas. 1. inc. 1. Vin. 2. Guelf. 2. Tur. *nam cum tute* quinque Wassii. *dom. esse non imp.* ita Haverc. Leid. *hoc est civile imp.* Leid. c. e. f. h. i. *hæc atque alia* Bas. 1. Ecc. Acad. Senat. 1. Vinar. 2. Vrat. 1. Guelf. 2. 4. 7. 11. Haverc. Leid. Paris. a. b. c. e. *talia* ceteri Cort. Paris. d. *incultum moribus* Bas. 1. incert. 2. *maior. nostri* Bas. 4. *cocum* Senat. 1. Bas. 1. 4. Fabric. 2. Guelf. 1. 2. 6. 9. *et aliis sanct.* Fabric. Vinar. 2. incert. 2. Guelf. 7. *sanctis aliis* incert. 1. *aliis* om. Senat. 1. *divitiarum esse. esse* om. Rivii libri. aliquot Wassii. Fabric. 1. Senat. Heuss. inc. 1. Guelf. 1. 2. 9. *decora esse* Guelf. 3. Nazar. *carum existimant* inc. 2. Ecc. Guelf. 3. 4. 6. 10. 11. 12. *adulescentiam* Bern. 1. *iocundiora* Bas. 1. 4. Fabric. 2. Vinar. Acad. Sen. 2. Heuss. Guelf. 4. 6. 7. 9. 10. Bern. 1. *omnibus flag.* ita Bern. 3. Grut. *nam vos*

via, pessumae artes, illis, qui coluere eas, nihil obficiunt; reipublicæ innoxiæ cladi sunt. Nunc quoniam illis, quantum mores mei, non illorum flagitia poscebant, respondi, pauca de republica loquar. Primum omnium de Numidia bonum habete animum, Quirites. Nam quæ ad hoc tempus Iugurtham tutata sunt, omnia removistis, avaritiam, imperitiam atque superbiam. Deinde exercitus ibi est, locorum sciens; sed mehercule magis strenuus quam felix. Nam magna pars eius avaritia aut temeritate ducam adtrita est. Quamobrem vos, quibus militaris ætas est, adnitimini mecum et capessite rempublicam: neque quemquam ex calamitate aliorum aut imperatorum superbia metus ceperit. Egomet in agmine, in prœlio consultor idem et socius periculi vobiscum adero; meque vosque in omnibus rebus iuxta geram. Et profecto, dis iuvantibus, omnia matura sunt, victoria, præda, laus: quæ si dubia aut procul essent, tamen omnis bonos reipublicæ subvenire decebat. Etenim ignavia nemo immortalis factus est: neque quisquam parens liberis, uti æterni forent, optavit; magis, uti boni honestique vitam exigerent. Plura dicerem, Quirites, si timidis virtutem verba adderent; nam strenuis abunde dictum puto."

86 Huiuscemodi oratione habita, Marius postquam plebis animos arrectos videt, propere commeatu, stipendio, armis aliisque utilibus navis onerat: cum his A. Manlium legatum proficisci iu-

flagitiis qui dedecor. Teg. duo Rivii. *habetote an.* Fabric. Leid. a. c. k. n. ita Haverc. *tuta sunt* Vin. 1. Fabric. 1. Acad. Ecc. Guelf. 2. 3. 4. 6. 10. Carrio. *atque superbiam* Leid. a. b. c. d. e. g. h. i. k. n. Bas. 1. 4. Vinar. Guelf. 4. Bern. 1. 3. *ibi est. est* om. Vrat. 3. Senat. 1. *est ætas. est* om. Vrat. 2. *adnitimini mecum. mecum* om. Bas. 1. *aut in prælio* Vin. Bas. 1. Rem. Vrat. 1. Ecc. Guelf. 6. 7. 9. 10. Leid. d. e. f. k. l. n. Bern. 1. *aut* om. ceteri. *meque vosque* ita Carrio, Wassius et vulgatæ, Guelf. 3. Vin. 1. et alii tres meliores Cortii. *me vosque* Gruter. et maior. Codd. pars Teg. Bas. 4. Tur. *omnibus bonis* duo Rivii, Guelf. 1. *deceret* Nazar. m. sec. *decebat* tres Palat. unus Wassii. Bas. 1. Vinar. 1. Leid. d. g. l. Paris. b. c. d. *decet* ceteri. *factus est* Leid.

bet. Ipse interea milites scribere, non more maiorum, neque ex
classibus, sed uti cuiusque lubido erat, capite censos plerosque. Id
factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem consulis memo-
rabant; quod ab eo genere celebratus auctusque erat, et homini
potentiam quærenti egentissumus quisque opportunissumus: cui
neque sua curæ, quippe quæ nulla sunt, et omnia cum pretio ho-
nesta videntur. Igitur Marius cum aliquanto maiore numero,
quam decretum erat, in Africam profectus, paucis diebus Uticam
advehitur. Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato; nam Metellus
conspectum Marii fugerat, ne videret ea, quæ audita animus to-
lerare nequiverat. Sed Consul expletis legionibus cohortibusque 87
auxiliariis, in agrum fertilem et præda onustum proficiscitur,
omnia ibi capta militibus donat; dein castella et oppida natura
et viris parum munita adgreditur: prælia multa, ceterum alia le-
via aliis locis facere. Interim novi milites sine metu pugnæ ades-
se: videre fugientes capi, occidi; fortissumum quemque tutissu-
mum: armis libertatem, patriam parentesque et alia omnia tegi,
gloriam atque divitias quæri. Sic brevi spatio novi veteresque
coaluere, et virtus omnium æqualis facta. At reges, ubi de ad-
ventu Marii cognoverunt, divorsi in locos difficiles abeunt. Ita
Iugurthæ placuerat, speranti, mox effusos hostes invadi posse;
Romanos, sicuti plerosque, remoto metu, laxius licentiusque fu-
turos. Metellus interea Romam profectus, contra spem suam læ- 88

f. g. i. k. l. Erl. Bas. 1. 4. Bern. 1. 3

Cap. 86. *erectos* Leid. k. m. *aliis utilibus* Fabr. 1. Ecc. *legatum* om. Leid. c. l. *sua cara* ita plurimi libri, ex Leid. a. f. i. k. l. m. *curæ* Guelf. 4. m. pr. ceteri Leid. omnes Rivii, quinque Wassii. *cura* Ecc. Ac. Commel. Palat. 6. Pemb. m. pr. *opportun.* deteriores libri *est* vel *erat* addunt. *dieb. pauc.* Fabr. Tur. Bas. 4. *videret quæ* Bern. 1.

Cap. 87. *capi occidi* Fabric. 2. *invadi posse. posse* om. Guelf. 3. *latius licentiusque* Vin. Ac. Guelf. 11.

*

tissumis animis excipitur, plebi patribusque, postquam invidia decesserat, iuxta carus. Sed Marius impigre prudenterque suorum et hostium res pariter adtendere; cognoscere quid boni utrisque aut contra esset; explorare itinera regum, consilia et insidias eorum antevenire: nihil apud se remissum neque apud illos tutum pati. Itaque et Gætulos et Iugurtham ex sociis nostris prædas agentes sæpe adgressus in itinere fuderat, ipsumque regem haud procul ab oppido Cirta armis exuerat. Quæ postquam gloriosa modo neque belli patrandi cognovit, statuit urbes, quæ viris aut loco pro hostibus et advorsum se opportunissumæ erant, singulas circumvenire: ita Iugurtham aut præsidiis nudatum, si ea pateretur, aut prælio certaturum. Nam Bocchus nuncios ad eum sæpe miserat, velle populi Romani amicitiam; ne quid ab se hostile timeret. Id simulaveritne, quo improvisus gravior accideret, an mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare solitus, parum ex-
89 ploratum est. Sed Consul, uti statuerat, oppida castellaque munita adire: partim vi, alia metu aut præmia ostentando avortere ab hostibus. Ac primo mediocria gerebat, existumans, Iugurtham ob suos tutandos in manus venturum. Sed ubi illum procul ab-

Cap. 88. *excipitur* Leid. d. k. Rivii libri, omnes Cortii. *accipitur* Gruter. Hav. plures Leid. Bas. 1. pro varia lect. Bas. 4. *invidia discesserat* Vrat. 1. Vin. 2. Acad. Fabric. 2. Guelf. 7. 9. 11. Berg. *quid boni utriusque* Bas. 1. Senat. 1. incert. 2. Ecc. Guelf. 1. 2. *utrimque* Fabric. *insidias eorum* pron. om. Vinar. 1. Franc. *prædam agentes* Vin. Fabr. Berg. Vrat. 1. Sen. 2. Heuss. Guelf. 2. 10. Leid. f. unus Wassii, Bas. 4 *prædas agentes* ceteri. *adgressus itinere*, ita Gruterus ex tribus melioribus. Fabric. Sen. 1. Guelf. 1. 10. Leid. a. d. f. n. duo Wassii. *in itinere* ceteri. *quæ postquam gloriosa facta sunt, neque belli patrandi copiam cognovit* ita Fabr. 1. Vinar. Bern. 3. Franc. Vrat. 1. Guelf. 2. 9. 11. ita et Berger. Senat. 2. Heuss. Guelf. 9. 10. nisi quod *modo* post *facta sunt* addunt. *glor. modo erant* Bas. 4. *modo facta sunt* Leid. c. f. i. m. *quæ postquam gloriosa modo neque* etc. Sen. 1. Leid. a. b. d. e. g. h. k. l. n. Acad. Fabric. 2. inc. Rem. 2. Guelf. 3. 4. 7. 6. 12. *copiam* om. Vinar. 1. Leid. a. b. c. e. g. m. Bas. 1. Bern. 1. Tur. *accideret* Fabr. 1. Franc. Naz. Palatini, aliquot, quos Ursinus laudat, Paris. d. *gravior* Haverc. Leid. Teg. Rem. 2. Bas. 1.

esse et aliis negotiis intentum accepit; maiora et magis aspera adgredi tempus visum est. Erat inter ingentis solitudines oppidum magnum atque valens, nomine Capsa: cuius conditor Hercules Libys memorabatur. Eius cives apud Iugurtham immunes, levi imperio et ob ea fidelissumi habebantur: muniti advorsum hostis non mœnibus modo et armis atque viris, verum etiam multo magis locorum asperitate. Nam, præter oppido propinqua, alia omnia vasta, inculta, egentia aquæ, infesta serpentibus: quorum vis sicuti omnium feraram, inopia cibi acrior; ad hoc natura serpentium ipsa perniciosa siti magis quam alia re accenditur. Eius potiundi Marium maxuma cupido invaserat: quum propter usum belli, tum quia res aspera videbatur; et Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, haud dissimiliter situm munitumque: nisi quod apud Thalam non longe a mœnibus aliquot fontes erant; Capsenses una modo atque ea intra oppidum iugi aqua, cetera pluvia utebantur. Id ibique et in omni Africa, quæ procul a mari incultius agebat, eo facilius tolerabatur, quia Numidæ plerumque lacte et ferina carne vescebantur, et neque salem neque alia irritamenta gulæ quærebant: cibus illis advorsum famem

gravius Cort. *solitus esset* Vin. 1. Guelf. 2. Leid. c. g. Tur. m. sec. *pacem aut bellum* Fabric. inc. 2. Guelf. 6. 11. Teg. Tur. *parum exploratum* Guelf. 3. Franc.

Cap. 89. *uti constituerat* Tur. Bern. 3. Leid. c. *oppida, castella munita* Guelf. 4. 6. *avortere* Bas. 1. Guelf. 1. 9. *alia præmia ostent.* Tur. Vin. 2. *mediocriter agebat* Guelf. 3. *æstimans Iug.* Guelf. 3. *ad suos tut.* Vrat. 1. Acad. inc. 2. Guelf. 10. *maiora et aspera* Guelf. 10. Leid. f. *visum est. est* om. Guelf. 3. *Libiis memoratur* Guelf. 10. Heuss. Bas. 4. *memoratur* et Leid. g. *libris m.* Bas. 1. *oppidum propinqua* Fabric. Rivii *oppido propinqua loca* Acad. Fabric. 2. Berg. Rem. inc. Ecc. Guelf. 6. 9. 10. 11. 12. *loca opp. pr.* Leid. e. g. alii. *omnia loca*, ita Teg. *ipsa perniciosa. ipsa* om. Fabr. incert. 1. quatuor Wassii, Teg. *quorum vis* Leid. a. b. c. Bas. 1. 4. Bern. 1. *quæ agebat* ita vulgo. *agebatur* Vin. 2. Sen. 2. Heuss. Ac. Franc. Guelf. 11. 12. Leid. a. Paris. d. Bas. 4. Bern. 1. 3. *et neque salem* Teg. Leid. h. l. Bas. 1. 4. Turic. Bern. 1. 3.

90 atque sitim, non lubidini neque luxuriæ erat. Igitur Consul omnibus exploratis, credo, dis fretus; nam contra tantas difficultates consilio satis providere non poterat: quippe etiam frumenti inopia temptabatur, quod Numidæ pabulo pecoris magis quam arvo student, et quodcumque natum fuerat, iussu regis in loca munita contulerant, ager autem aridus et frugum vacuus ea tempestate: nam æstatis extremum erat; tamen pro rei copia satis providenter exornat: pecus omne, quod superioribus diebus prædæ fuerat, equitibus auxiliariis agendum adtribuit; A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, ubi stipendium et commeatum locaverat, ire iubet dicitque, se prædabundum post paucos dies eodem venturum. Sic incepto suo occulta-
91 to pergit ad flumen Tanam. Ceterum in itinere cotidie pecus exercitui per centurias item turmas æqualiter distribuerat; et ex coriis utres uti fierent, curabat; simul [et] inopiam frumenti lenire et ignaris omnibus parare, quæ mox usui forent; denique sexto die, quum ad flumen ventum est, maxuma vis utrium effecta. Ibi castris levi munimento positis, milites cibum capere atque, uti simul cum occasu solis egrederentur, paratos esse iubet: omnibus sarcinis abiectis, aqua modo seque et iumenta onerare.

Cap. 90. *dis fretus* Bas. 1. Fabric. 2. Sen. 1. Vin. 2. Guelf. 1. 2. 3. *contra tantas. contra* om. Fabr. Rivii. *non poterat. non quiverat* Turic. *nequiverat* Leid. f. *inopia agitabatur* Fabric. Teg. pro varia lect. *incepto s. inculto* Guelf. 3. 6. 12. Ecc. Paris. c. *Tanaim* vel *Tanain* plurimi libri. *Tanam* pauci.

Cap. 91. *cotidie* Teg. Bas. 1. Tur. Bern. 3. *æqualiter* om. Bas. 1. *æqualiter distribuere* Guelf. 3. *distribuebat* Franc. *distribuerat; ex* Bern. 1. *simul et inop. et* om. Bas. 1. Acad. Guelf. 1. 2. Palat. 1. 2. duo Wassii. Bern. 3. *ventum esset* Guelf. 3. *est* om. Leid. h. *effecta est* Leid. b. d. e. f. g. m. n. Erl. *onerarent* Rem. 1. *visum est* omnes fere Leid. Erl. Bern. 3. *est vis.* Bas. 4. *prædare sinere* Hav. Leid. *idemque proxima nocte facit* Fabr. aliique pauci. Teg. Bas. 4. Tur. *dein ipse nititur intentus propere* Bern. 3. *in hostium potestatem* Guelf. 1. *cogere uti dedit.* Commel. aliquot. Pal. Bas. 4. *neque scelere consulis fuit* Vin. 1. *ante neque ben. ante* om. Fabr.

Dein, postquam tempus visum, castris egreditur, noctemque totam itinere facto, consedit; idem proxuma facit; dein tertia multo ante lucis adventum, pervenit in locum tumulosum, ab Capsa non amplius duum millium intervallo: ibique, quam occultissume potest, cum omnibus copiis opperitur. Sed ubi dies cœpit et Numidæ, nihil hostile metuentes, multi oppido egressi; repente omnem equitatum et cum his velocissumos pedites cursu tendere ad Capsam et portas obsidere iubet: deinde ipse intentus propere sequi, neque milites prædari sinere. Quæ postquam oppidani cognovere; res trepidæ, metus ingens, malum improvisum, ad hoc pars civium extra mœnia in hostium potestate, coegere, uti deditionem facerent. Ceterum oppidum incensum: Numidæ puberes interfecti; alii omnes venum dati: præda militibus divisa. Id facinus contra ius belli, non avaritia neque scelere Consulis admissum; sed quia locus Iugurthæ opportunus, nobis aditu difficilis: genus hominum mobile, infidum ante, neque beneficio neque metu coercitum. Postquam tantam rem Marius sine ullo suorum 92
incommodo patravit; magnus et clarus antea, maior atque clarior haberi cœpit. Omnia non bene consulta in virtutem trahebantur: milites modesto imperio habiti simul et locupletes ad cœlum ferre:

Teg. Guelf. 1. meliores Gruteri. *infidum ante* Paris. a. d. *inf. antea* Paris. e. *metu coercetur* Sen. 2. Heuss. Franc. Guelf. 1. 2. *coercebatur* Guelf. 3. 4. 9. Ecc. aliquot Palat.

Cap. 92. *incommodo patravit* verbum om. Fabric. 1. Guelf. 1. Senat. 2. Heuss. Naz. Commel. Leid. l. Tur. m. pr. (*fecit* vel *peregit* addidit m. sec.) *peregit Marius* Bas. 1. Bern. 3. inc. Rem. Ac. Franc. Palat. 3. 5. 6. 7. 8. Leid. a. b. d. e. f. h. k. m. n. Vrat. 2. Berger. Guelf. 12. et omnes Edit. vet. *postquam egit* Vinar. 1. Vrat. 1. Palat. 4. *postquam peregit* Bern. 1. *r. peragit M.* Guelf. 2. duo Wassii. *postquam gessit* Mark. A. *incommodo effecit* Bas. 4. *Post tantam rem Marius sine ullo suorum incommodo* Sen. 1. Fabr. 2. *Omnia non bene consulta modo rerum etiam casu data in v. tr.* Guelf. 3. Leid. a. c. alii pauci. *trahuntur* Commel. *omnes socii cives atque hostes* Bodl. Erl. Franc. *omnes socii atque cohortes* Nazar. Sen. 1. m. pr. *mentem*

Numidæ magis quam mortalem timere: postremo omnes socii atque hostes credere, illi aut mentem divinam esse aut deorum nutu cuncta portendi. Sed Consul, ubi ea res bene evenit, ad alia oppida pergit: pauca, repugnantibus Numidis, capit; plura deserta propter Capsensium miserias, igni corrumpit: luctu atque cæde omnia complentur. Denique multis locis potitus, ac plerisque exercitu incruento, aliam rem adgreditur, non eadem asperitate, qua Capsensium, ceterum haud secus difficilem. Namque haud longe a flumine Mulucha, quod Iugurthæ Bocchique regnum disiungebat, erat inter ceteram planitiem mons saxeus, mediocri castello satis patens, in immensum editus, uno perangusto aditu relicto: nam omnis natura velut opere atque consulto præceps. Quem locum Marius, quod ibi regis thesauri erant, summa vi capere intendit. Sed ea res forte quam consilio melius gesta. Nam castello virorum atque armorum satis, magna vis et frumenti et fons aquæ: aggeribus turribusque et aliis machina-

divinam inesse Vinar. 1. *m. inesse div.* Guelf. 4. verbum om. Guelf. 3. *sed consul, bene ea res ubi evenit* Bas. 1. etiam in aliis verborum positio variat. *bene* om. Comm. *plura deserta* ita ex Cortii libris vix tres. ceteri omnes *deserta* non agnoscunt neque Pemb. Marc. Γ. Λ. Bodl. Ball. Teg. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. 3. *igni comburit.* Bas. 1. *corrumpit* in margine. *ad aliam rem adgred.* Guelf. 6. *ad* etiam Ecc. *Muluchæ* usus Rivii, Naz. Pal. 2. Fabr. 1. Guelf. 1. *Mulucha* plurimi libri. sed Codd. variant *Malucha* Bas. 1. *Muluccha, Muluca, Mulcha* alii. nomen fluminis om. Guelf. 3. *aditu relicto. relicto* om. Guelf. 10. *omnia natura* Guelf. 1. et 2. m. pr. Bas. 1. Vin. 2. Leid. l. Comm. m. pr. Naz. Pal. 2. *parte omni n.* Bas. 4. *nam omni parte* Vrat. 1. *ex omni parte* Fabr. 2. *omni natura* Vin. 1. Fabr. 1. Mark. Γ. Λ. Teg. Tur. *per omnia alia velut* Franc. *per alia omnia n.* Guelf. 9. Erl. *omnis mons* Regius Wassii. *nam per omnia nat.* Berg. Ecc. Ac. inc. Guelf. 4. 7. 11. 12. Leid. a. e. g. n. antiquiores Rivii. Palat. 3. 6. Ball. Pembr. *præceps erat* Leid. a. c. h. i. n. *thesauri erant* verbum om. Ecc. *gesta est* Leid. d. e. k. m. n. Bern. 3. *et frumenti. et* om. Guelf. 3. *in castello* Leid. e. f. h. i. m. n. Vrat. 3. Guelf. 4. 6. 7. 9. 10. 11. *vis erat* Leid. d. m. n. Mark. Γ. *utrimque præcisæ vineæ* ita plurimi libri. *utrimque præces. eo vineæ* Guelf. 3. *præcisum* ita Carrio, Gruterus, Haverc. ediderunt. *præcisa* novem Wassii. *utrinque præceps* Bas. 4. *nam*

tionibus locus importunus: iter castellanorum angustum admodum, utrimque præcisum. Vineæ cum ingenti periculo frustra agebantur; nam quum eæ paullum processerant, igni aut lapidibus corrumpebantur: milites neque pro opere consistere propter iniquitatem loci, neque inter vineas sine periculo administrare: optumus quisque cadere aut sauciari; ceteris metus augeri. At Marius, multis diebus et laboribus consumptis, anxius trahere 93
cum animo suo, omitteretne inceptum, quoniam frustra erat; an fortunam opperiretur, qua sæpe prospere usus. Quæ quum multos dies noctesque æstuans agitaret, forte quidam Ligus ex cohortibus auxiliariis miles gregarius, castris aquatum egressus, haud procul ab latere castelli, quod avorsum præliantibus erat, animum advortit inter saxa repentis cochleas: quarum quum unam atque alteram, dein plures peteret, studio legundi paullatim prope ad summum montis egressus est. Ubi postquam solitudinem intellexit, more ingenii humani, cupido difficilia faciun-

cum eo p. p. Guelf. 1. *hæ p.* Bas. 1. 4. *p. hæ* Bern. 3. *ea* Sen. 1. Fabr. 1. Teg. pron. om. Vin. 1. Martin. erasum in Tur. *igni, vi et lap.* Sen. 2. Heuss. *igni, vi aut lapidibus aut aliis* Leid. n. *prope consistere* Vin. 1. inc. 1. Guelf. 11. 12. Bern. 3.

Cap. 93. *animo suo. suo* om. inc. 1. *inceptum* om. Guelf. 4. *prospere usus fuerat* ita optimi et plurimi libri. *prospera* Ecc. *u. erat.* Ecc. Rem. 1. Leid. h. aliquot Gruteri. duo Wassii. Erl. Tur. *est* Fabr. Teg. unus Wassii. verbum om. unus Wassii. *multos dies noctes* Vrat. 2. *dies vel noctes* Guelf. 6. *Ligur* Vrat. 2. Berg. *aversum* Sen. 1. et tres alii ex Cort. *adversum* plurimi libri. *advertit animum* Guelf. 3. *animum advertit* Bas. 1. Rem. 1. Commel. Nazar. Fabric. Rivii. *unam alteram* Guelf. 3. *coccleas* Bas. 1. *cocleas* Bas. 4. Bern. 3. *more humani ingenii cupido difficilia faciundi animadvertit* ita fere Codd. nisi quod in postremo verbo dissentiunt cfr. Aul. Gell. 9. 13. Non. Marc. 2. 465. *animum vertit* Fabr. 1. Rem. Bas. 1. 4. Sen. Heuss. Vinar. 2. Vrat. 2. 3. Guelf. 2. 4. 7. 11. plures Rivii. Teg. Paris. c. d. *an. advertit* Ac. Bern. 1. Leid. n. *vertit* vel *advertit* etiam meliores Palat. *an. accendit* Franc. incert. Guelf. 3. 12. Leid. k. m. Erl. *intendit* deterior. Palatin. *an. cepit* Guelf. 9. Berg. *an. invadit* Guelf. 6. *invasit* Leid. h. i. l. a. b. e. *attendit* Leid. d. pro *cupido* Vinar. 2.

di animum vortit. Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter saxa, paullum modo prona, dein flexa atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert: cuius ramis modo, modo eminentibus saxis nisus Ligus, castelli planitiem perscribit, quod cuncti Numidæ intenti præliantibus aderant. Exploratis omnibus, quæ mox usui fore ducebat, eadem regreditur, non temere, uti adscenderat, sed temptans omnia et circumspiciens. Itaque Marium propere adit: acta edocet, hortatur, ab ea parte, qua ipse descenderat, castellum temptet: pollicetur sese itineris periculique ducem. Marius cum Ligure, promissa eius cognitum, ex præsentibus misit: quorum uti cuiusque iugenium erat, ita rem difficilem aut facilem nunciavere. Consulis animus tamen paullum arrectus. Itaque ex copia tubicinum et cornicinum, numero quinque quam velocissumos delegit, et cum his, præsidio qui forent, quatuor centuriones, omnisque Liguri parere iubet, et ei

Vrat. 2. Senat. 2. Bern. *cupidus* legunt. *cupidi* Leid. a. b. c. l. *dein flexa* Fabric. et alii quidam ex Cort. Tur. m. pr. *in* vel *re* m. sec. superscripsit. *deinde flexa* Senat. 1. Guelf. 2. alii. Leid. c. f. n. Bern. 1. 3. *inflexa* plurimi. *alta in alt.* Vin. 1. *acta in alt.* Guelf. 3. *acuta in alt.* Leid. l. *modo, modo.* alterum multi libri non agnoscunt, neutrum habent Ecc. Vin. 1. *modo deinde eminent.* Bas. 1. *nixus* Vinar. 2. Vrat. 2. Guelf. 4. 7. Bas. 4. Bern. 3. *in castelli planitiem pervenit* Bas. 1. Guelf. 3. Fabr. 1. m. sec. Leid. c. Erl. Paris. c. *pernotat* Leid. b. *perscripsit* Tur. *proelio aut proeliantibus* Guelf. 3. 10. *proelio* Erl. *eadem regreditur* unus Rivii. Leid. a. b. c. e. k. l. m. n. *uti escenderat* ita Gruterus ex Naz. *ascenderat* Tur. Rivii libri, Pal. Leid. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. n. ita etiam Cortii plerique. Bas. 1. 4. Paris. a. c. d. e. *descenderat* Leid. m. *propere adire* Fabr. 2. *adiit* Berg. Guelf. 1. 2. 12. Bern. 1. Tur. Leid. m. Bas. 4. om. Ecc. Guelf. 10. *acta docet* Vinar. Fabr. Guelf. 2. Bern. 3. Tur. *qua ipse escenderat* etiam hoc loco Gruter. *ascenderat* Bas. 1. Guelf. 9. Leid. c. l. omnes Wassii. *descenderat* ceteri. *pollicetur sese ducem itineris periculique nihil esse docet* inc. 1. Rem. 2. Franc. Vin. 2. Vrat. 2. 3. Ecc. Berg. Guelf. 4. 6. 9. 10. 11. 12. Leid. f. k. similiter fere Pal. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Erl. Bas. 4. Bern. 1. 3. *ex praes. mittit* Guelf. 3. Leid. k. m. Bern. 1. *promissa eius.* pron. om. Berg. *uti cuique ing. erat* Fabric. 2. *nunciavere* Bas. 1. Fabr. Vin. 2. Ecc. Berg. Guelf. 1. 2. 3. 6. 9. *nuntiare*

negotio proxumum diem constituit. Sed ubi ex præcepto tempus 94 visum; paratis compositisque omnibus ad locum pergit. Ceterum illi, qui centuriis præerant, prædocti ab duce, arma ornatumque mutaverant, capite atque pedibus nudis, uti prospectus nisusque per saxa facilius foret: super terga gladii et scuta; verum ea Numidica ex coriis, ponderis gratia simul, et offensa quo levius streperent. Igitur prægrediens Ligus saxa, et si quæ vetustate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus adlevati milites facilius adscenderent; interdum timidos insolentia itineris levare manu: ubi paullo asperior adscensus erat, singulos præ se inermos mittere; deinde ipse cum illorum armis sequi: quæ dubia nisu videbantur potissumus temptare, ac sæpius eadem adscendens descendensque, dein statim digrediens, ceteris audaciam addere. Igitur diu multumque fatigati, tandem in castellum perveniunt, desertum ab ea parte: quod omnes, sicuti aliis diebus, advorsum

Mark. r. m. pr. A. Bern. 3. *renunciavere* alii. *erectus* Ecc. Guelf. 3. Leid. m. *arrectus est* Bas. 1. 4. *numero quinque* Guelf. 1. Vrat. 1. forsitan et aliquot Palat. sed *quinque numero* Commel. cum plurimis Codd. *et cum his præsidio quatuor centur.* Guelf. 4. *omnes Liguri* Ecc. Acad. Guelf. 10. Rem. 1. *et omnes* Guelf. 12. *ei negotio. ei* om. Fabric. Senat. 1. Vinar. 1. inc. 2. Guelf. 1. 4. 6. 7. Teg. Turic.

Cap. 94. *visum est* Leid. a. b. d. f. g. i. k. m. n. Erl. Bas. 4. Bern. 1. 3. *paratis compositis* inc. 1. Turic. m. pr. *paratus compositis* Fabric. Teg. *centuriones erant* Leid. l. *qui et centurias præerant* Vin. 1. Vrat. 1. Sen. 1. Guelf. 1. Fab. Naz. Pal. 2. Commel. *illi qui ascensuri erant* Pal. 5. Guelf. 6. Sen. 2. Erl. Heuss. *i. q. ex centuriis præerant.* Palat. 3. Vin. 2. Bas. 4. Tur. Bern. 3. alii aliter. *caput atque pedibus* Vrat. 3. *nudi* Acad. *vetustæ radices* Guelf. 1. 3. Berg. Senat. 2. Leid. c. *escenderent* Nazar. m. pr. *ascensus erat.* verbum om. Guelf. 3. *inermos* Fabric. 1. Leid. a. b. l. *inhermos* Tur. *pro se* Ecc. Guelf. 2. m. pr. *dubia nisu* Ecc. Guelf. 3. 4. 6. Leid. e. Paris. e. *nixu* Bas. 4. *ascendens et descendens* Tur. Bas. 4. Fabric. Bern. 1. 3. Franc. incert. 1. *descendensque* om. Leid. k. Guelf. 7. Rem. 1. *dein statim digrediens* om. Vin. 1. *advorsum hostis* Bas. 1. Guelf. 3. *tota die* Vin. 1. Berg. Guelf. 6. 9. 10. 12. ita Haverc. Leid. Pemb. Bern. 3. *intentos suos habuerat* plerique Rivii. Pal. 8. *invidias*

hostis aderant. Marius, ubi ex nunciis, quæ Ligus egerat, cognovit, quamquam toto die intentos prælio Numidas habuerat, tum vero cohortatus milites et ipse extra vineas egressus, testudine acta succedere et simul hostem tormentis sagittariisque et funditoribus eminus terrere. At Numidæ sæpe antea vineis Romanorum subvorsis, item incensis, non castelli mœnibus sese tutabantur; sed pro muro dies noctesque agitare: maledicere Romanis ac Mario vecordiam obiectare; militibus nostris Iugurthæ servitium minari; secundis rebus feroces esse. Interim omnibus Romanis hostibusque prælio intentis, magna utrimque vi pro gloria atque imperio his, illis pro salute certantibus, repente a tergo signa canere: ac primo mulieres et pueri, qui visum processerant, fugere; deinde, uti quisque muro proxumus erat, postremo cuncti armati inermesque. Quod ubi accidit, eo acrius Romani instare, fundere ac plerosque tantummodo sauciare: dein super occisorum corpora vadere, avidi gloriæ certantes murum petere, neque quemquam omnium præda morari. Sic forte correcta Marii temeritas,
95 gloriam ex culpa invenit. Ceterum dum ea res geritur, L. Sulla Quæstor cum magno equitatu in castra venit: quos uti ex Latio et a sociis cogeret, Romæ relictus erat. Sed quoniam nos tanti viri

hab. Pal. 1. 2. Sen. 1. Guelf. 1. Fab. 1. m. pr. Tur. m. pr. *insidias h.* Comm. *testudine facta* Guelf. 3. *ac Mario. ac* om. duo Wassii. *in prælio intentis* Fab. 1. *Romanis omnibus* ita Haverc. Leid. Bas. 1. *pro gloria, pro imperio* duo Wassii. *murum petere* ita vulgo. *rumpere* Guelf. 1. *ascendere* Ecc. Acad. incert. 1. Rem. Berg. Vinar. 2. Bas. 4. Vrat. 2. 3. Guelf. 6. 7. 9. 10. 12. Leid. a. d. e. f. *correpta* Vin. 1. Acad. Franc. inc. 1. Rem. 1. Vrat. 2. 3. Guelf. 4. 6. 7. 9. 12. Leid. c. quinque Wassii. Bas. 1. 4. Bern. 1.

Cap. 95. *Silla* Bas. 1. ita ubique. *dum ea res agitur* pauci et deteriores Cort. Leid. a. d. e. k. quatuor Popmæ. duo Wassii. Bas. 4. *exercitum cogeret* pauci Mss. ex Cort. Bern. 1. *exercitum* plerique om. *auxilia cog.* Bern. 3. *cog. milites* aliquot iuniores ex Cort. exhibent. item Leid. f. c. Bas. 4. *quod uti* Bas. 1. Senat. Vinar. 1. Heus. Guelf. 1. 2. Carrionis libri. Paris. a. *quos uti* Guelf. 3. *quem uti* Paris. d. *qui*

res admonuit; idoneum visum est, de natura cultuque eius paucis dicere; neque enim alio loco de Sullæ rebus dicturi sumus: et L. Sisenna optume et diligentissume omnium, qui eas res dixere, persecutus, parum mihi libero ore locutus videtur. Igitur Sulla gentis patriciæ nobilis fuit, familia prope iam exstincta maiorum ignavia, literis Græcis atque Latinis iuxta et doctissume eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, sed gloriæ cupidior: otio luxurioso esse, tamen ab negotiis numquam voluptas remorata; nisi quod de uxore potuit honestius consuli: facundus, callidus et amicitia facilis: ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis: multarum rerum ac maxume pecuniæ largitor. Atque illi felicissumo omnium ante civilem victoriam, numquam super industriam fortuna fuit: multique dubitavere, fortior an felicior esset; nam postea quæ fecerit, incertum habeo, pudeat an
pigeat disserere. Igitur Sulla, uti supra dictum est, postquam in 96
Africam atque in castra Marii cum equitatu venit, rudis antea et ignarus belli, sollertissumus omnium in paucis tempestatibus factus est. Ad hoc milites benigne adpellare; multis rogantibus, aliis per se ipse dare beneficia, invitus accipere: sed ea properantius quam æs mutuum reddere; ipse ab nullo repetere: magis id

uti reliqui. *quoniam nos* pron. sedem variat in Parisinis. *de natura eius cultuque* Guelf. 10. *eius om*. Ecc. *neque alio loco* Guelf. 3. *gentis patriciæ nobilis fuit* ita omnes fere libri. *nobilis fuit* in Fabric. 1. in margine m. pr. adscripsit. *iam prope* Bas. 1. Vrat. 2. Guelf. 12. *et Latinis* Bas. 1. *iuxta atque*. *atque* in aliquot Ciacconii et Gruteri libris omissum. *luxurioso esse*. *esse* om. Guelf. 3. Rem. 1. *luxuriose* Turic. Guelf. 4. *aditu et amicitia facilis* Guelf. 3. Vrat. 1. Palat. 3. Putschii liber, Leid. c. i. *et amicit. et* om. Bern. 1. *illi feliciss.* pron. om. Ecc. Guelf. 3. plures Leid. tres Gruteri meliores. *pudeat magis* Leid. b. c. f. *pudet magis an piget* Fabric. Rem. Acad. Vrat. 2. Struv. Ecc. Guelf. 7. 11. 12. Leid. c. h. d. qui tamen *magis* transponit. Teg. Bas. 4. Paris. b. d. Tur. *pudeat an pigeat magis* Leid. c. i. k. l. Regius Wassii, Bern. 1. *magis* in Bas. 1. m. sec. addidit. om. Leid. a. n.

Cap. 96. *uti supra prædictum est* Bas. 1. *multus esse* Commel. Mark. A: *ipse*

laborare, ut illi quam plurimi deberent: ioca atque seria cum
humillumis agere: in operibus, in agmine atque ad vigilias multus
adesse: neque interim, quod prava ambitio solet, Consulis aut
cuiusquam boni famam lædere: tantummodo neque consilio ne-
que manu priorem alium pati: plerosque antevenire. Quis re-
97 bus et artibus brevi Mario militibusque carissumus factus. At
Iugurtha, postquam oppidum Capsam aliosque locos munitos et
sibi utiles, simul et magnam pecuniam amiserat, ad Bocchum
nuncios mittit, quam primum in Numidiam copias adduceret:
prælii faciundi tempus adesse. Quem ubi cunctari accepit et
dubium belli atque pacis rationes trahere: rursus, uti antea, pro-
xumos eius donis corrumpit, ipsique Mauro pollicetur Numidiæ
partem tertiam, si aut Romani Africa expulsi, aut integris suis
finibus, bellum compositum foret. Eo præmio inlectus Bocchus
cum magna multitudine Iugurtham accedit. Ita amborum exerci-
tu coniuncto, Marium iam in hiberna proficiscentem, vix decima
parte die reliqua, invadunt, rati noctem, quæ iam aderat, et
victis sibi munimento fore; et, si vicissent, nullo impedimento,
quia locorum scientes erant: contra Romanis utrumque casum
in tenebris difficiliorem fore. Igitur simul Consul ex multis de

ab nullo rapere Teg. Turic. m. pr. Fabr. 1. m. pr. 2. Vrat. 3. Ecc. Guelf. 4. 10. 11. *priorem alium. alium* om. Fabric. *quibus rebus et artibus brevi.* ita vulgo. *quis rebus* Guelf. 3. (omissis *et artibus.*) *quibus artibus* Franc. duo Putschii. libri Cypr. Popmæ. *pleros antevenire* Bern. 1. *factus fuit* Guelf. 1. *est* omnes Rivii ignorant.

Cap. 97. *duceret* Commel. *adducere* Guelf. 1. Nazar. Palat. 2. 7. *cunctari* om. unus Wassii. *cunctari accepit et dub.* Vin. Bas. 1. Acad. Berg. Guelf. 3. *proxumos eius* pron. om. Fabric. Vrat. 2. *corrupit* meliores Gruteri. Mark. Γ. Λ. *inlectus* Bas. 1. *ipsique Boccho* Leid. d. e. f. g. h. i. m. n. etiam Cortii aliquot. *ipsi M.* Teg. *tertiam partem* Bas. 4. Teg. Turic. Bern. 1. *vix decima parte die reliqua* Guelf. 3. 9. 12. Leid. a. b. c. d. e. k. l. m. cfr. Aul. Gell. 9. 14. Mark. Λ. m. pr. Popmæ omnes. *et victis* Bas. 1. Franc. inc. 1. Rem. Struv. Berg. Guelf. 12. *nulli imped.* Guelf. 7. *diffic. esse* Fabric. 2. incert. 2. Guelf. 11. 12. nec *fore* nec *esse* agnoscunt Sen. 1.

hostium adventu cognovit, et ipsi hostes aderant; et priusquám
exercitus aut instrui, aut sarcinas colligere, denique antequam
signum aut imperium ullum accipere quivit, equites Mauri at-
que Gætuli, non acie neque ullo more prælii, sed catervatim,
uti quosque fors conglobaverat, in nostros concurrunt; qui om-
nes trepidi improviso metu, ac tamen virtutis memores, aut arma
capiebant, aut capientes alios ab hostibus defensabant: pars equos
adscendere, obviam ire hostibus: pugna latrocinio magis quam
prælio similis fieri: sine signis, sine ordinibus equites, pedites
permixti; cædere alios, alios obtruncare; multos, contra advor-
sos acerrume pugnantes, ab tergo circumvenire: neque virtus,
neque arma satis tegere; quod hostes numero plures et undi-
que circumfusi erant; denique Romani veteres novique, et ob
ea scientes belli, si quos locus aut casus coniunxerat, orbes
facere: atque ita ab omnibus partibus simul tecti et instructi
hostium vim sustentabant. Neque in eo tam aspero negotio Ma- 98
rius territus aut magis quam antea demisso animo fuit; sed cum
turma sua, quam ex fortissumis magis quam familiarissumis pa-
raverat, vagari passim; ac modo laborantibus suis succurrere,
modo hostis, ubi confertissumi obstiterant, invadere: manu con-

Vrat. 1. Vinar. 2. *quod locorum* Bern. 3. Tur. *accipere quivisset* Bas. 1. 4. inc. Ac. Guelf. 6. 7. Leid. b. d. e. h. Bern. 3. *quiverit* Guelf. 11. 12. Struv. Berg. Leid. a. Bern. 1. *quierit, quivissent, queunt* alii. *in nostros concurrunt* Ecc. Vin. 1. Bas. 1. 4. Leid. f. g. m. n. Acad. Franc. incert. Struv. Vrat. 2. Guelf. 7. 11. *incurrunt* ceteri. *ac tamen* Bas. 1. inc. 1. Vinar. 1. Vrat. 1. Acad. Guelf. 1. 3. 6. Gruteri libri. *attamen* ceteri. *ab hostibus* om. Bas. 1. *peditesque*. *que* om. Vin. 1. Guelf. 4. Leid. a. b. c. d. e. h. i. m. Fabr. Rivii. *equites et* vel *ac* alii. *permixto* Bas. 1. m. pr. *uti quosque locus* Erl. Bas. 4. sed is *ut* habet. *quia* Bas. 1. Ac. *orbem* Fabr. plures Rivii. *fecere* Fabric. 1. Vin. 1. inc. 2. Vrat. 2. Bern. 3.

Cap. 98. *territus Mar.* Vinar. 1. *hostis* Guelf. 3. *demisso animo, cum turma* Bern. 1. *magna parte edita* Bas. 1. Sen. 2. Heuss. Vrat. 2. 3. *magna pars edita* Guelf. 3. Erl. *disp. mil. paul.* Tur. Teg. Bas. 4. *minus conturb. host.* Tur. Teg. *pauca mu-*

sulere militibus, quoniam imperare, conturbatis omnibus, non poterat. Iamque dies consumptus erat, quum tamen barbari nihil remittere; atque, uti reges præceperant, noctem pro se rati, acrius instare. Tum Marius ex copia rerum consilium trahit, atque, uti suis receptui locus esset, collis duos propinquos inter se occupat; quorum in uno, castris parum amplo, fons aquæ magnus erat: alter usui opportunus, quia magna parte editus et præceps pauca munimento quærebat. Ceterum apud aquam Sullam cum equitibus noctem agitare iubet. Ipse paullatim dispersos milites, neque minus hostibus conturbatis, in unum contrahit: dein cunctos pleno gradu in collem subducit. Ita reges, loci difficultate coacti, prælio deterrentur; neque tamen suos longius abire sinunt, sed, utroque colle multitudine circumdato, effusi consedere. Dein crebris ignibus factis, plerumque noctis barbari suo more lætari, exsultare, strepere vocibus: et ipsi duces feroces, quia non fugere, atque pro victoribus agere. Sed ea cuncta Romanis ex tenebris et editioribus locis facilia visu magnoque hor-

nimento egebat ita Gruter. et Wassius, sed contra libros. *pauco mun. egeb.* Guelf. 3. 6. 7. Palat. 3. Reg. Arond. Pemb. Mart. Bas. 4. *pauca munimento gerebat* Fabr. *gerebant* Leid. l. Naz. Mark. r. Bas. 1. m. pr. *regebat* pauci. *pauca munimenta gerebat* longe plurimi. *pauca munimenta quærebat* Ecc. Leid. a. e. Cod. Aldinus, unus Rivii. *in collem subd. in collem* om. Guelf. 3. *et ipsi duces* Teg. Erl. Bas. 1. *quia non fugere, pro victoribus agere* Guelf. 2. 3. *fugerant* Paris. c. m. sec. *fugere aut pro* omnes fere libri. *atque pro* Guelf. 10. 11. Leid. f. n. deteriores Gruteri. *ut pro* omnes fere Leid. exhibere videntur. *fugere seque pro vict.* Bas. 4. *et iam pro victoribus sese agere* Bern. 1. *et ipsi pro victoribus, quia non fugere* Bern. 3.

Cap. 99. *nec signa quidem* Vin. 1. Guelf. 12. Berg. Bas. 4. Bern. 1. *de improviso vectigales* omnes libri. *vigiles* Cort. emendavit. *aut portis* Fabr. 1. Vin. 2. Vrat. 1. Struv. inc. Rem. 1. Bas. 1. Ecc. Teg. Guelf. 1. 7. 9. 10. 11. quinque Wassii. Tur. *erumpere iubet* Leid. b. d. f. g. i. k. l. m. n. omnes Palat. (præter 8.) Erl. Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. *iubet erumpere portis* Bern. 3. *signa canere. signa* om. Guelf. 10. Leid. k. *tubas* c. Guelf. 11. *tuba* c. Guelf. 4. 6. 7. 12. Ecc. Rem. 1. Struv. incert. Franc.

tamento erant. Plurimum vero Marius imperitia hostium confir- 99
matus, quam maxumum silentium haberi iubet: ne signa quidem,
uti per vigilias solebant, canere: deinde, ubi lux adventabat,
defessis iam hostibus et paullo ante somno captis, de improviso
vigiles, item cohortium, turmarum, legionum tubicines simul
omnis signa canere, milites clamorem tollere atque portis erum-
pere. Mauri atque Gætuli, ignoto et horribili sonitu repente ex-
citi, neque fugere, neque arma capere, neque omnino facere aut
providere quicquam poterant; ita cunctos strepitu, clamore,
nullo subveniente, nostris instantibus, tumultu, terrore, formido
quasi vecordia ceperat. Denique omnes fusi fugatique; arma et
signa militaria pleraque capta: pluresque eo prælio, quam om-
nibus superioribus interemti. Nam somno et metu insolito im-
pedita fuga. Dein Marius, uti cœperat, in hiberna: quæ prop- 100
ter commeatum in oppidis maritumis agere decreverat; neque
tamen victoria socors aut insolens factus; sed pariter ac in con-
spectu hostium quadrato agmine incedere. Sulla cum equitatu

Leid. h. plures Popmæ libri, tres Wassii. Bas. 4. *cohortum* Bern. 3. Bas. 4. *portas er.* Franc. Fabr. 2. *ignoto atque horribili* Bern. 1. 3. Tur. *tumultu, formidine, terrore q. vec.* Ecc. Bas. 1. Sen. 1. Vrat. 1. Guelf. 4. 10. 11. 12. *formidine terror* Vrat. 2. Guelf. 2. 3. Putschii liber. *terrore formido* Vinar. 2. Fabric. 2. Guelf. 7. Palat. 3. Turic. m. sec. *formidine* om. Palat. 4. *acceperat* Bas. 1. 4. Franc. Struv. Fabric. 2. Sen. 1. Rem. Berg. Vinar. 2. Vrat. 1. Ecc. Guelf. 1. 2. 4. 7. 10. Leid. b. c. e. h. i. m. n. Teg. Tur. Bern. 3. *plures eo proelio* Bas. 1. *fuga impedita* Fabr. Turic.

Cap. 100. *in hiberna it* vel *iter* Bas. 1. deteriores Cortii, duo Wassii, ex Leid. b. e. m. Bern. 1. ceteri Leid. *proficiscitur* exhibere videntur. *Marius profectus uti coeperat in hiberna propter comm.* Palat. 3. *proficiscitur in hib.* Palat. 7. *in hib. prof.* Erl. Bas. 4. is tamen addit *quia iter.* plerique nullum verbum agnoscunt. *quæ* om. Senat. Vinar. Heuss. Ecc. Guelf. 1. 2. 7. 9. aliquot Gruteri, octo Wassii, Bas 1. Tur. Bern. 3. *neque tamen socors victoria* hoc ordine Berg. Guelf. 3. *secors* Leid. e. g. h. i. k. l. Bern. 1. *nec tamen* Vin. 1. *pariter ac* Fabr. Ecc. Berg. Struv. inc. Franc. Guelf. 3. 4. 9. Bas. 1. 4. Turic. *sed pariter. sed* om. Guelf. 3. *atque* ceteri. *dextumos*

apud dextumos, in sinistra parte A. Manlius cum funditoribus et sagittariis, præterea cohortes Ligurum curabat: primos et extremos cum expeditis manipulis tribunos locaverat. Perfugæ, minume cari et regionum scientissumi, hostium iter explorabant: simul Consul, quasi nullo imposito, omnia providere: apud omnis adesse: laudare, increpare merentis. Ipse armatus intentusque, item milites cogebat: neque secus, atque iter facere, castra munire; excubitum in porta cohortes ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere; præterea alios super vallum in munimentis locare, vigilias ipse circumire, non tam diffidentia futuri, quæ imperavisset, quam uti militibus exæquatus cum imperatore labos volentibus esset. Et sane Marius illoque aliisque temporibus Iugurthini belli pudore magis quam malo exercitum coercebat: quod multi per ambitionem fieri aiebant; pars quod a pueritia consuetam duritiam et alia, quæ ceteri miserias vocant, voluptati habuisset. Nisi tamen respublica pariter ac sævissumo imperio bene atque deco-
101 re gesta. Igitur quarto denique die, haud longe ab oppido Cirta undique simul speculatores citi sese ostendunt: qua re hostis ades-

Tur. m. pr. *apud extremos* Senat. 1. Fabric. 1. Vinar. 1. Vrat. 1. Guelf. 1. 3. Leid. l. (sed *dextros* in marg.) Fabric. Rivii, meliores Gruteri, tres Wassii. Teg. *in sinistra parte. parte* om. Vinar. 1. Guelf. 4. *cohortibus* Leid. k. Guelf. 3. *maniplis* Guelf. 1. Vin. 2. inc. 2. *laudare et increpare* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 3. *atque iter faceret* Fabr. 1. inc. 1. Vin. 2. Berg. Tur. Paris. b. e. Bas. 4. Tur. Bern. 1. 3. Struv. Vrat. 1. 2. Ecc. Guelf. 10. 12. Leid. i. (is vero *atque si iter*) Pemb. deteriores Grut. *faciebat* Fabr. 2. *in porta* Cortii, Rivii et omnes fere Mss. *in portam* Ecc. *in portis* Guelf. 7. *in portas* Guelf. 6. *circumire* Bas. 1. *circuire* ceteri. *equites et aux.* Bas. 1. *in munim. super vall.* Bas. 4. Tur. Teg. Bern. 1. *non tam diffidentia futuri quæ. tam* om. Sen. 1. Guelf. 1. 2. Leid. e. h. i. k. l. n. *futurum quod* Guelf. 3. (omisso *imperio*) *futuri quam* Guelf. 6. *futurum quæ* Guelf. 7. 11. *futuri quod* Vin. 1. Bern. 1. *futurorum quod* Senat. 2. Heuss. *futurorum quæ* Struv. inc. 1. Vrat. 3. Leid. b. n. Bas. 4. *illoque et aliis temp.* Berg. Teg. Erl. Bas. 4. *illo et aliis* Nazar. *pars quod. pars* in paucis Cortii legitur. om. et Bas. 1. 4. Bern. 1. 3. retinet Turic. *labos ex* Leid. e. k. l. *alii* Fabr. 2. Leid. g.

se intellegitur. Sed quia divorsi redeuntes, alius ab alia parte atque omnes idem significabant; Consul incertus, quonam modo aciem instrueret, nullo ordine commutato, advorsum omnia paratus, ibidem opperitur. Ita Iugurtham spes frustrata, qui copias in quatuor partes distribuerat, ratus ex omnibus æque aliquos ab tergo hostibus venturos. Interim Sulla, quem primum hostes adtigerant, cohortatus suos, turmatim et quam maxume confertis equis ipse aliique Mauros invadunt: ceteri in loco manentes ab iaculis eminus emissis corpora tegere et, si qui in manus venerant, obtruncare. Dum eo modo equites præliantur, Bocchus cum peditibus, quos Volux filius eius adduxerat, (neque in priore pugna, in itinere morati, adfuerant,) postremam Romanorum aciem invadunt. Tum Marius apud primos agebat, quod ibi Iugurtha cum plurimis erat. Dein Numida, cognito Bocchi adventu, clam cum paucis ad pedites convortit: ibi Latine (nam apud Numantiam loqui didicerat) exclamat: „nostros frustra pugnare; paullo ante Marium sua manu interfectum;" simul gladium sanguine oblitum ostendere, quem in pugna, satis impigre occiso pedite no-

pars ita consuetum habuisse Guelf. 3. *omnia reipublicæ* multi ex deterioribus libris. *rei p.* etiam Bas. 1.

Cap. 101. *ab oppido* præpos. om. Teg. Fabr. Tur. *intellegitur*, Sen. 1. *igitur. Iugurtham* deteriores libri. *ita Iug.* meliores. *æque aliq. æque* om. Rem. 1. Acad *alios* Bas. 1. Franc. *hostes attigerant. hostes* om. Fabr. *pro turmatim* Bas. 1. *catervatim* habet. *eminus missis* Fabric. Teg. *et si qua* Bas. 1. *præliarentur* Bas. 1. Senat. 1. Acad. Vinar. 2. Guelf. 12. Leid. i. l. Bern. 3. *itinere morati* (sine præpos.) Vin. 1. Franc. Berg. Guelf. 7. 12. Leid. c. m. Palat. 5. m. pr. 1. m. sec. Bern. 1. *invadit* Leid. k. m. n. Bas. 4. Turic. pro varia lectione, Bern. 1. *apud primos agebat - plurimis erat* ita plerique Codd. *ap. primos erat* ita Gruter. Fabric. Teg. Tur. Sen. 1. Vin. 1. Guelf. 1. 2. 6. Leid. hoc loco verb. om. Sen. 2. Heuss. *plurimis agebat* Leid. b. d. g. e. f. k. l. Gruteri eius loco ex paucis libris *instabat* legi iussit; ita Erl. incert. 2. Bas. 4. *agitabat* Rem. 2. Vinar. 2. Paris. d. Bern. 3. *ad Numant.* Fronto Ex. Elocut. s. v. *ad.-. oblitum ostentans* Priscian. 10. 7. 501. *acrius intendere* Palat. 2. pro

stro, cruentaverat. Quod ubi milites accepere, magis atrocitate rei quam fide nuncii terrentur: simulque barbari animos tollere et in perculsos Romanos acrius incedere. Iamque paullum ab fuga aberant, quum Sulla, profligatis iis, quos advorsum ierat, rediens ab latere Mauris incurrit. Bocchus statim avortitur. At Iugurtha, dum sustentare suos et prope iam adeptam victoriam retinere cupit, circumventus ab equitibus, dextra, sinistra omnibus occisis, solus inter tela hostium vitabundus erumpit. Atque interim Marius, fugatis equitibus, accurrit auxilio suis, quos pelli iam acceperat. Denique hostes iam undique fusi. Tum spectaculum horribile in campis patentibus: sequi, fugere, occidi, capi; equi atque viri adflicti: ac multi, volneribus acceptis, neque fugere posse, neque quietem pati; niti modo, ac statim concidere: postremo omnia, qua visus erat, constrata telis, armis,
102 cadaveribus; et inter ea humus infecta sanguine. Postea loci Consul haud dubie iam victor, pervenit in oppidum Cirtam, quo initio profectus intenderat. Eo post diem quintum, quam iterum barbari male pugnaverant, legati a Boccho veniunt, qui regis verbis ab Mario petivere, duos quam fidissumos ad eum mitteret; velle de se et de populi Romani commodo cum his disserere.

varia lectione, duo Wassii. Vin. 2. *ab fuga* Fabr. 1. Guelf. 3. præp. erasit Naz. m. sec. *erupit* Vin. 2. Fabric. 2. Berg. Franc. Ecc. Guelf. 7. Leid. h. k. m. Bas. 1. 4. Bern. 1. 3. *occurrit aux. suis* Berg. Struv. Ecc. Guelf. 4. 6. 7. 10. 11. 12. *accurrit* ceteri. *iam und. f. iam* om. Guelf. 3. Ecc. *in campis. in* om. Fabr. Leid. m. *sequi, effugere* Bas. 4. Teg. *equi, viri* Guelf. 6. *confecta sanguine* Teg. Fabr. Guelf. 1. 11.

Cap. 102. *ad eum uti mitteret* Leid. g. *de se et de p.* Bas. 1. Paris. a. *suo* ceteri. *et de suo* Fabr. Teg. *cum his disserere* omnes fere libri. *cum is* Ecc. Guelf. 6. *L. Sill. L.* om. Teg. Bas. 4. Tur. *acciti veniebant* Guelf. 3. Erl. verb. om. Ecc. *uti ingen.* ita Gruter. ex aliquot Palat. et plurimi Leid. Bas. 4. *uti* om. Fabr. inc. Bas. 1. Struv. Vin. 2. plures Palat. Teg. Turic. Bern. 3. Senat. 1. Vrat. 2. Ecc. Guelf. 1. 2. 4. 6. *quo ingen.* Vinar. 1. Bern. 1. Franc. Berg. Guelf. 3. Leid. k. *qui ing.* Leid. m. *uti flect.* aliquot Rivii libri. *nob. læt. est* hoc ordine plerique Cort. *læt. nob. est quod* Bern. 4. *læt. nobis est* Bas. 1. *lætitia est. est* om. Fabr. 1. Tur. *est nobis* Guelf.

Ille statim L. Sullam et A. Manlium ire iubet. Qui quamquam acciti ibant, tamen placuit verba apud regem facere: ingenium aut avorsum uti flecterent, aut cupidum pacis vehementius accenderent. Itaque Sulla, cuius facundiæ non ætati a Manlio concessum, pauca verba huiuscemodi locutus:

„ Rex Bocche, magna nobis lætitia est, quum te talem virum Di monuere, uti aliquando pacem quam bellum malles; neu te optumum cum pessumo omnium Iugurtha miscendo commaculares; simul nobis demeres acerbam necessitudinem, pariter te errantem atque illum sceleratissumum persequi. Ad hoc populo Romano iam a principio inopi melius visum amicos quam servos quærere: tutius rati, volentibus quam coactis imperitare. Tibi vero nulla opportunior nostra amicitia: primum, quod procul absumus, in quo offensæ minumum, gratia par ac si prope adessemus; dein quod parentes abunde habemus, amicorum neque nobis neque cuiquam omnium satis fuit. Atque hoc utinam a principio tibi placuisset! profecto ex populo Romano ad hoc tempus multo plura bona accepisses, quam mala perpessus esses. Sed quoniam humanarum rerum fortuna pleraque regit; cui scilicet placuisse et vim, et gratiam nostram te experiri: nunc, quando per illam licet, festina,

4. 6. *di mon.* Bas. 1. Bern. 3. *dempseras* Naz. *et te errantem* Rivius ex suis. *atque illum sc.* Bas. 1. Bern. 1. 4. *ad hoc utinam a principio tibi melius visum* Nazar. Palat. 2. m. sec. *utinam* etiam Turic. addit. *utinam principio* Bern. 4. *ad hoc visum populo Romano iam a principio inopi* Erl. *inopi* om. Guelf. 1. 3. 4. Fabr. 2. aliquot Manutii. Palatin. 4. *P. R. inop. mel. visum* Palatin. 5. *melius* om. Ecc. Erl. Bas. 4. *habemus abunde* Teg. *tutiusque rati. que* om. incert. 2. Guelf. 7. *tutius esse rati* Bas. 1. sed *esse* m. sec. adiecit. *quia procul* Bas. 1. Bern. 3. 4. *dein quia* Bas. 1. Bern. 4. *satis fuit. est* Struv. Vratisl. 3. Ecc. Guelf. 7. verbum om. Guelf. 4. *perpessus est* Palatin. 4. *scilicet placuisse* ita Gruterus ex Palatin. 1. accedunt plures Leid. Senat. 1. Guelf. 1. qui *placuisset* exhibent, ceteri variant, *placuit* seu *complacuit* plurimi. *et vim. et* plurimi Cortii om. *tibi a principio* Teg. Bas. 4. Turic. Bern. 3. *te experiri* Rem. Vinar. Fabric. 2. Bas. 1. 4. Leid. h. i. m. Turic. Bern. 1. 4. Vrat. Ac. Struv. Berg. Guelf. 2. 3. 4. 6. 9. 10. 11. *quoniam per illam* Leid. h. k. l. m. n. Pa-

atque uti cœpisti, perge. Multa atque opportuna habes, quo facilius errata officiis superes. Postremo hoc in pectus tuum dimitte, numquam populum Romanum beneficiis victum esse: nam bello quid valeat, tute scis."

Ad ea Bocchus placide et benigne; simul pauca pro delicto
suo verba facit: „Se non hostili animo, sed ob regnum tutandum
arma cepisse: nam Numidiæ partem, unde vi Iugurtham expu-
lerit, iure belli suam factam; eam vastari ab Mario; pati nequi-
visse: præterea missis antea Romam legatis, repulsum ab amici-
tia. Ceterum vetera omittere, ac tum, si per Marium liceret, le-
gatos ad Senatum missurum." Dein, copia facta, animus barbari
ab amicis flexus, quos Iugurtha, cognita legatione Sullæ et Man-
103 lii, metuens id, quod parabatur, donis corruperat. Marius inte-
rea, exercitu in hibernaculis composito, cum expeditis cohorti-
bus et parte equitatus proficiscitur in loca sola, obsessum turrim
regiam, quo Iugurtha perfugas omnis præsidium imposuerat.

latini aliquot, Bas. 4. Bern. 1. 3. *uti* Tur. Bas. 4. Hav. Bern. 3. *multa atque opportuna. atque* om. plures Palat. Vin. 1. Senat. Struv. Vrat. 3. Heuss. Guelf. 1. 3. 6. 11. 12. Leid. k. l. m. n. Erl. Bas. 4. Turic. Bern. 1. *dimitte* Gruter. Bas. 1. 4. Bern. 1. Franc. Fabric. 2. Acad. Berg. Vrat. 3. Guelf. 1. 3. 4. 6. 9. 11. omnes Leid. (præter k.) *demitte* ceteri. *victum esse. esse* om. Guelf. 3. Fabric. 1. *pauca pr. d. suo. pauca* om. Bas. 1. *suo* om. Guelf. 3. *ob regn. tut. ob* om. Bas. 1. Nazar. Fabric. Sen. 1. Vin. 1. Guelf. 1. 3. 6. *tut. ob reg.* Bern. 3. *tutatum* Vin. 1. *reg. ad tut.* Leid. i. l. Palat. 4. *tutando* Palat. 3. *expulerat* Franc. inc. 1. Struv. Berg. Guelf. 7. 10. 12. aliquot Paris. *nequivisse pati* Guelf. 3. Bas. 4. *eam vastari* pron. om. Bern. 1. *vetera demittere* Leid. l. *repulsum se* Vin. 1. Guelf. 9. Bern. 1. *per Marium si liceret* Guelf. 12. *oratione atque Sillæ et Manlii id, quod parabatur metuens* Guelf. 3.

Cap. 103. *in hibernaculis comp.* omnes fere libri. *in hibernis* Rem. 2. Berg. aliquot Rivii, quatuor Wassii. *præsidio imp.* Vratisl. Guelf. 10. Leid. d. f. n. *feliciter seu rep.* ita Gruter. ex suis Mss. Fabr. Bas. 1. Vrat. 1. Senat. 2. Heuss. Guelf. 1. 2. 4. Teg. Paris. a. b. c. e. Bas. 1. Bern. 1. *fel. erga Romanos seu* Guelf. 7. Vin. 2. Vrat. 2. Leid. g. *fel. aït erga R. seu* Guelf. 9. *fel. egit erga R.* Guelf. 10. Berg. Pal. 5. 6. Tur.

Tum rursus Bocchus, seu reputando, quæ sibi duobus præliis venerant, seu admonitus ab aliis amicis, quos incorruptos Iugurtha reliquerat, ex omni copia necessariorum quinque delegit, quorum et fides cognita, et ingenia validissuma erant. Eos ad Marium, ac dein, si placeat, Romam legatos ire iubet: agendarum rerum et quocumque modo belli componendi licentiam ipsis permittit. Illi mature ad hiberna Romanorum proficiscuntur: dein in itinere a Gætulis latronibus circumventi spoliatique, pavidi, sine decore ad Sullam profugiunt; quem Consul in expeditionem proficiscens pro Prætore reliquerat. Eos ille non pro vanis hostibus, uti meriti erant, sed accurate ac liberaliter habuit; qua re barbari et famam Romanorum avaritiæ falsam, et Sullam ob munificentiam in sese amicum rati. Nam etiam tum largitio multis ignota erat: munificus nemo putabatur, nisi pariter volens: dona omnia in benignitate habebantur. Igitur quæstori mandata Bocchi patefaciunt; simul ab eo petunt, uti fautor con-

Bern. 3. *erga Rom.* egit *fel.* Bas. 4. *fel. acta Romanorum facit* Guelf. 11. *fel. habuit se* Leid. m. n. Franc. *fel. flexus* Ac. Struv. *Bocchus flectitur seu.* Vrat. 3. Paris. d. *feliciter* om. Vin. 1. Sen. 1. inc. 1. Ecc. Guelf. 3. 6. *præliis venerant* Fabr. 1. Guelf. 1. 2. Vrat. 2. Leid. b. l. m. n. Palat. 5. 6. Naz. Pemb. m. pr. Mark. Λ. aliquot Paris. *ab aliis amicis* ita vulgo. *ab illius am.* Guelf. 2. *ab illis am.* Guelf. 6. pron. om. Berg. *ac deinceps* Guelf. 1. *ac* om. Guelf. 12. *si placet* Guelf. 4. 10. 12. Erl. Bern. 1. *et quocumque. et* om. inc. 2. Tur. *ipsis permittit* ita vulgo. *illis p.* Sen. 1. Fabr. 2. Rem. 2. Berg. plures Palat. unus Wassii. Bas. 4. Turic. Bern. 1. 3. *illis ipsis* Guelf. 12. *lic. perm. illis* Guelf. 3. *deinde in itinere a Gætulis latron.* Guelf. 1. 3. 6. Fabric. 1. Ac. Berg. Bas. 4. *deinde a Gætulis latron. in itinere* ceteri inverso ordine. *dein in itiner.* Bern. 3. Tur. *ad Sullam pergunt* ita Gruter. ex melioribus, inc. 2: Guelf. 4. *profugiunt* plerique Cort. omnes Leid. (præter n.) Paris. Bas. 4. Bern. 3. *perfugiunt* unus ex Guelf. Leid. n. aliquot Pal. *perveniunt* Mark. Γ. *proveniunt* ceteri. *pro prætore in castris* Wassii, Bern. 1. Leid. m. Turic. sed ordine inverso. *uti mer. erant* Rivii libri. Bas. 4. *ignota erat* vulgo. *ign. fuit* Vin. 1. *ignorat erat* Guelf. 6. *ignorata erat* inc. 2. Senat. 2. Vrat. 2. Heuss. Turic. *consultos sibi adsit* Vin. 1. *sibi adesset* Guelf. 1. *regis sui* pron. om. inc. 2. *benevolentiæ* Gruter. ex Cort. Ecc. Acad.

sultorque sibi adsit; copias, fidem, magnitudinem regis sui, et alia, quæ aut utilia aut benevolentiæ esse credebant, oratione extollunt: dein Sulla omnia pollicito, docti, quo modo apud Marium, item apud Senatum verba facerent, circiter dies quadra-
104 ginta ibidem opperiuntur. Marius postquam infecto negotio, quo intenderat, Cirtam redit; de adventu legatorum certior factus, illosque et Sullam venire iubet, item L. Bellienum Prætorem Utica, præterea omnes undique Senatorii ordinis, quibuscum mandata Bocchi cognoscit. Legatis potestas eundi Romam fit ab Consule: interea induciæ postulabantur. Ea Sullæ et plerisque placuere: pauci ferocius decernunt, scilicet ignari humanarum rerum, quæ fluxæ et mobiles semper in advorsa mutantur. Ceterum Mauri, impetratis omnibus, tres Romam profecti cum Cn. Octavio Rufo, qui stipendium (in Africam) adportaverat: duo

Vin. 2. Struv. Vrat. 2. 3. Guelf. 1. 6. 12. *benevolentia* ceteri ex Leid. c. d. f. l. Bern. 1. 3. *benevolentiam* Tur. *omnia pollicitus* Fabr. 1. Rem. 1. inc. 1. Tur. m. pr. *pollicitando* Bern. 3. *doctique* Acad. Vin. 1. Guelf. 7. Bas. 4. Turic. *itemque ap.* Sen. Turic.

Cap. 104. *infecto negotio quo i.* Turic. Bas. 4. Haverc. Leid. Bern. 1. *confecto negotio* aliquot libri, ex Leid. c. i. m. Paris. a. c. d. *quod intenderat* Ecc. Vrat. 2. inc. 2. Palat. 2. *cui int.* Palat. 3. *redit et de* Bas. 4. Tur. *factus est* Leid. b. f. g. h. i. k. m. n. Tur. Bern. 3. *illosque et Sullam etc.* etiam hoc loco Codd. quam maxime variant. *illos et Sullam* Vin. 1. Fabric. 2. Berg. *et Sullam ad Uticam* Sen. 2. Heuss. Vrat. 2. 3. *ab tueca venire* Rem. Senat. 1. Fabric. 1. *Uticam v.* Bern. 1. *ab Utica v.* Vinar. Berg. Struv. Franc. Acad. Fabric. 2. Guelf. 4. 6. 9. 10. 11. 12. Leid. k. m. Erl. Bas. 4. Turic. Bern. 3. *item L. B.* Senat. 1. Vinar. 2. Berg. Franc. Fabr. Ecc. Guelf. 3. 9. Leid. m. *Bellienum* alii *Belleenum*, *Belligerum*, *Belligenum*. *L. Bel. tribunum plebis Uticam* Sen. 1. *prætorem Romanum U.* Fabr. 1. *Bellienum R. P. prætorem Utica* Guelf. 3. *præt. P. R. Uticæ* Pal. 7. *de Utica* Tur. *Utica* om. Pal. 3. 5. 6. *cum quibus* Sen. 1. Guelf. 7. Fabric. 2. *cognoscat* Guelf. 9. *cognovit* Vin. 2. Vrat. 2. Leid. h. Bern. 3. *cognoscunt* Ecc. *in quibus legat.* ita plurimi libri. *in quis* Senat. 1. Fabr. 2. Guelf. 3. 6. *a quis* Erl. *in* om. Ac. *in qui* Guelf. 9. *in quis* om. Fabric. 1. etiam Glarean. auctoritate librorum. *in quibus legatis* om. Bern. 1. *et ab*

ad regem redeunt. Ex his Bocchus quum cetera, tum maxume benignitatem et studium Sullæ lubens accepit. Romæ legatis eius, postquam errasse regem et Iugurthæ scelere lapsum deprecati sunt, amicitiam et foedus petentibus hoc modo respondetur :

„ Senatus et populus Romanus beneficii et iniuriæ memor esse solet. Ceterum Boccho, quoniam pœnitet, delicti gratiam facit; foedus et amicitia dabuntur, quum meruerit. "

Quis rebus cognitis, Bocchus per literas a Mario petivit, uti 105 Sullam ad se mitteret; cuius arbitratu de communibus negotiis consuleretur. Is missus cum præsidio equitum atque peditum, funditorum Balearium : præterea sagittarii et cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi caussa : neque his secus, atque aliis armis, advorsum tela hostium, quod ea levia sunt, muniti. Sed in itinere, quinto denique die, Volux filius Bocchi,

consule Fabric. 2. Vinar. 2. Guelf. 1. 3. 6. Gruteri libri. *et a cons.* Bas. 4. Turic. Bern. 1. 3. *legatis* om. Struv. Acad. *postulantur* Vin. 2. Berg. Leid. h. Bas. 4. Bern. 3. *et Sullæ* Guelf. 4. 10. *mobiles sæpe* Acad. inc. 1. Vrat. 3. Ecc. Guelf. 12. Paris. b. d. *mutant* Vrat. 3. et Putsch. *impetratis omnibus rebus* Leid. b. f. g. n. Fabric. Rem. incert. Guelf. 3. 6. 11. Turic. Bern. 1. 3. *prof. sunt. sunt* om. Fabric. incert. Acad. Guelf. 6. plures Leid. meliores Grut. *Rufone* longe plurimi libri. *Rufino* Mark. A. *Rufo* pauci Gruteri. *redeunt* om. Ac. *adport.* Leid. a. Palat. 2. *in Africam* om. Palat. 2. et plures Leid. *accipit* Vrat. 1. *romæque* Tur. Bas. 4. Haverc. Leid. *legati* Fabric. 1. *depr. sunt. sunt* om. Bas. 4. *deplorati sunt* Edit. vetustiores. Palat. 8. Vrat. 2. Sen. 2. Vin. 2. Heuss. Tur. *dantur* Leid. l. Regius W.

Cap. 105. *quis rebus* Rem. 2. Vrat. 3. Guelf. 6. 9. 11. *petiverat* Ecc. Ac. Vrat. 2. Guelf. 1. 4. 11. Leid. a. g. h. n. Bas. 4. Turic. *petit* Leid. m. *de com. de* om. septem Cortii libri. Leid. f. h. i. k. l. Reg. Pemb. Mark. Γ. Bern. 1. 3. *omnibus* Guelf. 11. Fabric. 1. *consuleret* Guelf. 6. 11. *item fund.* Paris. a. Vinar. 2. Turic. Bern. 3. *et Baleatorum* plurimi libri. *Balearium* Fabr. 1. libri a Manutio laudati. *Balearum* Sen. 1. Guelf. 3. 6. *præterea iere. iere* om. Guelf. 10. Aldinus Codex. Paris. a. in Par. e. Tur. locum mutat. *præterea vero* Paris. c. *is secus* Bern. 3. *muniti erant* Leid. e. f. g. k. m. Bas. 4. *in itinere* prærpos. om. Ecc. Guelf. 6. *denique* om. Ecc. Franc.

repente in campis patentibus cum mille non amplius equitibus
sese ostendit: qui temere et effuse euntes Sullæ aliisque omnibus
et numerum ampliorem vero, et hostilem metum efficiebant. Igi-
tur se quisque expedire, arma atque tela temptare, intendere:
timor aliquantus, sed spes amplior, quippe victoribus, et advor-
sum eos, quos sæpe vicerant. Interim equites, exploratum præ-
106. missi, rem, uti erat, quietam nunciant. Volux adveniens Quæs-
torem adpellat dicitque: se a patre Boccho obviam illis simul
et præsidio missum. Deinde eum et proxumum diem sine metu
coniuncti eunt. Post, ubi castra locata et diei vesper erat, repen-
te Maurus incerto voltu pavens ad Sullam adcurrit dicitque: si-
bi ex speculatoribus cognitum, Iugurtham haud procul abesse:
simul, uti noctu clam secum profugeret, rogat atque hortatur.
Ille animo feroci negat, se totiens fusum Numidam pertimescere:
virtuti suorum satis credere: etiam si certa pestis adesset, mansu-
rum potius, quam proditis, quos ducebat, turpi fuga incertæ ac
forsitan post paullo morbo interituræ vitæ parceret. Ceterum ab
eodem monitus uti noctu proficiscerentur, consilium adprobat: ac
statim milites cænatos esse, in castris ignes quam creberrumos fi-
eri, dein prima vigilia silentio egredi iubet. Iamque nocturno

inc. 1. Acad. Guelf. 4. Bas. 4. in Tur. locum mutat. *repente campis* Bern. 1. *ampl. vero. vero* om. Fabric. 1. inc. 2. Vin. 2. Heuss. Sen. 2. Vrat. 1. 2. Guelf. 1. 4. 7. 9. Reg. Tur. *sese quisque* Guelf. 3. Fabric. 2. inc. 1. *se* om. Bern. 1. *et advors. et* om. Leid. m. Bas. 4. Bern. 1. *vicerant* Erl. Bas. 4. Tur. Haverc. Leid.

Cap. 106. *per eum et prox.* Struv. Berg. Vrat. 3. Guelf. 4. 10. 12. Leid. n. *voltu pavens. pavens* om. Sen. 1. *occurrit* Ecc. Franc. Fabric. 1. m. pr. Berg. Guelf. 10. 11. 12. Leid. m. *obcurrit* Guelf. 7. m. sec. *a specul.* Franc. Rem. 1. Ecc. Guelf. 1. Leid. a. m. n. Bas. 4. Tur. *totiens fusum* Bas. 4. Bern. 1. *post paullo* Vin. Sen. Fabr. 1. Franc. Struv. Wassii libri. Berg. Ecc. Guelf. 3. 4. 6. 9. 10. 12. Leid. g. h. i. m. *proficisceretur* Sen. 1. m. pr. Vin. 2. Guelf. 10. Leid. f. *ignesque* plurimi libri. *que* om. Fabr. 2. Guelf. 3. Franc. Bern. 1. 3. Bas. 4. *in castris quam creberrimos ignes.* Leid. m. *quam* om. Palat. meliores, unus Wassii. *intervallum* Sen. 2. Heuss. Vrat. 2. *ante eos sedere* Leid. a. c. *ante eos consedisse* Leid. b. d. f. h. i. omnes Cortii, Wassii,

itinere fessis omnibus; Sulla pariter cum ortu solis castra metabatur, quum equites Mauri nunciant, Iugurtham circiter duum millium intervallo ante eos consedisse. Quod postquam auditum est, tum vero ingens metus nostros invadit: credere se proditos a Voluce et insidiis circumventos. Ac fuere, qui dicerent, manu vindicandum neque apud illum tantum scelus inultum relinquendum.
At Sulla, quamquam eadem æstumabat, tamen ab iniuria Maurum 107
prohibet: suos hortatur, uti fortem animum gererent: sæpe ante paucis strenuis advorsum multitudinem bene pugnatum: quanto sibi in prælio minus pepercissent, tanto tutiores fore: nec quemquam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere, in maxumo metu nudum et cæcum corpus ad hostis vortere. Deinde Volucem, quoniam hostilia faceret, Iovem maxumum obtestatus, ut sceleris atque perfidiæ Bocchi testis adesset, ex castris abire iubet. Ille lacrumans orare, ne ea crederet: nihil dolo factum, ac magis calliditate Iugurthæ, cui videlicet speculanti iter suum cognitum esset. Ceterum, quoniam neque ingentem multitudinem haberet, et spes opesque eius ex patre suo penderent; credere illum nihil palam ausurum, quum ipse filius testis adesset: quare optumum factum videri, per media eius ca-

Paris. Bas. 4. Tur. Bern. 1. *eos* om. Palat. 2. *quod postquam auditum est* om. Guelf. 7. *se proditos.* *se* om. Rem. Guelf. 1. 3. Senat. 2. Heuss.

Cap. 107. *eadem æstumabat* Senat. 1. Palat. 2. 4. 6. Reg. *æstimabat* Rem. 2. Vin. 2. Senat. 2. Heuss. Vrat. 2. 3. *existumabat* Bern. 1. *existimabat* ceteri. *prohibebat* Bern. 1. Tur. *gerant* Leid. b. m. Vin. 2. Bern. 1. 3. *antea paucis* Sen. 1. Fabr. 2. Guelf. 3. 9. *nec decere quem manus* Edit. princeps. *quem manus* Franc. Guelf. 12. Edd. vet. Leid. m. n. Bern. 1. Turic. *manus qui* Guelf. 4. *ad hostem vert.* Sen. 1. Leid. n. *fecerat: isque Iovem magnum* Guelf. 4. *Iov. magnum* etiam Erl. *max. Iov.* Vin. 2. Guelf. 1. alii duo ex Cort. *ex castris* Gruteri libri. Fabr. 1. Struv. Franc. Guelf. 1. 3. 6. Fabr. 2. Berg. Leid. g. h. i. sic Pemb. Mark. A. Bodl. Reg. Erl. Bern. 1. Turic. præp. om. ceteri. *orare* om. Turic. *at magis* unus Paris. *cui videlicet sp. videl.* om. Fabric. 2. *opesque eius* pron. om. Bern. 1. Tur. *credere illum. crederet*

stra palam transire: sese, vel præmissis, vel ibidem relictis Mauris, solum cum Sulla iturum. Ea res, ut in tali negotio, probata; ac statim profecti, quia de improviso acciderant, dubio atque hæsitante Iugurtha, incolumes transeunt. Deinde paucis diebus,
108 quo ire intenderant, perventum est. Ibi cum Boccho Numida quidam, Aspar nomine, multum et familiariter agebat: præmissus ab Iugurtha, postquam Sullam accitum audierat, orator et subdole speculatum Bocchi consilia: præterea Dabar, Massugradæ filius, ex gente Masinissæ, ceterum materno genere impar; nam pater eius ex concubina ortus erat; Mauro ob ingenii multa bona carus acceptusque: quem Bocchus fidum esse Romanis multis ante tempestatibus expertus, illico ad Sullam nunciatum mittit, paratum sese facere, quæ populus Romanus vellet: colloquio diem, locum, tempus ipse delegeret: consulta sese omnia cum illo integra habere, neu Iugurthæ legatum pertimesceret, quo res communis licentius gereretur; nam ab insidiis eius aliter cavere nequivisse. Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide quam ob ea, quæ

Vin. 2. Vrat. 1. 2. Franc. Erl. Tur. Bas. 4. Ecc. Struv. Ac. Guelf. 11. Leid. k. aliquot *ut* addunt. *credere* om. Berg. *opt. factum* Vin. 1. m. pr. Fabr. 1. Ac. Sen. 2. Heuss. Ecc. Guelf. 6. *factu* ceteri. *factu* om. Tur. *media castra* Tur. *probata est* Leid. b. d. l. m. Bas. 4. *acciderat* Guelf. 4. Rom. Vinar. 1. Fabric. 2. Vrat. 1. Franc. Ac. Leid. m. n. sic Mark. Λ. quatuor Parisini. Bern. 1. *acciderant* Fabr. 1. Senat. 1. Berg. Struv. Vrat. 2. Guelf. 1. 3. 6. 9. 10. 11. 12. Leid. a. f. h. i. k. Mark. Γ. *accesserunt* Edd. vett. *accesserint* Haverc. *quo intenderant* Tur.

Cap. 108. *multum familialiter* Ecc. Guelf. 1. 6. 11. *speculatum etc.* Codd. quam maxime variant, alii *speculator* legunt, alii *ierat*, *venerat*, *audierat* addunt. *mater - nata erat* Frank. Struv. Acad. Guelf. 1. 4. 11. Leid. a. g. h. d. e. m. n. Pal. 5. 6. Arond. Turic. Bas. 4. *mater - orta erat* Vinar. Senat. 2. Heuss. inc. 2. Guelf. 7. Leid. k. Palat. 7. Bern. 1. 3. *nam pater. nam* om. Sen. 2. Heuss. *fidum esse. esse* om. Franc. Leid. m. *ante* Gruteri meliores. Bas. 4. *antea* Cortii libri. *illico* om. Bern. 1. *ad Sullam nuntium* Vrat. 1. *delegeret* Vin. 1. Fabric. 1. Guelf. 3. 9. *consulto* Fabric. 1. Sen. 1. m. pr. 2. Vin. 2. Heuss. Struv. Vrat. 1. 3. Guelf. 3. 4. 9. Palatin. meliores.

prædicabat, simul Romanos et Numidam spe pacis adtinuisse, multumque cum animo suo volvere solitum, Iugurtham Romanis an illi Sullam traderet: lubidinem advorsum nos, metum pro nobis suasisse. Igitur Sulla: pauca coram Aspare locuturum; cetera occulte, aut 109
nullo, aut quam paucissumis præsentibus: simul edocet, quæ responderentur. Postquam sicuti voluerat, congressi, dicit: se missum a Consule venisse quæsitum ab eo, pacem, an bellum agitaturus foret. Tum rex, uti præceptum fuerat, post diem decimum redire iubet; ac nihil etiam nunc decrevisse, sed illo die responsurum; dein ambo in sua castra digressi. Sed ubi plerumque noctis processit, Sulla a Boccho occulte accersitur: ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur: præterea Dabar internuncius, sanctus vir et ex sententia ambobus. Ac statim sic rex incipit:

„Numquam ego ratus sum fore, uti rex maxumus in hac 110
terra et omnium, quos novi, privato homini gratiam deberem. Et me hercule Sulla, ante te cognitum, multis orantibus, aliis ultro egomet opem tuli, nullius indigus. Id imminutum, quod ce-

Bern. 3. *consulta* om. Bas. 4. *post pertimesceret* pauci deteriores *illum accitum, quod eo evocatus erat, quem esse accitum,* et talia addunt. *se cavere* Bas. 4. *cavere* Vin. 2. Vrat. 2. Franc. Struv. Acad. Vrat. 3. Guelf. 4. 11. 12. meliores Gruteri. Mark. Γ. Λ. Bern. 3. *caveri* ceteri. *Romanum* Sen. 2. Heuss. Bern. 1.

Cap. 109. *Sulla respondit* verbum om. Guelf. 1. Ac. Franc. Paris. a. Plures Rivii. Mark. Γ. inter lineas habet. Senat. 2. Heuss. in aliis locum mutat. *se locut. se* om. Guelf. 10. Franc. duo Wassii. unus Rivii. qui et *occulte* om. et *Sullam* scribit Paris. a. supra lineam est Paris. b. *occulto* Fabric. 2. om. Guelf. 1. *occulta* Vrat. 3. *occulte nullo* Bern. 1. 3. Turic. *sibi respond. sibi.* om. Gruterus. Guelf. 1. unus Rivii. plures Leid. *simul congressi sunt* Bas. 4. *se miss. se* om. Guelf. 1. 6. duo Wassii. *quæsitum ab eo. ab eo* om. Arond. *præc. fuerat. fuerat* om. Guelf. 4. *post dies decem* Ac. Leid. d. *dein ambo* Turic. *a Boccho. a* om. Bas. 4. *sanctus vir ex sentent. iurat* ita vulgo. *vir* om. Guelf. 1. Vrat. 2. inc. 2. *iurat* in multis libris locum mutat. *sancte iurat* Bern. 1. Turic. *iuravit* Leid. n. *intrat* Palat. 7. *inerat* Bern. 3. Palat. 4. 6. *iurat* om. Guelf. 6. 9. 11. Fabr. Sen. 1. Paris. e. super lineas Paris. d. *et ex sent.* Sen. 1. Guelf. 9. *rex sic* Tur. Bern. 1.

teri dolere solent, ego lætor: fuerit mihi eguisse aliquando amicitiæ tuæ, qua apud animum meum nihil carius habeo. Id adeo experiri licet: arma, viros, pecuniam, postremo quicquid animo lubet, sume, utere: et, quoad vives, numquam [tibi] redditam gratiam putaveris; semper apud me integra erit: denique nihil, me sciente, frustra voles. Nam, ut ego æstumo, regem armis quam munificentia vinci minus flagitiosum est. Ceterum de republica vestra, cuius curator huc missus es, paucis accipe. Bellum ego populo Romano neque feci, neque factum umquam volui: finis meos advorsum armatos armis tutatus sum. Id omitto, quando vobis ita placet: gerite, quod voltis, cum Iugurtha bellum. Ego flumen Mulucham, quod inter me et Micipsam fuit, non egrediar, neque Iugurtham id intrare sinam. Præterea si quid meque vobisque dignum petiveris, haud repulsus abibis."

111 Ad ea Sulla pro se breviter et modice, de pace et de communibus rebus multis disseruit. Denique regi patefecit, „quod polliceatur, Senatum et populum Romanum, quoniam amplius armis valuissent, non in gratiam habituros: faciundum aliquid,

Cap. 110. *mehercule* Bas. 1. Bern. 1. 4. *hercle* Bas. 4. *hercule* ceteri. *nulli indigui* Guelf. 6. *nullius indigus* Bas. 1. Bern. 4. *indigui* ceteri. *fuerit mihi pretium* vulgo. *amic. tuæ. tuæ* om. Bas. 1. *pret. tuæ amic.* Bern. 4. *eg. al. pret.* Bas. 1. Fabr. Berg. inc. 1. Guelf. 6. 9. 10. Pal. 2. 3. 7. *operæ pretium* Bern. 1. *f. m. in pretium* Tur. *pretio* Franc. *pretii* Ac. Ecc. Guelf. 1. 4. 11. Pal. 5. 6. *pretium* om. Pal. 8. et vetust. Rivii, tres Wassii. *m. a. n. carius est* Bas. 1. Leid. b. Bern. 4. *ego carius* Bern. 1. *tibi redd.* pron. om. Bas. 1. Guelf. 1. *tibi grat.* Bern. 1. *minus fl. est* Leid. a. b. d. g. h. i. k. m. Bas. 1. Bern. 4. *æstumo, æstimo, extimo* meliores libri. *at finis meos* Bas. 1. Bern. 4. *gerite quod voltis* Bas. 1. Bern. 4. *ut* vel *uti v.* ceteri. *id obmitto* Vin. 2. Berg. *id intrare* pron. om. Guelf. 9. 12. duo Wassii. Bern. 1. Turic. Bas. 4. *ne id intrare Iug.* Bern. 4. Bas. 1. *vosque dignum* Bas. 1. Bern. 4.

Cap. 111. *de com. de* om. Turic. *multum disseruit* Leid. d. f. k. Ecc. Guelf. 11. Mark. 1. Martin. *multa* Leid. g. Vin. 2. *patefacit* Fabr. 1. *in gratiam* omnes Cortii, (tribus exceptis.) Leid. b. Glareanus liber. *faciundum et aliquid* Guelf. 1. Sen. 1. Fabr. 1. Vrat. 1. Ac. *faciundum et esse aliquid* Guelf. 6. *fac. esse* Bas. 4. Bern. 1. 3. *cop. Iug.* Bas. 4. Tur. Bern. 1. 3. *amicitia* Sen. 1. Vin. 1. Guelf. 1. 6. *amicitiæ* Vin. 2. Sen. 2.

quod illorum magis quam sua retulisse videretur; id adeo in promptu esse, quoniam Iugurthæ copiam haberet: quem si Romanis tradidisset, fore, ut illi plurimum deberetur; amicitiam, fœdus, Numidiæ partem, quam nunc peteret, tunc ultro adventuram." Rex primo negitare: adfinitatem, cognationem, præterea fœdus intervenisse: ad hoc metuere, ne fluxa fide usus, popularium animos averteret; quis et Iugurtha carus, et Romani invisi erant. Denique sæpius fatigatus, leniter et ex voluntate Sullæ omnia se facturum promittit. Ceterum ad simulandam pacem, cuius Numida, defessus bello, avidissumus, quæ utilia visa, constituunt. Ita composito dolo, digrediuntur. At rex postero die Asparem, 112
Iugurthæ legatum adpellat dicitque: sibi per Dabarem ex Sulla cognitum, posse conditionibus bellum poni: quamobrem regis sui sententiam exquireret. Ille lætus in castra Iugurthæ venit. Dein ab illo cuncta edoctus, properato itinere, post diem octavum redit ad Bocchum, et ei denunciat, „Iugurtham cupere omnia, quæ imperarentur, facere; sed Mario parum confidere: sæpe antea cum imperatoribus Romanis pacem conventam frustra

Heuss. Tur. *tunc* om. Bas. 4. Guelf. 12. *primo negare* Fabr. 1. Rem. 1. inc. 1. Guelf. 7. 11. Leid. d. f. k. Erl. *agitare* Ac. Franc. Ecc. inc. 2. Vrat. 3. Guelf. 4. 6. 9. Leid. b. e. h. m. *negare agitare* Vin. 2. Struv. Berg. Vrat. 2. Bern. 1. Guelf. 10. 12. Leid. g. *rex neglectare* Guelf. 1. *invisi erant* meliores Cortii. Leid. a. c. h. i. k. m. Pal. 2. 5. 6. 7. Bas. 4. quinque Wassii. *avid. erat* Leid. a. c. d. e. f. h. i. k. m. n. Erl. Bas. 4. Bern. 1. 3. Tur. *leniter et ex volunt. et* om. Sen. 1. Vin. 1. Fabr. 1. Rem. 1. Vrat. 2. inc. 2. Struv. Guelf. 7. 10. Paris. a. *leviter* Paris. c. et alii pauci. *lenitur* ita Gruter. Haverc. pauci ex Cort. Bern. 3. *lenitur* vel *leniter* septem Wassii. *lenitus ex vol.* Palat. 2. *lenitur et* om. Mark. Γ. Λ.

Cap. 112. *Et rex* ita vulgo. *At rex* Ecc. inc. alii ex Cort. Bas. 4. Haverc. *in castra Iug. venit. proficiscitur* Rivii libri, Palatini iuniores, tres Wassii, Erl. Bas. 4. Tur. Bern. 1. 3. *Iug. legatum dicit sibi.* Sen. 2. Heuss. Bas. 4. *bellum poni* meliores Cortii et Grut. *componi* vel *deponi* alii. *exquirat* Bas. 4. Leid. n. *dein* Bern. 1. 3. *ab illo* om. Bern. 3. *proficiscitur ad Bocchum* Leid. a. b. c. e. f. g. h. i. m. *et ei denuntiat* Guelf. 1. 4. 11. Rivii lib. Tur. *et enunciat* Vin. 1. Pal. 2. 4. 7. *eoden.* Pal. 5. 6. *parum fidere* ita vulgo. *confidere* Ecc. Rem. Fabr. Sen. 1. Vin. 2. Struv. Berg. Guelf. 6. 9. Leid. b.

fuisse. Ceterum Bocchus si ambobus consultum et ratam pacem vellet, daret operam, ut una ab omnibus, quasi de pace, in colloquium veniretur; ibique sibi Sullam traderet; quum talem virum in potestatem habuisset, tum fore, uti iussu Senatus atque populi Romani fœdus fieret: neque hominem nobilem, non sua ignavia, sed ob rempublicam, in hostium potestate relictum iri.
113 Hæc Maurus secum ipse diu volvens tandem promisit; ceterum dolo an vere cunctatus, parum comperimus. Sed plerumque regiæ voluntates, uti vehementes, sic mobiles, sæpe ipsæ sibi advorsæ. Postea tempore et loco constituto, in colloquium uti de pace veniretur, Bocchus Sullam modo, modo Iugurthæ legatum adpellare, benigne habere, idem ambobus polliceri. Illi pariter læti ac spei bonæ pleni esse. Sed nocte ea, quæ proxuma fuit ante diem, colloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, ac statim immutata voluntate remotis ceteris, dicitur secum ipse multum agitavisse, voltu corporis pariter atque animo varius: quæ scilicet

e. g. m. *pacem confectam* meliores Gruteri. *conventam confectam* Mark. Γ. Λ. *Bocchus si. Boch.* om. Guelf. 1. 2. *sibi Sullam, sibi* om. Vin. 1. Vrat. 2. Guelf. 6. *potestatem* Ac. Franc. Guelf. 4. 11. Bas. 1. *habuisset* Leid. a. c. d. e. f. g. h. i. Bas. 1. 4. Bern. 1. Tur. omnes Wassii et Gruter. præter Pal. 2. qui *haberet* exhibet. *sen. aut p. r.* ita plurimi libri, ita et Naz. Pal. 5. 6. Bas. 1. *sen. et p.* alii. *S. P. Q. R. foedus fieret* vetusti Rivii libri. *atque* Cort. coniecit. *sua ignav. captum* Leid. a. e. f. Palat. 6. 8. *sua* om. Pal. 3. Mark. Γ. *in h. potestatem* Guelf. 6. 12. Paris. e. *relictum* om. Pal. 2. Erl.

Cap. 113. *Ea M.* Fabr. 1. Ecc. Guelf. 6. 12. Leid. b. c. e. g. Bern. 1. *promittit* Ecc. Guelf. 6. 12. Leid. c. Reg. Pemb. Mark. Γ. Erl. Bern. 1. *tempore loco constituto* Naz. Fabr. 2. Ecc. Guelf. 10. *t. locoque* Pal. 2. 5. *de pace uti* Bas. 4. *pace conveniretur* inc. 1. Guelf. 7. 10. 11. Leid. g. n. Naz. pro varia lect. et deterior. Pal. *pleni esse. pleni* om. Guelf. 11. *esse* om. Fabr. 2. *uti veh.* Bern. 1. *remotis ceteris* om. Heuss. Sen. 2. *ceteris* om. Fabr. Pal. 4. *rem. cunctis* Erl. *multum agitavisse* Bas. 1. 4. Teg. Leid. a. b. c. m. Turic. Bern. 1. *multa* ceteri. *agitasse* Leid. a. Bern. 3. *vultu corporis pariter atque animo varius* ita Vin. Sen. Bas. 1. Ac. Fabr. 2. Struv. inc. 2. Heuss. Vrat. 1. Guelf. 1. 4. Naz. Pal. 3. 6. Reg. Pemb. Mark. Γ. Paris. c. *pariter* om. Pal. 2. *voltu colore ac motu c.* alii ex Leid. c. d. e f. g. h. plures Pal. *pariter* om. Bern. 3. *scilicet–patefe-*

tacente ipso, occulta pectoris patefecisse. Tamen postremo Sullam accersi iubet et ex eius sententia Numidæ insidias tendit. Deinde, ubi dies advenit et ei nunciatum est, Iugurtham haud procul abesse; cum paucis amicis et Quæstore nostro quasi obvius honoris caussa procedit in tumulum facillumum visu insidiantibus. Eodem Numida cum plerisque necessariis suis, inermus, uti dictum erat, accedit; ac statim, signo dato, undique simul ex insidiis invaditur. Ceteri obtruncati: Iugurtha Sullæ vinctus traditur, et ab eo ad Marium deductus est. Per idem tempus advorsum 114
Gallos ab ducibus nostris Q. Cæpione et M. Manlio male pugnatum; quo metu Italia omnis contremuerat. Illique et inde usque ad nostram memoriam Romani sic habuere: alia omnia virtuti suæ prona esse; cum Gallis pro salute, non pro gloria certare. Sed postquam bellum in Numidia confectum et Iugurtham vinctum adduci Romam nunciatum est; Marius Consul absens factus est et ei decreta provincia Gallia; isque Kalendis Ianuariis magna

cisse ita optimi Cortii libri Pal. 3. 5. 6. pauci Rivii; complures, Mark. A. Bas. 1. *dicitur* addunt. *patefecissent* alii. *ita tacente* Leid. g. n. Palat. 1. 2. 3. 4. 6. 7. *occulta pectoris* ita Palat. 4. 7. 8. Franc. Leid. b. d. e. Mark. A. Struv. Berg. inc. 2. Fabr. 1. Ecc. Guelf. 6. 7. 12. Paris. e. *occulta et oris*, multi ex vetustissimis, alii varie turbant. *cordis et oris*, *oris immutatione*, *specie oris* passim legitur, etiam qui *occulta pectoris* legunt, talia addunt. *occulta oris* Carrio, Gruterus, Wassius. *accersiri* Ecc. Vin. Fabr. 2. Berg. Struv. Franc. Vrat. 2. 3. Guelf. 1. 6. 10. 12. Rivii libri, plures Palat. *accersire* Sen. 2. Heuss. *accersi* Fabr. 1. Sen. 1. Vrat. 1. Fabr. Rivii. Bern. 1. Bas. 1. *arcessiri* Guelf. 11. Bern. 3. Tur. *arcessi* Haverc. Naz. Pal. 3. *ex illius sententia* Bas. 1. 4. Teg. *uti* Bas. 1. 4. Turic. Bern. 1. 3. *erat* om. Sen. 1. *ac statim. ac* om. Sen. 2. Heuss. *vinctus Sullæ* Teg. *ad M. ductus est.* Guelf. 12. Vin. 1. Sen. 2. Heuss. *est* om. Leid. b. f.

Cap. 114. *Q. Scipioni* plurimi Cortii. *Gn. Mallio* Guelf. 9. *C. Manlio* Guelf. 12. *pugn. est* Leid. a. b. d. f. g. h. n. *contremuit* Bas. 1. Fabric. 1. Guelf. 1. *illique et inde usque* ita Gruter. et Wass. *et deinde usque* Fabr. 1. Ecc. Guelf. 7. 9. Leid. h. *illincque et usque* Sen. 1. Fabric. *usque* om. Vrat. 2. *certari* deteriores libri. *Romam vinctum* Bas. 1. 4. Tur. Bern. 1. *factus est. est* om. Leid. c. *eique decr.* Sen. 1. *KL.*

gloria Consul triumphavit. Ex ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitæ.

Ianuarii Rivii libri. Tur. *Ea tempestate* (*ex* omisso) Fabr. 1. Franc. inc. 1. Guelf. 10. 12. Berg. Vrat. 1. 3. Leid. b. c. deteriores Gruteri. *et ea* vel *et ex* pauci, *ex* plurimi retinent. *sitæ* ita meliores sine copula, alii *sunt*, *erant*, *fuere* addunt.

HISTORIARUM
FRAGMENTA.

Lib. I.

1. Res populi Romani M. Lepido, Q. Catulo Consulibus ac deinde militiæ et domi gestas composui. — 2. Cato Romani generis disertissumus multa paucis absolvit; — 3. Nos in tanta doctissumorum hominum copia. — 4. Neque me divorsa pars in civilibus armis movit a vero. — 5. Nobis primæ dissensiones vitio humani ingenii evenere: quod, inquies, atque indomitum, semper in certamine libertatis aut gloriæ aut dominationis agit. — 6. Nam a primordio urbis ad bellum Persi Macedonicum. — 7. Res Romana plurimum imperio valuit, Ser. Sulpitio et M. Marcello Consulibus omni Gallia cis Rhenum atque mare nostrum atque Oceanum, nisi quæ a paludibus fuit invia, inter perdomita. Optumis autem moribus et maxuma concordia egit populus Romanus inter secundum atque postremum bellum Carthaginiense.

8. At discordia et avaritia, atque ambitio, et cetera secundis rebus oriri sueta mala, post Carthaginis exscidium maxume auc-

1. Donat. ad Aen. 1. Prisc. 15, 2, 616; sed idem 15, 3, 623: *Res populi Romani Marco Lepido Catuloque Coss. ac deinde domi et militiæ gestas*, sed cfr. Rufin. de compos. et metris oratorum pag. 355. Ed. Caperronerii. — 2. cfr. Mar. Fab. Victorin. iu Rhet. Cic. p. 149. Schol. ad Horat. Satir. 1. 10. 9; Serv. ad. Aen. 1. 96. — 3. Serv. ad Aen. 4, 213. — 4. Corn. Fronto s. v. *movit*. — 5. Prisc. 5, 4, 183. *nobis nuper* Cod. Prisc. S. Martini Lovaniensis. idem: *agitur* ita et Cod. Thosanus. — 6. Prisc. 17, 21, 85. cfr. etiam Prisc. 14. 2, 589. Prob. Cathol. 1468. Ed. Putsch. Sosipat. Charis. Inst. Gramm. p. 52. Serv. Aen. 8, 383. id. ad Aen. 1, 34. *a principio* legit, *nam* non habet. — 7. Victorin. in I. Rhetor. Cic. pag. 105. is autem legit, *fuit invia* et paulo post *secundum ac* –. *secundum atque* Serv. ad Aen. 8, 540. cfr. Augustin. Civ. Dei. 2, 18. Non. Marcell. 2, 180. hoc ordine *nisi qua fuit paludibus invia*. Ammian. Marcell. Edit. Gronov. 15, 13, sub fin. *Nam omnes Galliæ nisi qua paludibus inviæ fuere.* —

8. August. Civ. Dei. 2, 18. et 5, 12. sed posteriori loco multa depravata sunt.

ta sunt. Nam iniuriæ validiorum, et ob eas discessio plebis a patribus aliæque dissensiones domi fuere iam inde a principio: neque amplius quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio et bellum grave cum Etruria positum est, æquo et modesto iure agitatum: dein servili imperio patres plebem exercere; de vita atque tergo regio more consulere: agro pellere et ceteris expertibus, soli in imperio agere. Quibus sævitiis, et maxume fœneris onere oppressa plebes, cum assiduis bellis tributum simul et militiam toleraret, armata montem sacrum atque Aventinum insedit. Tumque tribunos plebis et alia sibi iura paravit. Discordiarum et certaminis utrimque finis fuit secundum bellum Punicum.

9. Postquam, remoto metu Punico, simultates exercere vacuum fuit; plurimæ turbæ, seditiones et ad postremum bella civilia orta sunt: dum pauci potentes, quorum in gratia plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes adfectabant, bonique et mali cives adpellati, non ob merita in rempublicam, omnibus pariter corruptis, sed uti quisque locupletissumus et iniuria validior; quia præsentia defendebat, pro bono ducebatur. Ex quo tempore maiorum mores non paullatim ut antea, sed torrentis modo præcipitati: adeo iuventus luxu atque avaritia corrupta est, uti merito dicatur, genitos esse, qui neque ipsi habere possent res familiaris, neque alios pati.

iniuria validiorum Serv. legit ad Georg. 4, 238; cfr. Corn. Fronto s. v. *insedit* Diomed. pag. 439. Serv. ad Aen. 8, 479. Donat. ad Andriam 1, 1, 9. qui pauca verba huius loci laudant.

9. Aul. Gell. 9, 12. August. C. D. 2, 18; et 3, 17. Corn. Fronto s. v. *concesserant*. — 10. Aul. Gell. 15, 13; Prisc. 8, 5, 377. — 11. Aul. Gell. 9, 12. *Ad bellum* Non. Marcell. 2, 554. — 12. Donat. ad. Phorm. 2, 4, 24. Corn. Fronto s. v. *in tempore*. — 13. Charis. Inst. Gramm. p. 58. Non. Marcell. 4, 62. ubi, teste Carrione, vetus Codex *in diem* legit.

10. Igitur venditis proscriptorum bonis, aut dilargitis. — 11. Id bellum excitabat metus Pompeii victoris Hiempsalem in regnum restituentis. — 12. Maxumeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi. — 13. Quin lenones et vinarii laniique, quorum præterea volgus in dies usum habet, pretio compositi. — 14. Genus armis ferox et servitii insolitum.

15. *M. Aemilii Lepidi Cos. ad P. R. oratio contra Sullam.*

Clementia et probitas vestra, Quirites, quibus per ceteras gentes maxumi et clari estis, plurimum timoris mihi faciunt, advorsum tyrannidem L. Sullæ : ne quæ ipsi nefanda, æstumatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini : præsertim quum illi spes omnis in scelere atque perfidia sit; neque se aliter tutum putet, quam si peior atque intestabilior metu vestro fuerit, quo captivis libertatis curam miseria eximat: aut si provideritis, in tutandis periculis magis quam [in] ulciscendo teneamini. Satellites quidem eius, homines maxumi nominis, [non minus] optumis maiorum exemplis, nequeo satis mirari, qui dominationis suæ in vos servitium suum mercedem dant : et utrumque per iniuriam malunt quam optumo iure liberi agere: præclara Brutorum atque Aemiliorum et Lutatiorum proles, geniti ad ea, quæ maiores virtute peperere, subvortunda. Nam quid a Pyrrho, Hannibale Philippoque et Antiocho defensum est aliud, quam libertas et suæ cuique sedes; neu cui, nisi legibus, pareremus? quæ

14. Corn. Fronto s. v. *insolitum.* — 15. Conciones et epistolæ, ex historiarum libris, quæ ætatem tulerunt, in vetusto codice leguntur, in quo Catilina et Iugurtha erant perscripti, unde primum Pomponius Lætus typis excudi curavit. accesserunt postea Codex Vaticanus et libri Fabri et Cardinalis Briconeti, quibus Carrio usus est, Balliol. quem Wassius laudat, præterea alii pauci, ab Ursino Ciacconio ceterisque editoribus laudati. *advorsum* lib. Vatic. *ne quæ ipsi nefanda æstimatis* ita Vatic. Fabr. Bric. et vetusta editio. *captis* pro *captivis* legit Vatic. *in ulcisc.* præp. *in*, teste Carrione, veteres libri ignorant. *non minus* om. Vat. et plures libri, quos

cuncta scævus iste Romulus, quasi ab externis rapta, tenet, non tot exercituum clade, neque consulum et aliorum principum, quos fortuna belli consumpserat, satiatus; sed tum crudelior, quum plerosque secundæ res in miserationem ex ira vortunt. Quin solus omnium, post memoriam hominum, supplicia in post futuros composuit: quis prius iniuria quam vita certa esset: pravissumeque per sceleris immanitatem adhuc tutus fuit; dum vos, metu gravioris servitii, a repetunda libertate terremini. Agendum atque obviam eundum est, Quirites, ne spolia vestra penes illos sint: non prolatandum neque votis paranda auxilia; nisi forte speratis, tædium iam aut pudorem tyrannidis Sullæ esse, et eum per scelus occupata periculosius dimissurum. At ille eo processit, uti nihil gloriosum, nisi tutum, et omnia retinendæ dominationis honesta æstumet. Itaque illa quies et otium cum libertate, quæ multi probi potius quam laborem cum honoribus capessebant, nulla sunt. Hac tempestate serviundum aut imperitandum: habendus metus est aut faciundus, Quirites. Nam, quid ultra? quæve humana superant, aut divina impolluta sunt? populus Romanus, paullo ante gentium moderator, exsutus imperio, gloria, iure, agitandi inops despectusque, ne servilia quidem alimenta reliqua habet. Sociorum et Latii magna vis, civitate, pro multis et egregiis factis a vobis data, per unum prohibentur: et plebis innoxiæ patrias sedes occupavere pauci satellites, mercedem scelerum. Leges, iudicia, ærarium, provinciæ, reges penes unum, denique necis civium et vitæ licentia. Simul humanas hostias

Putschius laudat. *qui dominationis suæ* Vatic. Fabr. Bric. *mercede* olim legebatur. *liberi* ita Ciacc. *scævus iste R.* Vatic. Serv. Virg. Eclog. 3, 13. sed etiam ap. Servium multi libri *sævus* exhibent. *consulum* Vatic. *Coss.* Fabr. Bric. *tutus fuit* omnes libri. *furit* Carrio emendavit. *Ag. - est.* Donat. ad Andr. 1, 5, 20. *penes illos* ita omnes libri. *per tæd. per* om. Fabr. Bric. Vatic. *tyrannidis Sullæ esse* ita Fabr. Bric. Vatic. *et eum* Vatic. *honesta æstumet* omnes libri. *agitandi inops* ita Vatic. et Corn. Fronto

vidistis, et sepulchra infecta sanguine civili. Estne viris reliqui aliud, quam solvere iniuriam aut mori per virtutem? quoniam quidem unum omnibus finem natura vel ferro septis statuit: neque quisquam extremam necessitatem nihil ausus, nisi muliebri ingenio, exspectat. Verum ego seditiosus, uti Sulla ait, qui præmia turbarum queror; et bellum cupiens, qui iura pacis repeto. Scilicet, quia non aliter salvi satisque tuti in imperio eritis, nisi Vettius Picens et scriba Cornelius, aliena bene parata prodegerint: nisi adprobaritis omnes proscriptionem innoxiorum ob divitias, cruciatus virorum illustrium, vastam urbem fuga et cædibus, bona civium miserorum quasi Cimbricam prædam venum aut dono datam. At obiectat mihi possessiones ex bonis proscriptorum: quod quidem scelerum illius vel maxumum est, non me neque quemquam omnium satis tutum fuisse, si recte faceremus. Atque illa, quæ tum formidine mercatus sum, pretio, soluto iure, dominis tamen restituo: neque pati consilium est, ullam ex civibus prædam esse. Satis illa fuerint, quæ rabie contracta toleravimus, manus conserentes inter se Romanos exercitus, et arma ab externis in nosmet vorsa. Scelerum et contumeliarum omnium finis sit. Quorum adeo Sullam non pœnitet, ut et facta in gloria numeret, et, si liceat, avidius fecerit. Neque iam quid existumetis de illo, sed quantum vos audeatis, vereor: ne, alius alium principem exspectantes, ante capiamini, non opibus eius, quæ futiles et corruptæ sunt, sed vestra socordia, quam raptum iri licet et quam audeat tam videri felicem. Nam præter satellites comma-

v. *inops. cogitandi* ceteri. *mercedem scelerum* Carrio. *mercede* alii. *qui præmia* meliores libri, testibus Ursino et Ciacconio. *qui iura* omnes libri, non *quia*. *et scriba* vetus editio et Fab. *aliena bene parta* Edit. Oxon. Delph. Popmæ et Carrionis Antverp. 1579. *approbaritis omnes proscriptionem* ita antiquiores libri. *vastatam urb.* ita ante Carrionem editum. *obiicit* aliquot Editt. *optumo pretio, soluto iure, restituo dominis* ita nonnulli ante Carrion. alii aliter. *neve alios* Bric. *raptum iri* omnes li-

culatos, quis eadem volt? aut quis non omnia mutata, præter victoriam? scilicet milites: quorum sanguine Tarulæ Scyrtoque, pessumis servorum, divitiæ partæ sunt: an, quibus prælatus in magistratibus capiundis Fufidius, ancilla turpis, honorum omnium dehonestamentum? Itaque maxumam mihi fiduciam parit victor exercitus, cui per tot volnera et labores, nihil præter tyrannum quæsitum est. Nisi forte tribuniciam potestatem eversum profecti sunt per arma, conditam a maioribus suis, utique iura et iudicia sibimet extorquerent: egregia scilicet mercede, quum relegati in paludes et silvas, contumeliam atque invidiam suam, præmia penes paucos intellegerent. Quare igitur tanto agmine atque animis incedit? quia secundæ res mire sunt vitiis obtentui; quibus labefactis, quam formidatus est, tam contemnetur: nisi forte specie concordiæ et pacis, quæ sceleri et parricidio suo nomina indidit. Neque aliter rempublicam et belli finem ait, nisi maneat expulsa agris plebes, præda civilis acerbissuma, ius iudiciumque omnium rerum penes se, quod populi Romani fuit. Quæ, si vobis pax et concordia intelleguntur, maxuma turbamenta reipublicæ atque exitia probate: annuite legibus impositis: accipite otium cum servitio: et tradite exemplum posteris ad populum Romanum suimet sanguinis mercede circumveniundum. Mihi quamquam per hoc summum imperium satis quæsitum erat nomini maiorum, dignitati, atque etiam præsidio; tamen non fuit consilium privatas opes facere; potiorque visa est periculosa libertas quieto servitio. Quæ si probatis, adeste Quirites, et bene iu-

bri. alii *captum* vel *ratum*. *quam audeas* Vatic. *Scirtoque* vel *Scyrtoque* Vatic. Fabr. Bric. vetus editio. *quia res - obtentui* Porphyr. ad Horat. Ep. 1, 18, 29. cfr. Senec. Controv. 5, 25. *quibus labefactis, quam formidatus est* ita veteres libri. *labefactatis* et *antea form.* Editt. *neque aliter r. p. et belli finem ait* Fabr. Bric. *remp. et b. fin.* Vatic. *populo romano esse* Editt. *pacem* liber quem Putsch. laudat. *ad rempublicam suimet* etc. ita Carrionis libri legere videntur. *pop. rom.* ceteri.

vantibus dis, M. Aemilium Consulem, ducem et auctorem sequimini ad recipiundam libertatem.

16. Tunc vero et posci. Cum ceteri eiusdem caussæ ducem se nactos, rati maxumo gaudio bellum irritare. — 17. Curionem quæsivit, uti adulescentior et populi suffragiis integer, ætati concederet Mamerci. — 18. Philippus, qui ætate et consilio ceteros anteibat.

Oratio L. Philippi contra Lepidum.

19. Maxume vellem, Patres conscripti, rempublicam quietam esse, aut in periculis a promptissumo quoque defendi, denique prava incepta consultoribus noxæ esse. Sed contra seditionibus omnia turbata sunt, et ab iis, quos prohibere magis decebat. Postremo, quæ pessumi et stultissumi decrevere, ea bonis et sapientibus faciunda sunt. Nam bellum atque arma, quamquam vobis invisa, tamen, quia Lepido placent, sumenda sunt. Nisi forte cui pacem præstare et bellum pati consilium est. Pro, di boni, qui hanc urbem, omissa cura, adhuc regitis; M. Aemilius, omnium flagitiosorum postremus, qui peior an ignavior sit, deliberari non potest, exercitum opprimundæ libertatis habet, et se e contempto metuendum effecit: vos mussantes et retractantes verbis et vatum carminibus, pacem optatis magis quam defenditis: neque intellegitis mollitia decretorum vobis dignitatem, illi metum detrahi. Atque id iure; quoniam ex rapinis consulatum, ob seditionem provinciam cum exercitu adeptus est. Quid ille ob benefacta cepisset, cuius sceleribus tanta præmia tribuistis?

16. Nonius s. v. *irritare*, equidem in Gothofredi editione locum non inveni; sed Codd. variare dicuntur, alii *caussa ducem senatus*, alii *caussæ ducem se nactos* etc. quam lectionem recepi. *dum ceteri* Cort. — 17. Prisc. 10, 8, 505. *adulesc.* Codd. *a populi* Cod. Lips. 1. Erl. 2. Heidelb. quos Krehl contulit. sic et Douza. — 18. Serv. ad Aen. 9, 146.

19. *adhuc tegitis* Vatic. *ad pacem* Fabr. Bric. *postremum usque ad legatos*

At scilicet eos, qui ad postremum usque legatos, pacem, concordiam et alia huiuscemodi decreverunt, gratiam ab eo peperisse. Imo despecti et indigni republica habiti, prædæ loco æstumantur: quippe metu pacem repetentes, quo habitam amiserant. Equidem a principio, quum Etruriam coniurare, proscriptos accersi, largitionibus rempublicam lacerari videbam, maturandum putabam, et Catuli consilia cum paucis secutus sum. Ceterum illi, qui gentis Aemiliæ benefacta extollebant, et ignoscendo populi Romani magnitudinem auxisse, nusquam etiam tum Lepidum progressum aiebant, quum privata arma opprimundæ libertatis cepisset; sibi quisque opes aut patrocinia quærendo consilium publicum corruperunt. At tum erat Lepidus latro cum calonibus et paucis sicariis, quorum nemo non diurna mercede vitam mutaverit: nunc est proconsul cum imperio, non emto, sed dato a vobis, cum legatis adhuc iure parentibus: et ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptissumi; flagrantes inopia et cupidinibus, scelerum conscientia exagitati; quibus quies in seditionibus, in pace turbæ sunt: hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt; Saturnini olim, post Sulpicii, dein Marii Damasippique, nunc Lepidi satellites. Præterea Etruria atque omnes reliquiæ belli arrectæ: Hispaniæ armis sollicitæ: Mithridates in latere vectigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur, diem bello circumspicit: quin præter idoneum ducem nihil abest ad subvortundum imperium. Quod ego vos oro atque obsecro, Patres conscripti, ut animadvortatis; neu patiamini licentiam scelerum, quasi rabiem, ad integros contactu procedere. Nam, ubi malos præmia sequuntur, haud facile quisquam gratui-

pacem vetus editio. *habeo peperisse* plurimi libri. *et indigni republica* Corn. Fronto s. v. *indign. proscriptos accersi* ita Vatic. *accersiri* olim editum fuit. *At tum erat L.* Vatic. *attamen* ceteri. *armis sollicitæ* Fabric. Bric. *sollicitatæ* ceteri. *neu patiamini* Vatic. *ne* ceteri. *quasi rabiem.* Carrio *tabem* coniecit. *integros contactu* Vatic.

to bonus est. An exspectatis dum exercitu rursus admoto, ferro atque flamma urbem invadit? quod multo propius est ab eo, quo agitat, statu, quam ex pace et concordia ad arma civilia: quae ille advorsum divina et humana omnia cepit, non pro sua aut quorum simulat iniuria, sed legum ac libertatis subvortundae. Angitur enim ac laceratur animi cupidine et noxarum metu, expers consilii, inquies, haec atque illa temptans; metuit otium, odit bellum; luxu atque licentia carendum videt, atque interim abutitur vestra socordia. Neque mihi satis consilii est, metum, an ignaviam, an dementiam eam adpellem: qui videmini intenta mala, quasi fulmen, optare, se quisque ne attingat, sed prohibere, ne conari quidem. Et quaeso considerate, quam convorsa rerum natura sit. Antea malum publicum occulte, auxilia palam instruebantur, et eo boni malos facile anteibant: nunc pax, concordia disturbantur palam; defenduntur occulte. Quibus illa placent, in armis sunt: vos in metu. Quid exspectatis? nisi forte pudet aut piget recte facere. An Lepidi mandata animos movere? qui placere ait, sua cuique reddi et aliena tenet: belli iura rescindi, quum ipse armis cogit: civitatem confirmari, quibus ademptam negat: concordiae gratia plebei tribuniciam potestatem restitui, ex qua omnes discordiae accensae. Pessume omnium atque impudentissume, tibine egestas civium et luctus curae sunt, cui nihil est domi nisi armis partum aut per iniuriam? alterum consulatum petis, quasi primum reddideris: bello concordiam quaeris, quo parta disturbatur: nostri proditor, istis infidus, hostis omnium bonorum. Vt te neque hominum neque deorum pudet, quos per fidem aut periurio violasti! Qui, quando talis es, maneas in sententia et retineas arma, te

et aliae membranae, adhuc *in cont.* editum fuit. *agitur enim* Vatic. *angitur* ceteri. *animos movere* ita Mss. *movent* olim editum fuit. *quibus ademptam* omnes libri, *quis* Editt. *plebei-pot.* Prisc. 6, 11, 256. *istis infidus* Vatic. accedunt plures libri Ciacconii et Ursini. *invidus* Editt. *per fidem aut periurio* ita omnes Mss. *perfidia* Editt.

hortor: neu prolatandis seditionibus inquies ipse, nos in sollicitudine attineas. Neque te provinciæ, neque leges, neque di penates civem patiuntur. Perge, qua cœptas, ut quam maturrume merita invenias. Vos autem, Patres conscripti, quousque cunctando rempublicam intutam patiemini, et verbis arma temptabitis? Delectus advorsum vos habiti: pecuniæ publice et privatim extortæ; præsidia deducta atque imposita; ex lubidine leges imperantur; quum interim vos legatos et decreta paratis. Et quanto mehercule, avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit, quum intelleget, se metu magis quam æquo et bono sustentatum. Nam qui turbas et cædem civium odisse ait, et ob id, armato Lepido, vos inermos retinet: quæ victis toleranda sunt, ea, quum facere possitis, patiamini potius censet. Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet. Hæc si placent; si tanta torpedo animos oppressit, ut obliti scelerum Cinnæ, cuius in urbem reditu decus ordinis huius interiit, nihilominus vos atque coniuges et liberos Lepido permissuri sitis; quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quin is et alii boni rempublicam frustra curant. Agite, uti lubet; parate vobis Cethegi atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas et incendia instaurare cupiunt et rursus advorsum deos penates manus armare. Sin libertas et vera magis placent; decernite digna nomine, et augete ingenium viris fortibus. Adest novus exercitus, ad hoc coloniæ veterum militum,

in sollicitudine attineas vetus Edit. et Fabric. *retineas* ceteri. *perge qua coeptas* sic omnes libri. *coepisti* Editt. *Et quanto. et* deest vetustæ editioni Fabr. et Bric. *inermos* Vatic. *torpedo animos obrepsit* Non. Marc. 3, 250. *et vera magis placent* ita Ursini et Ciacconii libri. Fabr. et Bric. *et bella* Editt. *digna nomini* Fabr. Bric. *ac colon.* Fabric. Bric. quare Carrio *et* expunxit.

20. Charis. p. 184. — 21. Mar. Victor. in I. Rhet. Cic. p. 151. Ed. Caperron. qui quidem hæc verba laudat, sed eorum auctorem non nominat; Salustii esse ex Servio discimus ad Aen. 1, 630, qui alterum periodi membrum *segnior-cura* ex Sal. historiis laudat. — 22. Corn. Fronto s. v. *commori.* — 23. Charis. p. 224. — 24. Non. Marc. 4,

nobilitas omnis, duces optumi; fortuna meliores sequitur. Iam illa, quæ collecta sunt, socordia nostra dilabentur. Quare ita censeo: quoniam Lepidus exercitum privato consilio paratum, cum pessumis et hostibus reipublicæ contra huius ordinis auctoritatem ad urbem ducit; ut Appius Claudius interrex cum Q. Catulo proconsule et ceteris, quibus imperium est, urbi præsidio sint operamque dent, ne quid respublica detrimenti capiat.

20. Uti Lepidus et Catulus, decretis exercitibus, maturrume proficiscerentur. — 21. M. Lepido cum omnibns copiis Italia pulso, segnior neque minus gravis et multiplex cura patres exercebat. — 22. Obviam ire, et commori hostibus. —

23. Lepidum pœnitentem consilii. — 24. Sic vero quasi formidine attonitus neque animo neque auribus aut lingua competere. — 25. Prudens omnium, quæ senatus censuerat. — 26. Magnis operibus perfectis, oppidum cepit per L. Catilinam legatum. — 27. Domitium proconsulem ex citeriori Hispania cum omnibus copiis, quas paraverat, accersivit. — 28. Sanctus aliter et ingenio validus. — 29. Gens raro egressa fines suos. — 30. Nisi cum ira belli desenuisset. — 31. Maturaverunt exercitum Dyrrachium cogere. — 32. Illo profectus vicos castellaque incendere, et fuga cultorum deserta igni vastare: neque elate aut securissimus metu gentis ad furta belli peridoneæ. — 33. Liberis eius avunculus erat. — 34. Recens scripsi. — 35. Solis viis. — 36. Ni-

110. — 25. Corn. Fronto s. v. *prudens.* — 26. Festus s. v. *obsidium. magnis operibus perfectis* Scaliger emendavit. *opibus profectis* vulgo. — 27. Prisc. 10, 8, 504. *accersivit* etiam Prisciani Codd. confirmant. — 28. Charis. pag. 175. — 29. Serv. ad Aen. 2, 713. C. Fr. s. v. *egressa.* — 30. Prisc. 10, 3, 487. — 31. C. Front. s. v. *cogere.* — 32. Non. Marc. 4, 203. vetus Cod. *elate*, alii *elata* pro *aut securissimus*, unus *velustissimus*, alii *fecustissimus. elato aut securo esse animo* Douzæ coniectura est; *gens ad furta belli peridonea* ap. Servium leguntur ad Aen. 11, 515. — 33. Donat. ad Phorm. 5, 6, 32. — 34. Charis. p. 192. — 35. Donat. ad Phorm. 5, 7, 86. —

hil ob tantam mercedem sibi abnuituros. — 37. Insanum aliter sua sententia atque aliarum mulierum. — 38. Iussu Metelli cornicines occinuerunt. — 39. Nexuit catenæ modo. — 40. Doctus militiam. — 41. Neque se recipere aut instruere prælio quivere. — 42. Equi sine rectore exterriti aut saucii consternantur. — 43. Occupatusque collis editissumus apud Hilerdam, cum multa opera circumdata. — 44. At inde nulla munitionis aut requie mora processit ad oppidum. — 45. Agreste. — 46. Ardebat omnis Hispania citerior. — 47. * et ponere validam urbem multos dies restantem pugnando vicit. — 48. Itaque Sertorius, levi præsidio relicto in Mauritania, nactus obscuram noctem æstu secundo furtivaque celeritate vitare prælium in transgressu conatus est. — 49. Transgressos omnis recipit mons Ballera præceptus a Lusitanis. — 50. Earum aliæ paullulum progressæ, nimio simul et incerto onere, quum pavor corpora agitaverat, deprimebantur. — 51. Locum editiorem, quam victoribus decebat, capit. — 52. Et mox Fufidius adveniens cum legionibus, postquam tantas asperi-

36. C. Front. s. v. *abnuo.* — 37. Charis. pag. 175. — 38. Serv. ad Georg. 2, 384. Prisc. 10, 7, 500. Diomed. pag. 370. — 39. Prisc. 10, 8, 505. — 40. C. Front. s. v. *doctus.* — 41. Prisc. 10, 9, 509. — 42. Prisc. 8, 15, 419. — 43. *apud Hilerdam, cum multa opera circumdata*: sola hæc verba habet Prisc. 15, 2, 618; C. Front. etiam illa, quæ præmissa sunt, sed *ap. Hil.* om. — 44. Prisc. 7, 19, 355. cfr. Aul. Gell. 9, 14. — 45. Charis. p. 97. — 46. Victorin. in I. Rhet. Cic. p. 105. — 47. Non. Marcell. 12, 30; *ibi et ponere* legitur; *pondere* Cort. *et deponere* in uno Carrionis codice; in Iuniano est: *et digonem* pro quo reponit: *Olyssiponem* 48, 49. Aul. Gell. 10, 26; sed Codd. *furtim aut celeritate, furtiva aut, f. autem. in Mauritaniam* Lips. coniecit. *nactus - secundo* ap. Non. Marc. leguntur 6, 27; *receptus* aut *præcepturus* plurimi Gellii et Nonii Codd. sed *præceptus* in vetustissimo. nomen montis Servius retinet ad Aen. 1, 518. sed *Balleia, Paleia, Ballera* varie scribitur *Belloia* in Fuld. Membr. — 50. Aul. Gell. et Non. Marc. eodem loco. sed ap. Non. corrupte. — 51. Serv. Aen. 8, 127; C. Fronto s. v. *decebat.* — 51. Non. Marc. 3, 265. *Stipidius* vulgo. *Fufidius* Carrio ex Iuniano. *Anfidius* Lipsius legi iussit; pro *asperitates, spiras* plerique libri veteres. *hostibus* pro *hosti* legitur in Gothofredi edit. —

tates, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti quam suis opportuniora videt. — 53. Quum Sertorius neque erumperet, tam levi copia navibus fugam maturabat. — 54. Et numeri eorum Metellus per literas gnarus. — 55. Itaque Servilius ægrotum Tarenti collegam prior transgressus, iter vortit ad Corycum urbem, inclutam specu atque nemore, in quo crocum gignitur. — 56. Ad Olympum atque Phaselida. — 57. Ad Corycum. — 58. Apud Lethe oppidum, cui nomen oblivionis condiderant. — 59. Repulsus a Lethe oppido. — 60. Apud Mutinam. — 61. Apud Præneste locatus. — 62. Medio diei. — 63. Quietam a bellis civitatem. — 64. Militiæ peritus. — 65. Sertorius, portis turbam morantibus et nullo, ut in terrore solet, generis aut imperii discrimine, per calonum corpora, ad medium quasi deinsuper adstantium manibus in murum adtollitur. — 66. Neque detrusus aliquotiens deterretur. — 67. Dubitavit acie pars. — 68. Quos inter maxume. — 69. Rumore primo. — 70. Idem fecere Octavius et Q. Cæpio sine gravi cuiusquam exspectatione, neque sane am-

53. hæc ita coniungenda esse censuit Petrus Scriverius. Nam ap. Servium (ad Aen. 2, 564.) ita legitur in Codice Fuldensi *Con Sertorios neque rumpor; et an levi copiam avibus.* cetera *fugam maturabat* exhibet Corn. Fronto s. v. *maturo.* — 54. C. Fronto s. v. *gnarus.* Carrio ex suo libro *itineris* edidit, in aliis *muneris* legitur. — 55. *It.-transg.* hæc Prisc. 15, 2, 616. cetera Non. Marc. 3, 72. hæc conglutinanda censuit Carrio, id quod valde dubito: Non. enim librum secundum laudat. *specu atque* Haverc. coniecit pro *pastusque* quod vulgo legitur. *in qua crocum gignitur* Serv. Georg. 4, 182. — 56-61. Prisc. 15, 2, 618. *cui nomen oblivionis condiderant,* (quæ ap. Serv. ad Aen. 1, 267. leguntur) cum ceteris coniunxerunt Putschius et Carrio. sed Burmannus hæc ad fluvium pertinere censuit. cfr. ad Sueton Gram. c. 10. — 62-64. C. Fr. s. v. *Med. quiet. per.* — 65. Non. Marc. 4, 128. et 12, 48; pro *portis, fortis* vel *Parthis* legitur, pro *adstantium instantium*, vel *in deinsuperstantium.* manifestas corruptelas omitto cfr. Serv. Aen. 9, 558. — 66. Prisc. 15, 4, 627. — 67. id. 7, 19, 354. Serv. Georg. 1, 208. Prob. Cathol. 1439. — 68. Charis. p. 211. — 69. id. p. 192. — 70. Serv. Aen. 4, 283. — 71. Serv. Aen. 2, 502. *sacrata, sup-*

biti publice. — 71. Quum aræ et alia diis sacra supplicum sanguine fœdarentur. — 72. Postremo ipsos colonos per miserias et incerta humani generis orare. — 73. Ea paucis, quibus peritia et verum ingenium est, abnuentibus. — 74. Perpenna tam paucis profectus, vera est æstumanda. — 75. At per omnem provinciam magnæ atro[*cesque famæ*] qum ex suo quisque terrore quinquaginta aut amplius hostium milia, novas, immanes f[*eras*] oceani acc[*it*]as, corporibus hominum vesci contenderent.

Lib. II.

1. Sardinia in Africo mari, facie vestigii humani, in orientem quam in occidentem latior prominet. — 2. Dubium an insula sit, quod Euri atque Austri superiactis fluctibus circumlavit. — 3. Nam Sullam consulem de reditu eius legem ferentem ex composito tribunus plebis Herennius prohibuerat. — 4. Nam procul et divorsis ex regionibus. — 5. Obviam fuere. — 6. Orbe terrarum patriaque extorres. — 7. Genus militum suetum a pueritia latrociniis. — 8. Antequam regressus Sertorius instrueret pugnæ suos. — 9. Ipse animi atrox. — 10. Copiis integra. — 11. Post, ubi fiducia nimius. — 12. Inter læva mœnium et dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo præterfluit. — 13.

plicium vulgo contra Codd. — 72. Serv. Aen. 10, 45. — 73. 74. id. Aen. 12, 694. sed alterum locum sine libri numero laudat. *profectus* Putsch. emendavit. *prospectis*, *prospectus*, *pro pectus* Codd. est lectio. — 75. hoc fragmentum in libro ab Angelo Maio nuper edito. (*Virgilii interpretes etc.*) p. 42. ad Aen. 4, 178. legitur; sed plures syllabæ vetustate exstinctæ, a Maio satis acute sunt restitutæ. *feras* coniecit Orellius.

Lib. II. 1. Aul. Gell. 13, 28. Isidor. 14, 6. Non. 1, 262. — 2. Non. Marc. 10, 2. — 3. Aul. Gell. 10, 20. — 4. Charis. p. 191. — 5. id. p. 187. — 6 - 11. C. Fronto. s. v. *ext. suet. instr. atr. int. nim.* pro *orbe terrarum* alias *urbe* legitur. 8. *instruere* ap. Maium. 11. *in fiduc.* olim editum, præp. Maius om. — 12. Prisc. 5, 2, 169. et 6, 2, 224. Prob. Cathol. 1445. Vibius Sequester s. v. *Turia*. — 13. Non. Marc. 4, 205. Serv. Aen. 2, 61. Don. ad Phorm. 1, 4, 15. ad Hecyr. 4, 1, 13. —

Ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur. — 14. Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit modis dictas pecunias coegit. — 15. Sed ipsi ferunt taurum ex grege, quem prope litora regebat Corsa nomine, Ligus mulier. — 16. Ne illa tauro paria sint. — 17. Quem ex Mauritania rex Leptasta proditionis insimulatum cum custodibus miserat. — 18. Quos advorsum multi ex Bithynia volentes occurrere, falsum filium arguituri. — 19. Ut actione desisteret. — 20. Vespera. — 21. Argentum mutuum accersivit. — 22. Eam deditionem senatus, per nuncios Orestis cognitam, adprobat. — 23. Nisi qua flumen Durda Tauro monte defluens. — 24. Frugum pabulique lætus ager. — 25. Neque virgines nuptum a parentibus mittebantur, sed ipsæ belli promptissumos delegebant. — 26. Modestus ad omnia alia nisi ad dominationem. — 27. Noctu diuque stationes et vigilias temptare. — 28. At Lucullum regis cura machinata fames brevi fatigabat, multique commeatus interierant insidiis latronum. — 29. Ut alii tradiderunt Tartessum Hispaniæ civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent. — 30. Neque subsidiis, uti soluerat, compositis. — 31. Neque inermos ex prælio viros quemquam agnoturum. — 32. Ea continentia vir gravis, et nulla arte cuiquam inferior. — 33. Om-

Non. Marc. 4, 122. *modis* quod in ceteris libris desideratur, Carrio ex veteri Codice reposuit. — 15. Prisc. 6, 15, 274. — 16. Don. ad Andr. 4, 2. 23. — 17. Prisc. 5, 2, 169. — 18. id. 10, 2, 481. Cod. Luth. et Lips. 1. *accurrere.* — 19. C. Fr. *des.* — 20. Char. p. 198. — 21. Prisc. 10, 8, 504. — 22. id. 6, 11, 258. — 23. id. 6, 2, 224; *Durda* præstantissimi Codd. *Lurda* vulgo. — 24. C. Fr. *læt.* Serv. ad Aen. 1, 441; et 11, 338. ubi *fructuum* legitur. — 25. C. Fr. *prompt.* — 26. Don. ad Phorm. 1, 2, 18. — 27. Charis. p. 185. — 28. Non. Marc. 6, 9. *interfecti sunt* videtur esse legendum. *At - fat.* etiam Servius habet 8, 4, 369. — 29. Prisc. 5, 3, 180. 6, 9. 249. — 30. id. 9, 10, 468. — 31 id. 10, 3, 486. Serv. ad Aen. 4, 23. — 32. *Et continetur gravis* etc. Non. 4, 218. *vir - infer.* C. Fr. s. v. *inferior. ea continentia* Douza coniecit. *ca continet* Carrio. — 33. C. Fr. *præm.* — 34. Don. ad Phorm. 1,

nes qui circum sunt, præminent altitudinem millium passuum duorum. — 34. * et Poeni ferunt adversus a. n. c. m. — 35. Quia corpore et lingua percitum et inquietem nomine histrionis vix sani Barbuleium adpellabat. — 36. Audaciter. — 37. Ibi Fimbriana seditione, qui regi per obsequelam orationis et maxume odium Sullæ, graves carique erant. — 38. Mœnibus deturbat. — 39. E muris canes spartis demittebant. — 40. Ad hoc rumoribus advorsa in pravitatem, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando, corrumpebant. — 41. At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus, magna gloria concurrentium undique virile et muliebre secus, per vias ac tecta omnium visebatur, quum quæstor C. Urbinus aliique, cognita voluntate, eum ad cœnam invitaverant; ultra Romanorum et mortalium etiam morem curabant, exornatis ædibus per aulæa et insignia, scenisque ad ostentationem histrionum fabricatis; simul croco sparsa humus, et alia in modum templi celeberrumi. Præterea quum sedenti transenna demissum Victoriæ simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat, tum venienti thure quasi Deo supplicabatur. Toga picta plerumque amiculo erat ei adcumbenti : epulæ quæsitissumæ, neque per omnem modo provinciam, sed trans maria ex Mauritania volucrum et ferarum incognita antea plura genera : quibus rebus aliquantam partem

3, 19. — 35. Pr. 6, 11, 256. *Barbulegium adpellabat* optimi libri. — 36. Pr. 15, 4, 625. — 37. Non. 3, 151. — 38. id. 2, 253. — 39. pro *canes cives correxerunt.* — 40. Non. 4, 403. — 41. Macrob. Satur. 3, 13. pro *concurrentibus undique muliebri et virili sexu* quod est apud Macrobium Non. 3, 193. habet : *concurrentium undique muliebre et virile sexus,* sed *secus* habet Charis. p. 61. quod unice verum. *transenna - imp.* ap. Serv. 5, 488; cfr. etiam Non. 2, 859; 4, 135. pro *capiti* apud Macrobium fuit *ei.* — 42. *ruuntque* emendavit Colerus. *ruina* est lectio. — 43. Non. Marc. 13, 10. —

44. Non. 4, 432. iterumque 18, 8. ubi falso *avidissimis* legitur et hæc ex tertio libro laudantur. — 45. Don. ad Andr. 2, 1, 10. sine libri numero. — 46. Non.

gloriæ demiserat, maxume apud veteres et sanctos viros, superba illa, gravia, indigna Romano imperio existumantes. — 42. Ruuntque pars magna suismet aut proxumorum telis, ceteri vice pecorum obtruncabantur. — 43. Occurrere duci et prælium accendere, adeo uti Metello in sagum, Hirtuleio in brachium tela venirent. — 44. Avidisque ita promtisque ducibus, uti Metellus ictu tragulæ sauciaretur. — 45. Sed Metellus in volnere. — 46. Primo incidit forte super noctem in lenunculo piscantis. — 47. Ad hoc pauca piraticæ adiungit actuaria navigia. — 48. Omnia sacrata corpora in ratem imposuisse. — 49. Suos equites hortatus vado transmittit. — 50. Ictu eorum, qui in flumine ruebant, necabantur. — 51. Circumventi dextra, unde ferrum erat, saxa aut quid tale caput adfligebant. — 52. Sed Metellus in ulteriore provincia. — 53. Immane quantum animi exarsere. — 54. At illi, quibus res incognita erat, ruere cuncti ad portas inconditi tendere. — 55. Murum ab angulo dextri lateris ad paludem haud procul remotam duxit.

Lib. III.

1. Exaudirique sonus Bacchanaliorum. — 2. Divorsa, uti solet rebus perditis, capessunt: namque alii fiducia gnaritatis locorum in occultam fugam sparsi; alii globis eruptionem temp-

13, 8. sed pro *incidit*, *indicit* vel *inducit* legitur; pro *super* Carrio *per*; *renunculo* idem. — 47. Non. 13, 9. — 48. C. Fr. *imp.* — 49. id. *transm.* — 50. Don. ad Adelph. 3, 2, 21. — 51. C. Fr. *adflicti. capiti* vulgo. — 52. Don. ad Phorm. 1, 4, 15. — 53. Non. 2, 450. — 54. Serv. ad Eclog. 2, 4. solus Ursini liber ex II. hist. hæc laudat, ceteri fere ex Iugurtha, sed lectio variat, pro *ruere* plurimi libri *ivere. inconditi tendere* ex coniectura recepi, plurimi libri *incognita tendere* vel *inconditi tenere.* — 55. Serv. ad Aen. 1, 423.

Lib. III. 1. Non. 7, 49. Macrob. Saturn. 1, 3. — 2. Prisc. 10, 8, 504; ubi in plurimis libris *lacessivit* legitur, in ceteris *capessivit*; sed apud Nonium 2, 367.

tavere. — 3. Unus constitit in agro Lucano, gnarus loci, nomine Publipor. — 4. Male iam assuetum ad omnes vis controversiarum. — 5. Coniuratione claudit. — 6. Quasi par in oppido festinatio et ingens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur: nam mœnia oppidi stagnabant, redundantibus cloacis advorso æstu maris. — 7. Equis et armis decoribus cultus. — 8. Dedecores inultique terga ab hostibus cædebantur. — 9. Contra ille calvi ratus quærit extis, num somnio portenderetnr thesaurus. — 10. Parte consumpta, reliqua cadaverum ad diuturnitatem usus sallerent.

Epistola Cn. Pompeii ad senatum.

11. Si advorsus vos patriamque et deos penates tot labores et pericula suscepissem, quotiens a prima adulescentia ductu meo scelestissumi hostes fusi et vobis salus quæsita est: nihil amplius in absentem me statuissetis, quam adhuc agitis, Patres conscripti, quem contra ætatem proiectum ad bellum sævissumum, cum exercitu optume merito, quantum est in vobis, fame, miserruma omnium morte, confecistis. Hac in spe populus Romanus liberos suos ad bellum misit? hæc sunt præmia pro volneribus et totiens ob rempublicam fuso sanguine? fessus scribundo mittundoque legatos, omnis opes et spes privatas meas consumpsi: quum interim a vobis per triennium vix annuus sumptus datus est. Per deos immortalis, utrum censetis me vicem ærarii præstare, an exercitum sine frumento et stipendio habere posse? equidem fateor me ad hoc bellum maiore studio quam consilio profectum: quippe qui nomine modo imperii a vobis accepto, diebus quadraginta exercitum paravi hostisque in cervicibus iam Italiæ agentes ab Alpibus in Hispaniam summovi. Per eas iter aliud atque Hannibal, nobis

capessunt. — 3. Pr. 6, 9, 251. — 4. id. 6, 12, 261. — 5. id. 10, 4, 489. — 6. Non. 2, 534. — 7. et 8. Pr. 6, 9, 250. — 9. id. 8, 14, 415. Non. 1, 20. reliqua habet Eutyches p. 2186. *quærit extis* est in Mss. *quærebat* vulgo. — 10. Prisc. 10, 9, 514. — 11.

opportunius, patefeci. Recepi Galliam, Pyrenæum, Laletaniam, Indigetes: et primum impetum Sertorii victoris novis [quidem] militibus et multo paucioribus sustinui: hiememque in castris inter sævissumos hostis, non per oppida neque ex ambitione mea egi; quid dein prælia aut expeditiones hibernas, oppida excisa aut recepta enumerem? quando res plus valet quam verba. Castra hostium apud Sucronem capta, et prælium apud flumen Turiam, et dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia et exercitu deleti, satis clara vobis sunt; pro quis, o grati Patres, egestatem et famam redditis. Itaque meo et hostium exercitui par conditio est. Namque stipendium neutri datur: victor uterque in Italiam venire potest. Quod ego vos moneo quæsoque ut animadvortatis, neu cogatis necessitatibus privatim mihi consulere. Hispaniam citeriorem, quæ non ab hostibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem vastavimus; præter maritumas civitates, quæ ultro nobis sumptui onerique. Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit: et nunc malis fructibus ipsa vix agitat. Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem consumpsi. Reliqui vos estis: qui nisi subvenitis, invito et prædicente me, exercitus hinc et cum eo omne bellum Hispaniæ in Italiam transgredientur.

12. Namque his, præter solita vitiosis magistratibus, quum per omnem provinciam infecunditate biennii proxumi grave pretium fructibus esset. — 13. Hi saltibus occupatis, tum externorum agros invasere: frumentique ex inopia gravi satias facta. — 14. Neque iam sustineri poterat immensum aucto mari et vento gliscenti. — 15. Ac tum maxume, uti solet extremis in rebus, sibi quisque carissumum domi recordari, cunctique omnium ordi-

Etiam hæc epistola inest libris, Vaticano, Nicolai Fabri et Cardinalis Briconeti, quorum scripturas Carrio a Puteano accepit. *Lacetaniam* vulgo. *Indigetes* Vatic. Fabric. Bric. *novis quidem milit.* *quidem* om. Fabr. Bric. et quos Ciaccon. laudat.

num extrema munia sequi. — 16. Et forte in navigando cohors una, grandi faselo vecta a ceteris deerravit marique placido a duobus prædonum myoparonibus circumventa. — 17. Eum atque Metrophanem senatus magna industria perquirebat, quum per tot scaphas, quas ad ostia cum paucis fidis percunctatum miserant...... — 18. Duos quam maxumos utris levi tabulæ subiecit: qua super omni corpore quietus invicem tractu pedis quasi gubernator existeret: ea inter molem atque insulam mari vitabundus classem hostium ad oppidum pervenit. — 19. Nam qui enare conati fuerant, icti sæpe ferramentis navium aut volnerati a suis, aut adflicti alveos, undarum vi, mulcato foede corpore, postremo tamen periere. — 20. Nam tertia tunc erat et sublima nebula cœlum obscurabat. — 21. Illum raptis forum et castra nautica Sertorius mutaverat.

Oratio M. Licinii tribuni plebis ad plebem.

22. Si, Quirites, parum existumaretis, quod inter ius a maioribus relictum vobis et hoc a Sulla paratum servitium interesset: multis mihi disserendum fuit docendumque, quas ob iniurias et quotiens a patribus armata plebes secessisset, utique vindices paravisset omnis iuris sui tribunos plebis. Nunc hortari modo reliquum est et ire primum via, qua capessundam arbitror libertatem. Neque me præterit, quantas opes nobilitatis solus, impotens, inani specie magistratûs, pellere dominatione incipiam; quantoque tutius factio noxiorum agat quam soli innocentes. Sed

Duriam antiqui libri. *Durium* vulgo. — 12. Non. Marc. 4, 218. — 13. id. 2, 791. — 14. id. 1, 83. — 15. id. 2, 527. — 16. id. 13, 6; 13, 7. — 17. id. 13, 11. — 18. id. 2, 899. *quam super* in aliquot libris *molam* Carrio. — 19. Non. 3, 454. *adflicti alveos undarum vi mulcato corpore interibant* sic C. Fronto. s. v. *adflicti.* — 20. Non. 8, 45. sed multa corrupte. — 21. ita Pompeius Comment. A. D. p. 151. Ed. Lindeman *illum raptis forum* Non. 3, 96.

præter spem bonam ex vobis, quæ metum vicit, statui certaminis advorsa pro libertate potiora esse forti viro. quam omnino non certavisse. Quamquam omnes alii creati pro iure vestro vim cunctam et imperia sua gratia, aut spe, aut præmiis in vos convortere meliusque habent mercede delinquere quam gratis recte facere. Itaque omnes concessere iam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, ærarium, exercitus, regna, provincias occupavere, et arcem habent ex spoliis vestris: quum interim more pecorum vos multitudo singulis habendos fruendosque præbetis, exsuti omnibus, quæ maiores reliquere: nisi quia vobismet ipsi per suffragia, uti præsides olim, nunc dominos destinatis. Itaque concessere illic omnes: et mox, si vestra receperitis, ad vos redibunt plerique. Raris enim animus est ad ea, quæ placent, defendenda. Ceteri validiorum sunt. An dubium habitis, ne obficere quid vobis uno animo pergentibus possit, quos languidos socordesque pertimuere? nisi forte C. Cotta, ex factione media Consul, aliter quam metu iura quædam tribunis plebei restituit; et quamquam L. Sicinius primus de potestate tribunicia loqui ausus, mussantibus vobis circumventus erat: tamen prius illi invidiam metuere, quam vos iniuriæ pertæsum est. Quod ego nequeo satis mirari, Quirites. Nam spem frustra fuisse intellexistis. Sulla mortuo, qui scelestum imposuerat servitium, finem mali credebatis. Orsus est longe sævior Catulus. Tumultus intercessit Bruto et Aemilio Mamerco Consulibus; dein C. Curio ad exitium usque insontis tribuni do-

22. *Si Q. p. ex.* hæc laudat Don. ad Phorm. 1, 1, 11. *diss. fuit* ita Vatic. Bric. Fabr. *fuisset* vulgo. alii libri *vosmet ipsi*, alii *vobismet ipsis*; *vobismet ipsi* haud dubie legendum. *redibunt plerique. redibunt* om. liber Ursini. *num officere* veteres libri, quos Ursinus laudat. item Balliol. Wassii. *ne* vulgo. *quam — pertæsum* C. Fronto s. v. *pertæsum*. *Aemilio Mamerco. Aemilio* om. Vatic. *incassum agebantur* Va-

minatus est. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidistis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitantur! quæ profecto incassum agebantur, si prius quam vos serviundi finem, illi dominationis facturi erant: præsertim quum his civilibus armis dicta alia, sed certatum utrimque de dominatione in vobis sit. Itaque cetera ex licentia, aut odio, aut avaritia in tempus arsere. Permansit una res modo, quæ utrimque quæsita est et erepta in posterum, vis tribunicia, telum a maioribus libertati paratum; quod ego vos moneo quæsoque ut animadvortatis: neu nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro servitio adpelletis. Quo iam ipso frui, si vera et honesta flagitium superaverit, non est conditio: fuisset si omnino quiessetis. Nunc animum advortite: et nisi viceritis, quoniam omnis iniuria gravitate tutior est, artius habebunt. Quid censes igitur? aliquis vestrum subiecerit. Primum omnium omittendum morem hunc, quem agitis, impigræ linguæ, animi ignavi, non ultra concionis locum memores libertatis. Dein (ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunos plebei, modo patricium magistratum, libera ab auctoribus patriciis suffragia maiores vestri paravere) quum vis omnis, Quirites, in vobis sit, et quæ iussa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere aut non agere certe possitis, Iovem aut alium quem deum consultorem exspectatis? magna illa consulum imperia et patrum decreta, vos exsequendo rata efficitis, Quirites, ultroque licentiam in vos auctum atque adiutum properatis. Neque ego vos ultum iniurias hortor; magis uti requiem cupiatis: neque discordias, ut illi criminantur, sed earum

tic. et veteres libri a Ciacconio laudati. *agerentur* vulgo. *Nunc animum advertere* Fabr. Bric. *om.* – *agitis* C. Fronto s. v. *agere*. *quum tribunos plebis* libri a Ciacconio laudati. *quos* Ursini liber. *magistratuum* Vatic. Fabr. Bric. mihi quidem legendum esse videbatur *maximam partem magistratuum*, sed auctoritati Codd. cessit audacia. *quamvis omnis Quirites* ita veteres libri a Ciacconio laudati. *quum vis omnis* Latinus Latinius Viterbiensis coniecit, confirmat Vaticanus. *uti quos iussa* vulgo.

finem volens, iure gentium res repeto: et si pertinaciter retinebunt, non arma neque secessionem, tantummodo ne amplius sanguinem vestrum præbeatis, censebo. Gerant habeantque suo modo imperia; quærant triumphos: Mithridatem, Sertorium et reliquias exsulum persequantur cum imaginibus suis. Absit periculum et labos, quibus nulla pars fructus est; nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur: qua tamen quinis modiis libertatem omnium æstumavere, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris. Namque ut illis exiguitate mors prohibetur, senescunt vires: sic neque absolvit cura familiari tam parva res, et ignavus quisque tenuissima spe frustratur: quæ tamen quamvis ampla, quoniam servitii pretium ostentaretur, cuius torpedinis erat decipi et vestrarum rerum ultro iniuria gratiam debere? Namque alio modo neque valent in universos, neque conabuntur. Cavendus tamen dolus est. Itaque simul comparant delenimenta, et differunt vos in adventum Cn. Pompeii; quem ipsum, ubi pertimuere, sublatum in cervices suas, mox demto metu lacerant. Neque eos pudet, vindices, uti se ferunt, libertatis, tot viros sine uno, aut remittere iniuriam non audere, aut ius non posse defendere. Mihi quidem satis spectatum est, Pompeium, tantæ gloriæ adulescentem, malle principem volentibus vobis esse, quam illis dominationis socium, auctoremque in primis fore tribuniciæ potestatis. Verum, Quirites, antea singuli cives in pluribus, non in uno cuncti præsidia habebatis: neque mortalium quisquam dare aut eripere talia unus poterat. Itaque verborum satis dictum est.

et quæ Vatic. Fabr. Bric. *neque - hortor* C. Fr. *hortor. censebo* Vatic. Fabr. Bric. *censeo* vulgo. *quinis modIs* ita Vatic. *ignavi qui usque tenuissimus perfrustrantur* Vatic. Fabr. Bric. *ignavus qui usque* Vatic. inde orta est ingeniosa Puteani emendatio, qua genuina auctoris verba restituta puto; quare recepi. *dominationis et socium et* om. Fabr. Bric. *et Lipsius* iam antea coniectura deleverat. *neque enim ignorantia claudit res* Don. ad Eunuch. 1, 2, 84. *nescio qua vos torpedo* ita omnes libri.

Neque enim ignorantia res claudit. Verum occupavit nescio qua vos torpedo, qui non gloria movemini neque flagitio, cunctaque præsenti ignavia mutavistis, abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur et huc ire licet et illuc, munera ditium dominorum. Atque hæc eadem non sunt agrestibus; sed cæduntur inter potentium inimicitias donoque dantur in provincias magistratibus. Ita pugnatur et vincitur paucis; plebes, quodcumque accidit, pro victis est et in dies magis erit: si quidem maiore cura dominationem illi retinuerint, quam vos repetiveritis libertatem.

23. Postquam egressus angustias. — 24. Ad Cyzicum porrexit firmatus animi. — 25. Ut sustinere corpora plerique nequeuntes [fessi] arma sua quisque stans incumberet. — 26. Ac statim fugitivi, contra præceptum ducis, rapere ad stuprum virgines matronasque. — 27. Quibus a Sertorio triplices insidiæ per idoneos saltus positæ erant: prima, qui forte venientes exciperent. — 28. Ingens ipse virium atque animi. — 29. Locum nullum, nisi in quo armati institissent. — 30. At Oppius postquam orans nihil proficiebat, timide veste tectum pugionem expedire conatus, a Cotta Vulcioque impeditur. — 31. Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur. — 32. Sed Pompeius a prima adulescentia, sermone fautorum similem fore se credens Alexan-

vos nescio quæ vulgo. *quia non gloria* Vatic. *qui non* Fabr. Bric. *scilicet quia tergis abstinetur* ita hæc laudat Serv. Aen. 1, 215. *vincitur a paucis. a* delevit Cortius; recte factum iudico.

23. C. Fr. *egressus.* — 24. id. *firm.* — 25. id. *incumb.* sed *instans* habet, perperam; *fessi arma sua quisque stantes incumbere* Serv. Aen. 9, 229. — 26. Non. 6, 44. — 27. *quibus - prima* Serv. Georg. 2, 98; cetera apud eundem ad Aen. 11, 896. leguntur. sed Codd. quam maxime variant, *primo. fonte* passim leguntur. *prima* unice verum esse, inde patet, quod Servius hunc locum laudavit, ut *insidia* singulari numero a Salustio dictum esse comprobaret. — 28. C. Fr. *ing.* — 29. id. *inst.* — 30. Non. 18, 9. — 31. id. 4, 235. — 32. id. 4, 13. ubi corrupte *æmulatus* legitur cfr. 9, 18. — 53. C. Fr. *dub.* — 34. id. *grat.* — 35. Non. 4, 3; sed ibi

dro regi, facta consultaque eius quidem æmulus erat. — 33. Dubius consilii. — 34. Post reditum eorum, quibus senatus belli Lepidani gratiam fecerat. — 35. Quod ubi frustra temptatum est, socordius ire milites occœpere, non aptis armis, ut in principio, et laxiore agmine. — 36. Atque eum Curio laudatum accensumque præmiorum spe, quibuscum optavisset, ire iubet. — 37. Eodem tempore Lentulus duplici acie locum editum multo sanguine suorum defendens, postquam ex sarcinis paludamenta, hastati et delectæ cohortes intellegi cœpere. — 38. Fine inguinum ingrediuntur mare. — 39. M. Antonius perdundæ pecuniæ genitus, vacuusque a curis, nisi instantibus. — 40. Muros successerant. — 41. Saxaque ingentia et axe vinctæ trabes per pronum incitabantur, axibusque eminebant in modum ericii militaris veruta binum pedum. — 42. Octavium mitem et captum pedibus. — 43. Igitur discubuere, Sertorius inferior in medio, super eum L. Fabius Hispaniensis, senator ex proscriptis; in summo Antonius et infra scriba Sertorii Versius; et alter scriba Mæcenas in imo, medius inter Tarquitium et dominum Perpennam. — 44. Quarum unam epistolam forte cum servo nacti prædatores Valeriani scorpione in castra misere. — 45. Dein lenita iam ira postero die liberalibus verbis permulcti sunt.

obrepere legitur, *occœpere* Iunius emendavit. — 36. id. 4, 334; sed apud Gothofredum: *cum cupio laudatum, accensum, quæ præmiorum spes*: alii *iuvet*: *cœpio* aliquot, omnia pessime. — 37, id. 13, 11; pro *adstari*, quod vulgo legitur, vetus codex *obstari*; utrumque corrupte. *hastati* V. D. emendarunt. — 38. C. Fr. *fin.* Philarg. ad Georg. 3, 53. — 39. *perdendæ pecuniæ genitus* C. Fr. *gen.* cetera ex Asconio; qui in III. contra Verr. Orat. pag. 376. Edit. Ald. 1563. ita: „postquam M. Antonii infinitum illud imperium senserant et quem Salustius ait *perdundæ pecuniæ genitum et vacuum a curis nisi instantibus.*" — 40. C. Fr. *suc.* Serv. ad Eclog. 5, 5. — 41. Non. 18, 16. *in mod. - mil.* Serv. Aen. 9, 505. — 42. C. Fr. s. v. *capt.* — 43. Serv. Aen. 1, 698; sed in nominibus scribendis maxima varietas; *Tarquinium* plurimi; *Perperna* aliquot. — 44. Non. 8, 7. — 45. Prisc. 9, 9, 466. hæc vulgo in librum quartum transferuntur.

Lib. IV.

1. At Cn. Lentulus patriciae gentis, collega eius, cui cognomentum Clodiano fuit, per incertum stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emtoribus bonorum remiserat, exigenda promulgavit. — 2. Omnes, quibus aetas senecto corpore, animus militaris erat. — 3. Implicitae rates ministeria prohibebant. — 4. Igitur legiones pridie in monte positas accersivit. — 5. Anxius animi, atque incertus. — 6. Magnam exorsus orationem. — 7. Impotens et nimius animi est. — 8. Amisumque assideri sine praeliis audiebat. — 9. Qui quidem mos, uti tabes, in urbem coniectus. — 10. Castella custodias thesaurorum in deditionem acciperentur.

Epistola Regis Mithridatis scripta ad Regem Arsacen.

12. Rex Mithridates regi Arsaci S. Omnes, qui secundis rebus suis ad belli societatem orantur, considerare debent, liceatne tum pacem agere. Dein quod quaeritur, satisne pium, tutum, gloriosum, an indecorum sit. Tibi si perpetua pace frui licet, nisi hostes opportuni et sceleratissumi, et egregia fama, si Romanos oppresseris, futura est; neque petere audeam societatem, et frustra mala mea cum tuis bonis misceri sperem. Atque ea, quae te morari posse videntur, ira in Tigranem recentis belli, et meae res parum prosperae, si vera existumare voles, maxume hortabuntur. Ille enim obnoxius, qualem tu voles societatem, accipiet: mihi fortuna, multis rebus ereptis, usum dedit bene suadendi: et, quod florentibus optabile est, ego non validissumus

Lib. IV. 1. Aul. Gell. 18, 4. — 2. Prisc. 9, 9, 464. et 10, 3, 487. — 3. id. 9, 7, 455. — 4. id. 10, 8, 504. *lacessivit* Cod. Zwicc. 2. Lips. 1, 2. — 5. C. Fr. *aux.* — 5. id. *exors.* — 7. id. *nim.* — 8. Prisc. 8, 15, 419. *Amissumque* legitur ap. Krehl. *Amisum* coni. Douza. — 9. Fest. *tabes.* — 10. Serv. Aen. 11, 801. Chariss. p. 83. —

præbeo exemplum, quo rectius tua componas. Namque Romanis, cum nationibus, populis, regibus cunctis, una et ea vetus caussa bellandi est, cupido profunda imperii et divitiarum; qua primum cum rege Macedonum Philippo bellum sumpsere. Dum a Carthaginiensibus premebantur, amicitiam simulantes ei subvenientem Antiochum concessione Asiæ per dolum avortere; ac mox tracto Philippo Antiochus omni cis Taurum agro et decem millibus talentorum spoliatus est. Persen deinde Philippi filium, post multa et varia certamina, apud Samothracas deos acceptum in fidem, callidi et repertores perfidiæ, quia pacto vitam dederant, insomniis occidere. Eumenem, cuius amicitiam gloriose ostentant, initio prodidere Antiocho, pacis mercedem; post Attalum custodem agri captivi sumptibus et contumeliis ex rege miserrumum servorum effecere: simulatoque impio testamento, filium eius Aristonicum, quia patrium regnum petiverat, hostium more per triumphum duxere: Asia ab ipsis obsessa est: postremo Bithyniam, Nicomede mortuo, diripuere; cum filius Nusa, quam reginam adpellaverant, genitus haud dubie esset. Nam quid ego me adpellem? quem disiunctum undique regnis et tetrarchiis ab imperio eorum, quia fama erat, divitem neque serviturum esse, per Nicomedem bello lacessiverunt; sceleris eorum haud ignarum, et ea, quæ accidere, testatum antea, Cretenses solos omnium liberos ea tempestate et regem Ptolemæum. Atque ego ultus iniurias, Nicomedem Bithynia expuli, Asiamque spolium regis Antiochi recepi, et Græciæ demsi grave servitium. Incepta mea postremus servorum Archelaus, exercitu prodito, impedivit: illique

12. *Tibi-sperem* ita Carrio ex Mss. quæ vulgo est scriptura, omnino sensu caret. *videntur* Vatic. *videtur* Fabr. Bric. *qua primum* libri aliquot. *primo tracto Phil.* Vatic. in ceteris Codd. *tracto* omissum. *post Attalum* ita Fabr. Bric. et Ursini liber. *posthabitum* vel *posthabita* ceteri. *totam Bithyniam* vulgo. sed *totam* om. veteres libri. *quam reginam adpellarant* Vatic. *quem regem iam* Fabr. Bric. *soli omnium li-*

quos ignavia aut prava calliditas, uti meis laboribus tuti essent, armis abstinuit, acerbissumas pœnas solvunt: Ptolemæus pretio in dies bellum prolatans, Cretenses impugnati semel iam, neque finem nisi exscidio habituri. Equidem quum mihi ob ipsorum interna mala dilata prælia magis quam pacem datam intellegerem; abnuente Tigrane, qui mea dicta sero probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis, rursus tamen bellum cepi. Marcumque Cottam, Romanum ducem, apud Chalcedona terra fudi, mari exui classe pulcherruma. Apud Cyzicum magno cum exercitu in obsidio moranti frumentum defuit, nullo circum adnitente: simul hiems mari prohibebat. Ita, sine vi hostium regredi coactus in patrium regnum, naufragiis apud Parium et Heracleam militum optumos cum classibus amisi. Restituto deinde apud Caberam exercitu, et variis inter me atque Lucullum præliis, inopia rursus ambos incessit. Illi suberat regnum Ariobarzanis bello intactum: ego, vastis circum omnibus locis, in Armeniam concessi: secutique Romani non me sed morem suum omnia regna subvortundi, quia multitudinem artis locis pugna prohibuere, imprudentiam Tigranis pro victoria ostentant. Nunc quæso considera, nobis oppressis utrum firmiorem te ad resistendum, an finem belli futurum putes? scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum et auri esse: et, ea re a nobis ad societatem, ab illis ad prædam peteris. Ceterum consilium est, Tigranis regno integro, meis militibus belli prudentibus, procul ab domo, parvo labore, per nostra corpora bellum conficere: quomodo neque vincere neque

beri et rex Ptolemæus. ita olim legebatur contra Codd. *die bellum prolatat* vulgo, *dies bellum prolatans* Fabr. Bric. *in d. prolatans* Vatic. *regredi conatus* vetus editio Fabr. *apud Param* olim editum est. *Parum* Fabr. Bric. *Patrum* Vatic. *Parium* legendum. *Caberam* ita Mss. *Cabira* vulgo. *inter – incess.* hæc leguntur apud Charis. pag. 95. sed ibi perperam *prope* pro *præliis. vastatis circum* vulgo. *vastis* Fabr. et vetus editio. *scio – conficere* Charis. p. 177. *belli prudentibus* quod vulgo omissum

vinci sine tuo periculo possumus. An ignoras Romanos, postquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convortisse? neque quicquam a principio nisi raptum habere, domum, coniuges, agros, imperium? convenas olim, sine patria, sine parentibus, peste conditos orbis terrarum: quibus non humana ulla neque divina obstant, quin socios, amicos, procul, iuxta sitos, inopes potentesque trahant, excidant, omniaque non serva et maxume regna hostilia ducant. Namque pauci libertatem, pars magna iustos dominos volunt; nos suspecti sumus æmuli et in tempore vindices adfuturi. Tu vero, cui Seleucia, maxuma urbium, regnumque Persidis inclitis divitiis est, quid ab illis nisi dolum in præsens et postea bellum exspectas? Romani arma in omnis habent, acerruma in eos, quibus victis spolia maxuma sunt; audendo et fallendo et bella ex bellis serendo magni facti. Per hunc morem exstinguent omnia aut occident: quod haud difficile est, si tu Mesopotamia, nos Armenia circumgredimur exercitum sine frumento, sine auxiliis, fortuna aut nostris vitiis adhuc incolumem. Teque illa fama sequetur, auxilio profectum magnis regibus latrones gentium oppressisse. Quod uti facias moneo hortorque; neu malis pernicie nostra tuam prolatare quam societate victor fieri.

13. Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus. — 14. Religione Vulcanaliorum impeditus. — 15. Scalas pares mœnium altitudine. — 16. Dissidere inter se cœpere neque in medium consultare. — 17. Multisque suspicionibus volentia plebi facturus videbatur. — 18.

fuerat, apud Charis. legitur. *quomodo neque* Fabr. Bric. vetus editio; *quando neque* ceteri. *exscindantque* Vaticanus. Fabri, Ursini et Ciacc. libris abest copula. *tuum imperium prolatare* vulgo. —

13. 14. Non. 8, 49. cfr. Charis. p. 46. ap. Pompei. Comm. A. D. p. 163. Ed. Lindemann. ita hæc leguntur: *Curio ibidem moratur regione Vulcanaliorum* et pag. 227. *religione Vulcanaliorum impeditus.* quare editor satis acute coniecit, duo diversa loca esse

Suspectusque fuit, incertum vero an per neglegentiam societatem prædarum cum latronibus composuisse. — 19. Collegam minorem et sui cultorem exspectans. — 20. Quam maxumis itineribus per regnum Ariobarzani contendit ad flumen Euphratem; qua in parte Cappadocia ab Armenia disiungitur. Et quamquam ad id naves codicariæ occulto per hiemem fabricatæ aderant. — 21. Namque primum Iasonem novo itinere mari Aeetæ hospitis domum violasse. — 22. Qui prætergrediebantur equites cataphracti, ferrea omni specie. — 23. Quum interim, lumine etiam tum incerto, duæ Galliæ mulieres conventum vitantes, ad menstrua solvenda montem ascendunt. — 24. Pluteosque rescindit ac munitiones demolitur, locoque summo potitur. — 25. Exercitum dimisit, ut primum Alpes digressus est. — 26. Tetrarchas regesque territos animi firmavit. — 27. Simul eos et cunctos iam inclinatos laxitate loci, plures cohortes atque omnes, ut in secunda re pariter acre, invadunt. — 28. Hi locorum pergnari et soliti nectere ex viminibus vasa agrestia, ibi tum, quod inopia scutorum fuerat, ad eam artem se quisque in formam parmæ equestris armabat. — 29. De pecore coria recens detracta quasi glutino adolescebant. — 30. Avidior modo properandi factus. — 31. Consilii æger. — 32. Reversi postero die, multa, quæ properantes deseruerant in castris,

confusa. — 15. C. Fr. *par.* — 16. id. *inter.* — 17. Non. 4, 900. pro *videbatur.* ap. Gothofr. *habebatur* legitur. — 18. Non. 4, 62. — 19. C. Fr. *cultor.* — 20. Non. 13, 12. *Ariobarzani* legitur, quod reponendum. — 21. Prisc. 6, 11, 258. — 22. Non. 18, 28. — 23. Non. 8, 76. — 24. Non. 2, 204. — 25. C. Fr. *digr.* — 26. id. *territus.* — 27. Non. 2, 429. *in sec. in* ap. Goth. omissum. — 28. id. 18, 14. *pergnari* coniecit Douza. *perign.* vulgo. — 29. Serv. ad Georg. 3, 155. sed ad Aen. 7, 632: *qui de vimine facta scuta recentibus detractis coriis quasi glutino adolescebant* Philarg. ad Georg. 4, 40. *hic Glutino adolescebat* Charis. p. 67. et 106. — 30. C. Fr. *avidus.* — 31. *æger.* — 32. Non. 4, 232. — 33. id. 4, 228. — 34. id. 4, 68. — 55. C. Fr. *emergo.* 36. id. *propinquo.* — 37. Non. 4, 355. — 38. C. Fr. *patere.* — 39. id. *altus.* *alti* legi iussit A. Maius. *altis* adiecit Douza; quod probo. — 40. Prob.

nacti, quum se ibi cibo vinoque læti invitarent. — 33. Atque hiavit humus multa, vasta et profunda. — 34. Rursus iumenta nacti ad oppidum ire contendunt. — 35. Ubi se laniata navigia fundo emergunt. — 36. Tum vero Bithyni propinquantes iam amnem Tartanium. — 37. In quis notissumus quisque aut malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore improbo patibulo eminens adfigebatur. — 38. Ad Siciliam vergens faucibus non amplius patet millibus quinque et triginta. — 39. Clausi lateribus pedem altis. — 40. Naphtas. — 41. Tenuit Lucullus thesauros custodias regias. — 42. Si nihil ante adventum suum inter plebem et patres convenisset, coram se daturum operam.

Lib. V.

1. At Lucullus, audito Q. Marcium Regem Proconsulem per Lycaoniam cum tribus legionibus in Ciliciam tendere. — 2. Legiones Valerianæ comperto, lege Gabinia Bithyniam et Pontum consuli datam, sese missos esse. — 3. Regem adversabatur. — 4. Ceteri negotia sequebantur familiaria legatorum aut tribunorum et pars sua commeatibus mercatis. — 5. Et uxori eius frater erat. — 6. Sæpe celebritatem nominis intellego timentem. — 7. Video ingentia dona quæsitum gratiæ properantem. — 8. Nam si in Pompeio quid

Cathol. 1465. et 1473. *hoc naphtas, huius naphtæ* etc. — 41. Pomp. Comm. A. D. p. 190. 191. hoc fragmentum diversum ab eo esse videtur, quod supra laudatum est, Nro. 10. — 42. Prisc. 14, 6, 608; præterea *munimenta madore infirmarentur* ex quarto hist. libro laudat; sed hæc haud dubie ad fragmentum 6 libri tertii referenda.

Lib. V. 1. Prisc. 18, 4, 122. *Lucilius* plerique Codd. *Proconsulem* Kr. ex Mss. Langer. Gphb. *pro consule* vulgo. — 2. id. ibid. p. 123. *datum* Codd. Gphb. Langer. Erl. *datam* vulgo. *esse missos* Codd. Lips. A. B. Lang. *esse missos esse* Codd. Gphb. et Gemblac. *sese missos* Douza. — 3. C. Fr. *adv.* — 4. Non. 2, 535. — 5. C. Fr. *m. sec. qui ux.* — 6. Prisc. 18. 4, 113. *te lego* plurimi libri; *intelligo* vulgo; etiam cetera maxime variant cfr. Kr. — 7. id. ibid. *indigentiam* aliquot libri. *quæsitum ire*

*

humani evenisset. — 9. Quibus de caussis Sullam in victoria dictatorem descendere equo, uni sibi adsurgere sella, caput aperire solitum. — 10. Dædalum ex Sicilia profectum quo Minois fugeret iram atque opes.

FRAGMENTA

INCERTORUM LIBRORUM.

1. Ne inrumiendi po - - - - - - sublicibus cavata - - - - - - sent. — 2. Cuius duas insulas propinquas inter se, et decem stadium procul a Gadibus sitas, constabat suopte ingenio alimenta mortalibus gignere. — 3. Serum bellum in angustiis futurum. — 4. Illi tertio mense pervenere in Pontum multo celerius spe Mithridatis. — 5. Ergo senati decreto serviundumne sit. — 6. Pompeius oris improbi, animoque inverecundo. — 7. Simulans sibi alvum purgari. — 8. Fecit ut nunciis confestim lugubribus. — 9. Communem habitum transgressus. — 10. Inter arma civilia æqui boni famas petit. — 11. Haud impigre neque inultus occiditur. — 12. Festinantibus in summa inopia patribus. — 13. Hostes oppressi aut elapsi forent. — 14. Exercitum argento fecit. – 15. Togam paludamento mutavit. — 16. Ibi triennio frustra trito.

Oratio C. Cottæ Consulis ad Populum.

17. Quirites, multa mihi pericula domi militiæque, multa adversa fuere: quorum alia toleravi, partim repuli deorum auxiliis et virtute mea: in quis omnibus neque animus negotio defuit

in Edd. Ald. Bas. Colon. Putsch. — 8. C. Fr. *evenire.* — 9. ita C. Fr. *adsurgere.* sed *in victoria* om. Non. 4, 5. *uni* om. *equo descendere* et *surgere de sella* habet. idem 4, 430. *sella surgere* cfr. Serv. ad Aen. 1, 111. Aen. 3, 206. — 10. Prisc. 6, 13, 265.

FRAGMENTA INCERTORUM LIBRORUM.

1. Fest. s. v. *sublicium.* — 2. Non. 9, 1. *sitas* pro *satis*, quod legitur, a Carrione correctum est. hunc locum alii alio libro. VI, VII, IX, X, XI. adscribunt. — 3. Serv.

neque decretis labos. Malæ secundæque res, opes, non ingenium mibi mutabant. At contra in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere. Præterea senectus, per se gravis, curam duplicat: cui misero, senecta iam ætate, ne mortem quidem honestam sperare licet. Nam, si parricida vestri sum, et bis genitus hic deos Penates meos, patriamque, et summum imperium vilia habeo: quis mihi vivo cruciatus satis est, aut quæ pœna mortuo? quum omnia memorata apud inferos supplicia scelere meo vici. A prima adulescentia in ore vestro privatus et in magistratibus egi: qui lingua, qui consilio meo, qui pecunia voluere, usi sunt: neque ego callidam facundiam neque ingenium ad male faciendum exercui: avidissumus privatæ gratiæ maxumas inimicitias pro republica suscepi: quis victus cum illa simul, quum egens alienæ opis, plura mala exspectarem; vos, Quirites, rursus mihi patriam deosque Penates, cum ingenti dignitate dedistis. Pro quibus beneficiis vix satis gratus videar, si singulis animam, quam nequeo, concesserim. Nam vita et mors iura naturæ sunt: uti sine dedecore cum civibus, fama et fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur. Consules nos fecistis, Quirites, domi bellique impeditissuma republica. Namque imperatores Hispaniæ stipendium, milites, arma, frumentum poscunt; et id res cogit; quoniam defectione sociorum et Sertorii per montes fuga, neque manu certare possunt neque utilia parare. Exercitus in Asia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur: Macedonia plena hostium est: nec minus Italiæ marituma et provinciarum: quum interim vectigalia parva et bellis incerta, vix

Aen. 5, 524; 6, 569. — 4. C. Fr. *citius* hæc ex libro 1. laudantur. — 5. Don. ad Andr. 2, 2, 28. — 6. Sueton. de claris Gramm. cap. 10. — 7. Isidor. 11, 1. Serv. Aen. 2, 19. — 8. Charis. p. 177. — 9. Prisc. 14, 3, 596. — 10. Senec. Ep. 114. — 11. Don. ad Andr. 1, 2, 34. — 12. Don. ad Eunuch. 4, 3, 8. — 13. Isid. 18, 2. — 14. Seneca Ep. 114. — 15. Isid. 19, 24. Schol. ad Iuvenal. 6, 400. — 16. Serv. Aen. 4, 271. — 17. *militiæque* Vatic. *que* om. ceteri. *in quis omnibus* Vatic. *inque his* ceteri. *nunquam animus* Fabr. Bric. *senecta iam ætate* sic Carrio emendavit;

partem sumtuum sustinent : ita classe, quæ commeatus tuebatur, minore quam antea navigamus. Hæc si dolo aut socordia nostra contracta sunt, agite, uti monet ira, supplicium sumite : sin communis fortuna asperior est, quare indigna vobis nobisque et republica incipitis ? Atque ego, cuius ætati mors propior est, non deprecor; si quid ea vobis incommodi demitur, neque mox ingenuo corpori honestius quam pro vestra salute finem vitæ fecerim. Adsum en! Cn. Cotta, Consul, facio quod sæpe maiores asperis bellis fecere; voveo dedoque me pro republica, quam deinde cui mandetis circumspicite. Nam talem honorem bonus nemo volet, quum fortunæ et maris et belli ab aliis acti ratio reddenda aut turpiter moriendum sit. Tantummodo in animis habetote, non me ob scelus aut avaritiam cæsum, sed volentem pro maxumis beneficiis animam dono dedisse. Per vos igitur, Quirites, et gloriam maiorum, tolerate advorsa et consulite reipublicæ. Multa cura summo imperio inest, multi ingentes labores : quos nequicquam abnuitis et pacis opulentiam quæritis, quum omnes provinciæ, regna, maria, terræque aspera aut fessa bellis sint.

18. Germani intectum rhenonibus corpus tegunt. — 19. Unde pons in oppidum pertinens explicatur. — 20. Et ei voce magna vehementer gratulabantur. — 21. Et Marius victus duplicaverat bellum. — 22. Atque eos a tergo incurrerunt. — 23. In

cfr. Serv. Aen. 11, 165. qui hæc ex Sal. laudat. *acta iam ætate* vulgo. *bis genitus. bis* om. Vat. *quia omnia* Vat. recte. *quum* vulgo. *quis victus* Vat. *qui* vulgo. *deosque Pen.* Vatic. *que* om. ceteri. *quæ comm. tuebatur* Fabr. Bric. *qua c. vehebatur* ceteri. — 18. Isid. 19, 23. Serv. Georg. 3, 383. — 19. C. Fr. *pertinens.* — 20. Don. ad Andr. 5, 4, 36. — 21. Serv. ad Virg. Eclog. 2, 67. — 22. Rufin. de schemat. lexeos p. 46. Ed. Capperron. — 23. Pr. 18, 24, 199. — 24. Don. ad Eunuch. 5, 3, 8. *agerentur* legitur apud Westerhov. — 25. Isid. 9, 3. *bonum -. et strenuum ostentantes* addit Serv. ad Aen. 10, 370. — 26. Isid. 14, 1. sed corrupte : *venti per concava terræ præcipitati .-. ventis per cava terræ citatis* Serv. ad Virg. Georg. 2, 479. alii *citari*, alii *citatis.* — 27. Prisc. 14, 4, 602; *nefanda* aliquot Codd. — 28.

hunc modum disseruit. — 24. Inde ortus sermo percontantibus utrimque, Satin' salve; quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis augerentur. — 25. Quo cupidius in ore ducis sese quisque bonum et strenuum ostentantes. — 26. Ventis per cava terræ citatis, rupti aliquot montes tumulique sedere. — 27. Ubi multi nefanda casu super ausi atque passi. — 28. Saguntium. — 29. Tota autem insula modica et cultoribus inanis est. — 30. Immodicus animi. — 31. Ita sperat illam pugnam pro omni bello futuram. — 32. Tantum antiquitatis curæque maioribus pro Italica gente fuit. — 33. Opprobrii gratia. — 34. Maxumis ducibus, fortibus strenuisque ministris. — 35. Non repugnantibus modo, sed ne deditis quidem. A. B. C. M. — 36. In silva Sila fuerunt. — 37. In nuda iniecta corpora. 38. Apollinis filia et Cyrenes. — 39. Quæsere. — 40. Ne simplici quidem morte moriebantur. — 41. Quum prædixero positum insulæ. — 42. Cuius adversa voluntate, colloquio militibus permisso, corruptio facta paucorum et exercitus Sullæ datus est. — 43. A Graccho seditiones graves ortæ. — 44. M. Atilius Palicanus humili loco, Picens, loquax magis quam facundus. — 45. Insolens vera accipiundi. — 46. Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat. — 47. Curubis. — 48. Tharros. — 49. Camisos. — 50. Paces. -. Luces. — 51. Primam modo Iapidiam ingressus. — 52. Carbo turpi formidine Italiam atque

Charis. p. 115. — 29. Martian. Capella Lib. 5. p. 111. Edit. Basileens. 1580. — 30. C. Fr. *immod.* — 31. Serv. Aen. 1, 456; ad Aen. 10, 311. *pro omine bello* legitur. — 32. Serv. ad Georg. 2, 209. — 33. Agrœtius p. 2270. Ed. Putsch. — 34. Diomed. Lib. 2. c. 6. — 35. Don. ad Phorm. 1, 2, 48. — 36. Serv. ad Aen. 12, 715. — 37. Diom. 2, 6. — 38. Prob. Cathol. 1446. — 39. Phocas 1718. — 40. Serv. Georg. 3, 452. — 41. Don. ad Phorm. 1, 2, 47. — 42. Don. ad Eunuch. 3, 2, 13. — 43. Augustin. C. D. 2, 21: „eo quippe tempore disputabatur, quo iam unus „Gracchorum occisus fuit, a quo scribit seditiones graves cœpisse Salustius." — 44. Quinctil. 5, 2, 2. *Acilius* Spalding, *Atilius* vulgo. cfr. A. Gell. 1, 15. — 45. Don. Andr. 5, 4, 4. — 46. id. ad Phorm. 1, 1, 4. — 47-49. Prob. Cath. 1462. 1465. 1473. — 50. Serg. in art. sec. Don. p. 1843. — 51. Serv. Georg. 3, 475. — 52. Serv. Aen. 2, 400.

exercitum deseruit. — 53. Quæ pacta in conventione non præstitissent. — 54. Crebritate fluctuum ut Aquilo solet. — 55. Mithridates corpore ingenti, perinde armatus. — 56. Tyrannumque et Cinnam adpellantes. — 57. Nomenque Danubium habet. — 58. Cui nisi pariter obviam iretur. — 59. Septimium neque animo neque lingua satis compotem. — 60. Vulgus amat fieri. — 61. Non pœniturum. Visuros. — 62. Pompeius cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat. Neque enim ille aliter potuisset par esse Sertorio, nisi se et milites frequentibus exercitiis præparasset ad prælia. — 63. Primum Græcorum Achillem. — 64. Cupientissumus legis. — 65. Magna gloria tribunus militum in Hispania T. Didio imperante, magno usu bello Marsico, paratu militum et armorum fuit. Multaque tum ductu eius curata, primo per ignobilitatem, deinde per invidiam scriptorum parum celebrata sunt. Comminus faciem suam ostentabat, aliquot advorsis cicatricibus et effosso oculo. Quo ille dehonestamento corporis maxume lætabatur: neque illis anxius; quia reliqua gloriosus retinebat. — 66. Primos Cretenses constat invenisse re-

— 53. Don. ad Eunuch. 3, 2, 13. — 54. Serv. ad Aen. 1, 117. — 55. Quinct. Inst. Rhet. 8, 3, 82. — 56. Serv. ad Aen. 1, 5. — 57. Acron. ap. Horat. A. P. 18. — 58. Don. ad Eunuch. 1, 2, 12. — 59. Don. Adelph. 3, 2, 14. in antiqua editione *competere* legitur, apud Westerhov. *compotem*; illud confirmare videtur locus supra laudatus ex Nonio 4, 110. — 60. Quinctil. Inst. Rhetor. 9, 3, 17. — 61. id. 9, 4, 12; ad *visuros* addit i. e. ad videndum missos. — 62. Veget. de re militari 1, 9. — 63. Serv. ad Aen. 1, 96. — 64. Diomed. 1, 1. — 65. A. Gell. 2, 27. sed in multis editionibus admodum corrupte; meliora Carrio docuit cum ex vetere editione, tum Plutarchi verbis comparatis. *curata* ita Carrio. olim *quæ rapta,* alii *correpta. parum* ante *celebrata sunt* ex coniectura addidi; aliter enim sensus totius loci non constat. *celata sunt* coniecit Ciaccon. satis acute. postrema *quo ille deh.* etc. apud Don. ad Eunuch. 3, 2, 28. ita leguntur: *dehonestamento tamen esse corpori maxime lætabatur.* — 66. Lactant. Inst. Div. 1, 21. *componentis* est in libris plurimis. *componentem* Carrio. cfr. Serv. ad Aen. 3, 104. *primos Cretenses constat invenisse religio-*

ligionem. Curetes, quia principes intellegendi divina fuerunt, vetustatem, uti cetera in maius componentem, altores lovis celebravisse. — 67. Italiæ Siciliam coniunctam constat fuisse: sed medium spatium aut per humilitatem obrutum est, aut propter angustiam scissum; ut autem tum curvum sit, facit natura mollioris Italiæ, in quam asperitas et altitudo Siciliæ æstum relidit. — 68. Pompeius devictis Hispanis tropæa in Pyrenæis iugis constituit. — 69. Atque edita undique tribus tamen cum muris et magnis turribus. — 70. Et in præliis actu promptus. — 71. Pactione amisso Publico legato. — 72. Ipsum mare Ponticum dulcius quam cetera. — 73. Equis paria operimenta erant: quæ lintea ferreis laminis in modum plumæ adnexuerant; et sequebantur equites cataphracti. — 74. Rebus supra votum fluentibus. — 75. Aenum, et Maroneam, et viam militarem. — 76. Impediebant iussa nautarum. — 77. Nihil socordia claudebat. — 78. Ut tanta repente mutatio non sine deo videretur. — 79. In ore gentibus agens, [populo, civitati.] — 89. Pressi undique multitudine. — 81. Hunc igitur redarguit Tarquinius. — 82. Dein campi Themyscirii: quos ha-

nem. cfr. Lactant. ad Stat. Achill. 1, 387. Serv. ad Aen. 8, 352. — 67. Serv. ad Aen. 3, 414. *aquis* quod apud Isid. 13, 18. post *obrutum est* additur, haud dubie spurium. neque ap. Isidor. 14, 6. legitur. omittit quoque Lactant. ad Stat. Theb. 3, 597. ex Isidoro intelligitur hæc ab Sallustio esse allata, ut nominis Rhegii originem illustraret. — 68. Serv. ad Aen. 11, 6. — 69. Don. ad Andr. 1, 1, 67. — 70. id. ad Eunuch. 4, 7, 14. — 71. id. ad Phorm. 1, 2, 91. — 72. Serv. ad Aen. 1, 228; 12, 143. Macrob. 7, 12. Prisc. 3, 2, 112; 15, 3, 623. — 73. Serv. ad Aen. 11, 770. — 74. id. ad Aen. 2, 169. — 75. id. ad Aen. 3, 17, — 76. id. ad Aen. 5, 128. — 77. Don. ad Eunuch. 1, 2, 84. — 78. id. ib. 5, 2, 36. Servius (Aen. 2, 632.) *repente* omisit; habent quoque hunc locum *interpretes veteres* a Maio editi pag. 33. his verbis additis: „Salustius quoque auctor est occultam potentiam deum vocari f[atum]. — 79. Don. Adelph. 1, 2, 13. *populo civitati* equidem pro glossa habeo. — 80. id. ibid. 3, 2, 5. — 81. id. ibid. 3, 2, 16. *Tarquinus* apud Westerhov. *Tarquitius* coniecit Carrio. — 82. Serv. ad Aen. 11, 659; pro *Themyscirii* alii *Threissi*.

buere Amazones, a Tanai flumine incertum quamobrem digressæ. — 83. Ubi eum Cotta in concione ab exercitu cogit discedere, dicit se eius opera non usurum; eumque ab armis dimittit. — 84. Et Metello procul agente longa spes auxiliorum. — 85. More equestris prælii sumptis tergis atque redditis, ad faciliores ictus loco cedebant. — 86. Castra sine volnere introitum. — 87. Multos tamen ab adulescentia bonos insultaverat. — 88. Cosa. — 89. Equis atque armis insignibus. — 90. Fessus in Pamphyliam se receperat. — 91. Profectus quidam Ligus ad requisita naturæ. — 92. Apud latera certos collocaverat. — 93. Apertæ portæ, repleta arva cultoribus. — 94. Hispaniam sibi antiquam patriam esse. — 95. Lyciæ Pisidiæque agros despectantem. — 96. Sorte ductos fusti necat. — 97. Omnis Italia coacta in angustias, scinditur in duo promontoria, Bruttium et Salentinum. — 98. Italiæ plana ac mollia. — 99. Qua tempestate ex Ponto vis piscium erupit. — 100. Igitur introrsus prima Asiæ Bithynia est, multis antea nominibus adpellata. Ipsa enim est maior Phrygia. — 101. Sed Mithridates extrema pueritia regnum ingressus, matre veneno interfecta. — 102. Exercitum maiorum more. — 103. Creta altior est qua parte spectat Orientem. — 104. Se regibus devo-

— 83. Serv. ad Aen. 12, 844. priora *ubi – dicit* Servii potius quam Salustii esse videntur. — 84. Serv. ad Aen. 11, 544. — 85. Serv. Aen. 11, 619; 9, 749; quæ duo loca coniungenda esse Carrio censuit. — 86. id. ad Aen. 10, 628; 11, 230. — 87. Don. ad Eunuch. 2, 2, 54. Serv. (ad Aen. 10, 643.) *tamen* om. et *insultaverat* habet. id. ad Aen. 9, 643. *a pueritia – insultaverat.* — 88. id. ibid. 10, 168. — 89. id. ib. 10, 539. — 90. id. ibid. 8, 232. — 91. Quinctil. 8, 6, 59; Pomp. Comment. in Don. de barbarism. et Metaplas. p. 440. Ed. Lindemann. — 92. Serv. Aen. 1, 576. — 93. Serv. Aen. 2, 27. — 94. id. ibid. 1, 380; 3, 297. — 95. id. ib. 1, 420, — 96. id. ib. 2, 201. — 97. id. ib. 3, 400. — 98. id. ib. 3, 522. *Italia plana ac mollis.* ita aliqnot Editt. — 99. id. ib. 4, 132. Schol. ad Iuvenal. Satir. 4, 42. hæc ita legit: *Itaque tempestate piscium vis Ponto erupit.* ibi *finitaque tempestate* Schurzfleisch emendavit. *magna vis* coniecit Douza. — 100 Serv. Aen. 5,

vent, et post eos vitam refutant: adeo illis ingenita est sanctitas regii nominis. — 105. Dum inferior omni via grassaretur. — 106. Narbone concilia Gallorum. — 107. Post defectionem sociorum et Latii. — 108. Ad Iovis mandem nostra. — 109. Morbi graves ob inediam insolita vescentibus. — 110. Atque ea cogentes non coactos, scelestos magis quam miseros distringi. — 111. Graviori bello, qui prohibituri venerant socii, frigere. — 112. Nam quidem a Pyrrho, Hannibale, et æquor et terra. — 113. Nam Sullæ dominationem audebat. — 114. Neque est offensus dominationem Sullæ. — 115. Neu quis miles, neve pro milite. — 116. Ex insolentia avidus malefaciundi. — 117. Tergis vinciebant. — 118. Charybdis, quod, forte illata naufragia sorbens, gurgitibus occultis millia sexaginta Tauromenitana ad litora trahit. — 119. Saguntini, fide atque ærumnis incluti præ mortalibus studio maiore quam opibus, quippe apud quos etiam tum semiruta mœnia, domus intectæ parietesque templorum ambusti manus Punicas ostentabant. — 120. Apud Corduennos amomum et alii leves odores gignuntur. — 121. Quem trans stagnum omnis usque ad flumen. — 122. Repente incautos agros invasit. — 123. Belli sane sciens. — 124. Namque omnium ferocissumi ad hoc tempus Achæi atque Taurici

373; 5, 203. cfr. Isidor. 4, 3. — 101. Serv. Aen. 5, 295. — 102. id. ib. 5, 408. multi Servii Codd. *more maiorum* om. — 103. id. ib. 6, 23. — 104. id. Georg. 4. 218 et 211. duo loca in unum esse coniungenda docuit Carrio. — 105. Macrob. de different. et soc. Gr. et Lat. verbi p. 332. Ed. Bip. *vi* legendum esse censet Douza. quod vulgo hoc loco legitur. — 106. quod vulgo hoc fragmentum loco legitur, et Pompeius *in artem Donati* laudare dicitur, in Lindem. Edit. non exstat; sed ap. Cledon. p. 1876. — 107. Don. ad Adelph. 3, 4, 11. — 108. id. ib. 4, 2, 43. — 109. id. in Heeyr. 3, 1, 45. *ad inediam* ap. Westerhov. legitur. — 110. id. ib. 4, 1, 21. — 111. id. ib. 5, 1, 31. — 112. id. in Phorm. 2, 1, 13. — 113. id. ib. 1, 3, 23. — 114. id. ib. — 115. Serv. Aen. 2, 157. — 116. id. ib. 9, 343. — 117. id. ib. 9, 412. — 118. id. ib. 3, 425 et 420. — 119. Hieron. Comm. in Habacuc cap. 9. ita optimi Codd. *per mortalium studium maiores — quippe quis* vulgo. — 120. Philarg. in Georg. 4, 49. — 121. id. ibid. 4,

sunt, quod, quantum coniicio, locorum egestate rapto vivere coacti. — 125. Atque ipse cultus rei. — 126. Triplici fluctu. — 127. Charybdis mare vorticosum. — 128. Sed ubi tempore anni mare classibus patefactum est. — 129. Sane bonus ea tempestate contra pericula et ambitionem. — 130. Simul immanis hominum vis ex locis invasere patentes tum et pacis modo effusas. — 131. Genua patrum advolvuntur. — 132. Perrexere in Hispaniam an Sardiniam. — 133. Quæ magalia sunt circumiecta civitati, suburbana ædificia. — 134. Et onere turrium incertis navibus. — 135. Traditur fugam in longinqua Oceani agitavisse. — 136. Ad mutandum modo in melius servitium. — 137. Magna vis hominum convenerat agris pulsa aut civitate eiecta. — 138. Quum murum hostium successisset, pœnas dederat. — 139. Quippe vasta Italia rapinis, fuga, cædibus. — 140. Hi sunt, qui secundum pocula et alias res aureas, diis sacrata instrumenta convivio mereantur. — 141. In secunda festinas cohortes composuerat. — 142. Iam repente visus sævire Taguns. — 143. Exuant armis equisque. — 144. Solas festinate. — 145. Lusitaniæ gravem civitatem. — 146. Ex parte cohortium præcipere instructa, et stationes locatæ pro

293. — 122. id. ib. 3, 469. — 123. Hor. Ep. 1, 15. Schol. Cruquii. — 124. Schol. Iuvenal. 15, 115. — 125. Horat. Satir. 2, 2. Schol. Cruquii. — 126. Serv. Aen. 1, 126. — 127. id. ib. 117. *verticulosum* vulgo. *vorticosum* melius. cfr. Plin. H. N. 3, 8. Senec. de benef. 4, 1. — 128. id. ib. 1, 146. — 129. id. ib. 1, 195. — 130. id. ib. 1, 299. — 131. id. ib. 1, 307. — 132. hoc fragmentum a Servio laudatum esse dicitur, sed quo loco nescio. — 133. id. ib. 1, 421. — 134. id. ib. 1, 576. — 135. id. ib. 1, 640. — 136. id. ib. 1, 281. — 137. id. ib. 1, 270. — 138. id. Eclog. 5, 5. — 139. id. Aen. 8, 8. — 140. id. ib. 8, 278. — 141. id. ib. 9, 488. — 142. id. ib. 10, 103. — 143. id. ib. 11, 80. — 144. id. ib. 12, 425. *festinate* in Mss. *festinare* vulgo. — 145. id. ib. 12, 458. — 146. id. ib. 12, 661. — 147. id. Eclog. 5, 21. — 148. id. ib. 8, 27. — 149. id. Georg. 1, 3. — 150. Hor. Ep. 2, 2. Schol. Cruquii. — 151. Serv. Aen. 3, 265. — 152. id. ib. 3, 526. — 153. id. Eclog. 8, 4. — 154. id. Aen. 1, 2. — 155.

castris. — 147. Bellum quibus posset conditionibus desineret. — 148. In quis longissumo ævo plura de bonis falsa in deterius composuit. — 149. Cultu corporis ornata egregio. — 150. At Sertorius vacuus hieme copias augere. — 151. Sin vis obsistat, ferro quam fame æquius perituros. — 152. Consedit in valle virgulta nemorosaque. — 153. Paullulum requietis militibus. — 154. Qui nullo certo exsilio vagabantur. — 155. Nubes fœdavere lumen. — 156. Sanctus alia. — 157. Geryonis. — 158. Quæ caussa fuerat novandis rebus. — 159. Radicem montis excessit. — 160. Ut res magis quam verba gererentur, liberos parentesque in muris locaverant. — 161. Imbecilla est fortitudo dum pendet. — 126. Scythæ Nomades tenent, quibus plaustra sedes sunt. — 163. Luxo pede. — 164. Maurique vanum genus, ut alia Africæ, contendebant Antipodas ultra Aethiopiam cultu Persarum iustos et egregios agere. — 165. Et Perpennam forte cognoscit mulio redemptoris. — 166. .. mor Trequii præter s. r. . ciem necessariam haud multo secus, quam ferro noceri poterat. At Varinius, dum hæc aguntur a fugitivis, ægra parte militum autumni gravitate, neque ex postrema fuga, cum severo edicto iuberentur, ullis ad signa redeuntibus, et qui

id. ib. 2, 286. — 156. id. ib. 3, 594. — 157. id. ib. 7, 662. — 158. id. ib. 4, 290. — 159. 160. 161. Lactant. ad Stat. Theb. 3, 116; 10, 573; 5, 384. — 162. Porphyrion ad Horat. Od. 3, 24, 9. — 163. Prob. Cath. 1476. — 164. Prisc. 14, 4, 603. sed ex bello Iugurthino hæc laudat. — 165. Horat. Ep. 2. 2. Schol. Cruquii. — 166—171. Sex fragmenta, quæ sequuntur, ex vetusto Servii Codice, qui in bilbiotheca Regia Parisiensi asservatur, a Petro Daniele exscripta, et ab Andrea Schotto ad Iustum Lipsium transmissa sunt. Sed ab initio tantummodo tria priora edita sunt; reliqna primus evulgavit Freinshemius. Multis annis post Iosephus de Bimard La Bastie, cum hæc fragmenta monumento cuidam inscripta fuisse suspicatus esset, eorum exemplar, inter schedas Iacobi Augustini de Chevannes, iurisconsulti quondam Divoniensis, summa fide exscriptum, Muratorio misit, qui ea Thesauro Inscriptionum (Tom. I.) inserenda curavit. Denique De Brossius hæc emendatius edidit, et disperditarum Salustii historiarum reliquias esse recte iudicavit. Variantes lectiones quas tribus prioribus fragmentis addidi, De Br. ex schedis, supra memoratis, adnotavit.

reliqui erant, per summa flagitia detrectantibus militiam, Quæstorem suum C. Thoranium, ex quo præsente vera facillume noscerent, * * * * commiserant, et tamen interim cum volentibus numero quatuor....

167. * ingre, tante setui debacrittur, nefandum in modum perverso volnere et interdum lacerum corpus semianimum omittentes, alii in tecta iaciebant ignis, multique ex loco servi, quos ingenium socios dabat, abdita a dominis, aut ipsos trahebant ex occulto, neque sanctum aut nefandum quicquam fuit iræ barbarorum et servili ingenio: quæ Spartacus nequiens prohibere, multis precibus quom oraret, celeritate prævertere nuncios.

168. Aliquot dies contra morem fiducia augeri nostris cœpit et promi lingua. Qua Varinius contra spectatam rem incaute motus, novos incognitosque et aliorum casibus perculsos milites ducit tamen ad castra fugitivorum; presso gradu silentis iam, neque tam magnifice sumentis prælium quam postulaverant. Atque illi certamini conscii inter se iuxta seditionem erant, Crixo et gentis eiusdem Gallis et Germanis obviam ire, et ultro offerre pugnam cupientibus contra Spartacum....

169. *Mag*nis operi*bus* commun*ita*. Deinde fugitivi, con*sump*tis iam alimentis ne p*ræ*dantibus ex propinq*uo hos*tis instaret soli*tas*

166. *ni iorrere quit præter s.... ciem bello necessario. — iuverentur ad signa deeuntibus —. detractantib—. noscerent..um miserant — quom volentib —.*

167. —. *ingres tant .. illudebant lim l —. quo moraret celeritate prævertere nuntios. prævertere*, quod vulgo omissum est, reposui.

168. *Aliquod—. Augerinus tris coepit —. lingu-qua — incautæ —. incognito r.: et aliorum — certamini consilii inter se iusta —. ferre pugnam.* —

169. quæ literæ et syllabæ scriptura distinguuntur, ex coniectura adpictæ sunt. Plurima supplementa debemus acumini Freinshemii, qui comparatis, quæ Frontinus (1, 5, 22. p. 83. Ed. Oudendorp.) memoriæ prodidit, genuina auctoris verba restituisse videtur. Docte in hunc locum commentatus est Kreyssig; alia a Freinshemio emendata confirmavit, alia mutavit; pauca addidit.

*militiæ stationes*que et alia munia *explent;* secunda vigilia *noctis* cuncti *egrediuntur*, bucin*atore in castris* et ad vigi*lum speciem* procul visen*tibus ere*xerant fult*a* recentia *cadavera et cr*ebro ign*is fecerant* ... midin .... rin ... tu ..

170. In s. converterent. Intus multa iam luce .. derans solita a Fuli ... ono actæ et in cass .. ni ictus si aridum .. strepitus tumul .....i con res undiq.. .. um mittit equitis ... um circum pro ...., vi exe orarent .... pro tire vesti ... s credens io ....ota menag .. pavens se ... m dupli .. um a ..... da ......

171. Con ...... timili ruit .... ceps monet in ..... agros malisq. pe .. urio egrediantor. pri .. quam religio exercitu adesse Varinius augertur numero selectis vir et propere nactus idoneum et callivis ducis et centinis deinde Eburnis iugis occultius ad n. ris Lucanas atque inde prima luce pervenit ad N.. Forum ignaris cul .. rib. ac statim fugitivi contra præceptum ducis rapere ad se virum vir. nes matr... et alii c...

172. A rege Dardanorum Mida, qui Phrygiam tenuit. — 173. Nam speciem efficit Scythici arcus. — 174. Ut in M. Mario cum fracta prius crura, per artes expiraret. — 165. Tamen Antoniorum Consulum pater ille, qui oræ maritimæ, qua esset imperium Romanum, præfuit, contrarius piratis. — 176. Ille Conisturgim

170. Etiam hunc locum ad dolos Spartaci, quorum supra mentio facta, illustrandos pertinere Freinshemius indicavit.

171. In eodem argumento etiam hoc fragmentum versari videtur; ceterum Freinsh. plura emendavit: *priusquam cum reliquo exercitu adesset.* —. *idoneos ex callibus duces.* —. *Picentinis deinde Eburinis occultis ad nares populi forum - cultoribus.* postrema iis, quæ Non. Marc. 6, 44. laudavit, simillima; unde hæc ad tertium historiarum librum pertinuisse recte colligas.

172. Serv. Aen. 2, 325. — 173. id. ib. 3, 533. — 174. Iul. Rufinian. de Schemat. dianœas p. 52. Edit. Caperroner. *cui fracta* et *artus* sine præpos. in aliis editt. legitur. — 175. Schol. ad Iuvenal. 8, 104; ceterum locus ex Pithœo ex Codd. restitutus est; vulgo legitur *corruptor ille Salustius.* — 176. Pompei. Comment. A.

apud legiones venit. — 177. in Hispaniam versus. — 178. Mox tanta flagitia in tali viro pudet dicere. — 179. Qua accidam aut quo. — 180. Imperii prolatandi percupidus habebatur, cetera egregius. — 181. Vestes de pellibus rhenones vocantur. — 182. Speciem captæ urbis efficere discedentes. — 183. Dum paulatim suis invicem subveniunt, omnes in bellum coacti sunt. — 184. Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur. — 185. Nam talia incepta consultorem vertissent, reipublicæ pestem factura. — 186. Vizo. Stobos. — 187. Cossutius in proxima villa fonti lavabatur. — 188. Quæ cis paucos dies iuncta in armis sunt. — 189. iudicia bella atque paces. — 189. Omnium fluminum, quæ in maria, qua imperium Romanum est, fluunt, quam Græci τὴν εἴσω θάλασσαν adpellant, maxumum esse Nilum consentitur; proxuma magnitudine esse Histrum scripsit Salustius. — 191. (sc. Virgilius in peste describenda.) Sequitur ordinem quem et Lucretius tenuit et Salustius, primo ærem, inde aquam post pabula esse corrupta. — 192. Nihil tam necessarium, aut magis, at ait Salustius, cum cura dicendum. — 193. Turbinum motus vagus est et disiectus, et, uti Salustii verbis utar, vorticosus. — 194. Salustius, auctor certissimus, asserit Tigrim et Euphratem uno fonto manare in Armenia, qui per diversa euntes longius dividuntur; quæ tamen terra, quæ ab ipsis ambitur, Mesopotamia dicitur. — 195. Pelo-

Don. p. 395. Ed. Lindemane. — 177. hæc ex Catilinario laudat Prisc. de XII. versib. Aen. c. 13. p 357. Ed. Kr. — 178. vetus Scholiasta ad Cic. pro Rosc. Amerino §. 230. laudat hunc locum Wassius pag. 343. Edit. Havercamp. — 179. Don. ad Hecyr., 3, 3, 18. — 180. Hæc ex Iugurtha laudat C. Fronto s. v. *egregius*. — 181. Serv. ad Georg. 3, 383. — 182. Serv. Aen. 8, 557. — 183. Serv. ad Aen. 12, 282. — 184. Non. 1, 298. Lactant. Instit. Div. 1, 18; ita: *Caninam illam facundiam, sicut Salustius ab Appio dictum refert, exercuit.* — 185. Don. in Aen. 1, 37. — 186. Prob. Cath. 1450. et 1462. — 187. Cledonii ars. p. 916. Ed. Putsch. — 188. id. 1993. — 189. Incerti de orthographia p. 2794. Ed. Putsch. — 190. quæ iam sequuntur fragmenta non ipsissimis Salustii verbis traduntur, sed res tractant, quarum apud illum mentio

lorium, promontorium Siciliæ, respiciens ad aquilonem, iuxta Salustium dictum a gubernatore Hannibalis, illic sepulto, qui fuerat occisus per ignorantiam regis, quum se eius dolo crederet esse deceptum. — 196. Aristæus, uti Salustius docet, post laniatum a canibus Actæonem filium, matris instinctu Thebas reliquit, et Cretam insulam tenuit primo, adhuc hominibus vacuam: postea, ea relicta, cum Dædalo ad Sardiniam transitum fecit. — 197. Dædalus vero primum Sardiniam, (ut dicit Sal. 2. hist.) post delatus est Cumas., — 198. laudat Salustius duces, qui victoriam incruento exercitu reportarunt. — 199. Cares insulani populi fuerunt, piratica famosi, victi a Minoe, uti Salustius et Thucydides tradunt. — 200. Capys Campaniam, Helenus Macedoniam, alii Sardiniam, secundum Salustium, tenuerunt. — 201. Dardania a Dardano, Iovis et Electræ filio, aut secundum Salustium, a Mida, Dardanorum rege, qui Phrygiam tenuit. — 202. Salustius Scyllam saxum esse dicit, simile formæ celebratæ procul visentibus. — 203. In Sicilia est Enceladus, Othus in Creta, unde Othii campi, secundum Salustium; Typhœus in Campania. — 204. Salustius ait, Hispanorum morem fuisse, ut in bella euntibus iuvenibns parentum facta memorentur a matribus. — 205. Orion, ut Salustius dixit, oritur iuxta solis æstivi pulsum. — 206. Cales civitas est Campaniæ; est et in

fit. A. Gell. 10, 7. — 191. Serv. Georg. 3, 481. — 192. Seneca de Benefic. 4, 1. — 193. id. Q. N. VII. 8. — 194. Isid. 13. 21. Hieron. Loca Hebraica de genesi. Opp. Tom. 3. pag. 202. Vibius Sequester s. v. *Euphrates;* sed ibi *monstrari* legitur. — 195. Isid. 14, 7. cfr. Serv. Aen. 3, 411. is vero *respiciens ad Aquilonem* om. — 196. Serv. Georg. 1, 14. — 197. id. Aen. 6, 14. — 198. Serv. Aen. 11, 421. Isid. 18, 2. — 199. id. Aen. 8, 725. — 200. id. Aen. 1, 260; ubi hæc leguntur: *Multi enim post excidium Troiæ orbis diversa tenuerunt, ut Helenus Epirum, Antenor Venetiam, alii Sardiniam, secundum Salustium.* — 201. id. Aen. 2, 325. — 202. id. Aen. 5, 420. — 203. id. Aen. 3, 578. — 204. id. Aen. 10, 281. — 205. id. Aen. 5, 626. — 206. id. Aen. 7, 782. — 207. id. Aen. 7, 604. —

Gallia hoc nomine, quam Salustius captam a Perpenna commemorat. — 207. Getæ sunt Mysii, quos Salustius a Lucullo dicit esse superatos. — 208. Troiano tempore invadendarum terrarum caussa fuerat navigatio, uti Salustius meminit. — 209. Curribus falcatis usos esse antiquos, et Livius et Salustius docent. — 210. Vices i. e. pugnas, quia per vicissitudinem pugnabatur, ut et Salustius docet. — 211. Medio ponto, potest quidem intelligi secundum Salustium, procul a continenti. — 212. Primo mense veris novum dicitur, secundo adultum, tertio præceps : sicut et Salustius dicit ubique. — 213. Salustius in Historiis tradit, Sertorium victum voluisse fugere ad insulas fortunatas. — 214. Insulas fortunatas Salustius inclutas esse ait Homeri carminibus. — 215. Proximum dicebant veteres non solum adhærens et adiunctum, verum etiam longe remotum, si tamen inter duo discreta nihil, medium exstitisset. Ita et Salustius in situ ponti de promontoriis Paphlagonum et quod Κριῦ μέτωπον appellavit, posuit. — 216. Lata autem ideo, quia se angustiæ Pontici oris illic dilatant, ut Salustius dicit. — 217. Anacreon Lyricus poeta Teius fuit, i. e. ab urbe Teia, quam in Paphlagonia esse Salustius dicit. — 218 Mesopotameni homines effrenatæ libidinis sunt in utroque sexu, ut Salustius meminit. — 219. Nam neque apud Salustium, neque apud Livium, neque apud Fenestellam ullius alterius ab eo latæ legis mentio, præter eam, quam in concione, repugnante nobilitate, magno [tulit] populi studio, ut iis, qui tribuni plebis fuissent, alios quoque magistratus capere liceret, quod lex a dictatore Sulla paucis ante annis lata prohibebat. — 220. Fretum Siciliæ, quod Rhe-

208. id. Aen. 1, 299. — 209. id. Aen. 1, 476. Lactant. ad Stat. Theb. 10, 544. (falcato curru) hoc genus armorum etiam Salustius describit. — 110. Serv. Aen. 2, 433. — 211. id. Aen. 3, 104. — 212. id. Georg. 1, 43. — 213. Acron. ad Horat. Epod. 16, 42. — 214. Serv. Aen. 5, 753. — 215. Non. 12, 24. — 216. Serv. Aen. 2, 312. — 217. Porphyr. ad Horat. Od. 2, 17, 18. — 218. Schol. ad Iuv.

gium dicitur, Salustius ex tali causa vocari scribit, dicens: Italiæ olim Siciliam coniunctam fuisse, et dum esset una tellus, medium spatium aut per humiditatem abruptum est aquis, aut per angustiam scissum. Et inde ῥήγιον nominatum, quia græce abruptum hoc nomine nuncupatur. Est autem arctissimum, trium millium spatio Siciliam ab Italiæ dividens, fabulosis infame monstris, quibus hinc inde Scilla et Charibdis ostenditur. Scillam accolæ saxum in mari imminens appellant, simile celebratæ formæ procul visentibus. Unde et monstruosam speciem fabulæ illi dederant, quasi formam hominis capitibus succinctam caninis, quia collisi ibi fluctus latratus videntur exprimere. Charibdis dicta, quod gurgitibus occultis naves absorbeat. Est enim mare vorticosum et inde ibi laniata naufragia emergunt. Ter autem in die erigit fluctus, et ter absorbet. Nam accipit aquas ut vomat, vomit ut rursus accipiat.

221. Sardis Hercule procreatus, cum magna multitudine a Libya profectus, Sardiniam occupavit et ex suo vocabulo iusulæ nomen dedit. Hæc in Africo mari facie vestigii humani in oriente quam occidente latior prominet, ferme paribus lateribus, quæ in meridiem et septentrionem vertunt, ex quo ante commercium a navigantibus Græcorum ἴχνος appellata est. Terra patet in longitudine millia CXI, latitudine XI. In ea neque serpens gignitur, neque lupus, sed solifuga tantum, animal exiguum, hominibus perniciosum. Venenum ibi quoque non nascitur, nisi herba per scriptores plurimos et poetas memorata, apiastro similis, quæ hominibus rictus contrahit et quasi ridentes interimit. Fontes

Satir. 1, 104. — 219. Ascon. Pedian. ad Cic. Orat. pro Cornelio p. 58, b. Edit. Aldin. 1563. *repugnante* et *tulit* ex coniectura additum; textus enim mutilus est. — 220. et 221. Isid, 14, 6. et 13, 8. hæc maximam partem ex Salustio hausta esse, præter verba, quæ iam supra laudavimus, vel inde patet, quod stilus non rudis atque ipsius auctoris confusus est, ut alias in Isidoro, sed gravis atque luculentus. cfr. Solin. Poly-

*

habet Sardinia calidos, infirmis medelam præbentes, furibus cæcitatem, si sacramento dato oculos aquæ eius tetigerint.

222. Nam quædam Corsa nomine, Ligus mulier, quum taurum ex grege, quem prope litora regebat, transnatare solitum, atque per intervalla corpore aucto remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurum a ceteris degredientem usque ad insulam navigio prosecuta est. Cuius regressu insulæ fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus eo profecti, eamque nomine mulieris auctoris et ducis adpellaverunt.

223. Pyrrhus a colore comæ dictus, qui Latine Byrrhus dicitur, ita et Salustius Crispus. — 224. Non tu scis, si quas ædes ignis [acriter] cepit, haud facile sunt defensu, quin et comburantur proxuma. — 225. Vitabundus per loca saltuosa recedebat.

hist. c. 4. „Sardinia quoque, quam apud Timæum Sandaliotin legimus, Ichnusam apud Crispum" cfr. cetera, in quibus eundem auctorem secutus esse videtur.

222. Isid. 14, 6. — 223. Serv. Aen. 2, 469. — 224. *acriter* ex coniectura additum; id quod omittendum non erat, nam laudavit hunc locum ut usum adverbii *acriter* illustraret. Charis. pag. 176. ex tertio hæc laudat. — 225. Diomed. p. 224.

EPISTOLAE DUAE

AD

C. CAESAREM

DE

REPUBLICA ORDINANDA.

EPISTOLA I.

Pro vero antea obtinebat, regna atque imperia fortunam 1
dono dare, item alia, quæ per mortalis avide cupiuntur: quia et apud indignos sæpe erant, quasi per lubidinem data: neque cuiquam incorrupta permanserant. Sed res docuit id verum esse, quod in carminibus Appius ait, fabrum esse suæ quemque fortunæ: atque in te maxume, qui tantum alios prægressus es, uti prius defessi sint homines laudando facta tua, quam tu laude digna faciundo. Ceterum uti fabricata, sic virtute parta, quam magna industria haberi decet; ne incuria deformentur, aut corruant infirmata. Nemo enim alteri imperium volens concedit: et quamvis bonus atque clemens sit, qui plus potest; tamen, quia malo esse licet, formidatur. Id evenit, quia plerique rerum potentes pervorse consulunt et eo se munitiores putant, quo illi, quibus imperitant, nequiores fuere. At contra id eniti decet, cum ipse bonus atque strenuus sis, uti quam optumis imperites. Nam pessumus quisque asperrume rectorem patitur. Sed tibi hoc gravius est, quam ante te omnibus, armis parta componere; quod bellum aliorum pace mollius gessisti: ad hoc victores prædam petunt, victi cives sunt. Inter has difficultates evadendum est tibi, atque in posterum firmanda respublica, non armis modo, neque advorsum hostis, sed quod multo maius multoque asperius est, bonis pacis artibus. Ergo omnis, magna, mediocri sapientia res huc vocat: quæ quisque optuma potest, uti dicant. Ac mihi sic videtur: qualicumque modo tu victoriam composueris, ita alia omnia futura.

EPISTOLA I.

Cap. 1. *Populus Romanus pro vero* Ursini liber; item Fabr. et Bric. sed *pro* omisso. *fabrum esse suæ* pronom. om. Fabr. et Bric. *praegressus* omnes libri. *prætergr.* olim editum. *quod bellum* Vatic. *quod* ceteri om. *magna mediocris sapientia* ita Fabr. et Bric. *mediocrique* vulgo. *mediocri* legendum censeo.

2 Sed iam, quo melius faciliusque constituas, paucis, quæ me animus monet, accipe. Bellum tibi fuit, imperator, cum homine claro, magnis opibus, avido potentiæ, maiore fortuna quam sapientia: quem secuti sunt pauci, per suam iniuriam tibi inimici: item quos affinitas aut alia necessitudo traxit. Nam particeps dominationis neque fuit quisquam; neque, si pati potuisset, orbis terrarum bello concussus foret. Cetera multitudo volgi, more magis quam iudicio, post alius alium, quasi prudentiorem, secuti. Per idem tempus maledictis iniquorum occupandæ reipublicæ in spem adducti homines, quibus omnia probro ac luxuria polluta erant, concurrere in castra tua: et aperte quietis mortem, rapinas, postremo omnia, quæ corrupto animo lubebat, minitari. Ex quis magna pars, ubi neque creditum condonare, neque te civibus, sicuti hostibus, uti vident, defluxere: pauci restitere, quibus maius otium in castris quam Romæ futurum erat; tanta vis creditorum impendebat. Sed ob easdem caussas immane dictu est, quanti et quam multi mortales postea ad Pompeium discesserint: eoque per omne tempus belli quasi sacro atque inspo-
3 liato fano debitores usi. Igitur, quoniam tibi victori de bello atque pace agitandum est: hoc uti civiliter deponas, illa ut quam iustissima et diuturna sit: de te ipso primum, qui ea compositurus es, quod optumum factu est, existuma. Equidem ego cuncta imperia crudelia magis acerba quam diuturna arbitror; neque quemquam multis metuendnm esse, quin ad eum ex multis formido recidat: eam vitam bellum æternum et anceps gerere: quoniam neque advorsus, neque ab tergo aut lateribus tutus sis, semper in periculo aut metu agites. Contra qui benignitate et cle-

— *Cap.* 3. *illa quidem ut iustissima* Glareanus. *illa quam iustiss.* Fabr. et Bric. *illa ut quam iust.* Vatic. *qui ea comp. ea* om. Fabr. et Bric. *quemquam in multis* Fabr. et Bric. *quam alii cives* Vatic. et vetus editio. *haud scio an qui me.* Vatic. *haud scio* ceteri om. *natura nobis hostibusque nos* Fabr. *n. n. hostibusque nosque maio-*

mentia imperium temperavere, his læta et candida omnia visa;
etiam hostes æquiores quam aliis cives. Haud scio, an qui me his
dictis corruptorem victoriæ tuæ nimisque in victos bona volun-
tate prædicent? Scilicet quod ea, quæ externis nationibus natura,
[nobis] hostibus nosque maioresque nostri sæpe tribuere, ea civi-
bus danda arbitror; neque barbarico ritu cæde-cædem et san-
guinem sanguine expianda. An illa, quæ paullo ante hoc bellum 4
in Cn. Pompeium victoriamque Sullanam increpabantur, oblivio
intercepit? Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non ar-
matos, neque in prælio belli iure, sed postea supplices per sum-
mum scelus interfectos: plebem Romanam in villa publica, pe-
coris modo, conscissam. Heu quam illa occulta civium funera et
repentinæ cædes; in parentum aut liberorum sinum fuga mulie-
rum et puerorum; vastatio domuum, ante partam a te victoriam,
sæva atque crudelia erant! Ad quæ te illi iidem hortantur: et
scilicet id certatum esse, utrius vestrum arbitrio iniuriæ fierent;
neque receptam, sed captam a te rempublicam, et ea caussa
exercitus stipendiis confectis, optumos et veterrumos omnium, ad-
vorsum fratres parentesque, alii liberos, armis contendere; ut ex
alienis malis deterrumi mortales ventri atque profundæ lubidini
sumptus quærerent, atque essent opprobria victoriæ, quorum fla-
gitiis commacularetur bonorum laus. Neque enim te præterire
puto, quali quisque eorum more aut modestia, etiam tum dubia
victoria, sese gesserit, quoque modo in belli administatione scor-
ta aut convivia exercuerint nonnulli, quorum ætas ne per otium
quidem talis voluptatis sine dedecore attigerit. De bello satis dic- 5
tum. De pace firmanda, quoniam tuque et omnes tui agitatis

resque Bric. *natura nobis hostibus, nosque maioresque* Vatic. vetus editio. *nobis* vulgo omissum. *sanguinem sanguine* Fabri et Bric. — *Cap.* 4. *oblivio interfecit* omnes libri. *oblivio intercepit* coniecit A. Popma. *qualis quisque eorum* sic Fabri. *sese gesserint* idem. — *Cap.* 5. *qualis sit de quo consultas* omnes libri. *vel concor-*

primum id, quæso, considera, quale id sit, de quo consultas: ita, bonis malisque dimotis, patenti via ad verum perges. Ego sic existumo; quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi Romanæ fatum exscidii adventarit, cives cum civibus manus conserturos; ita defessos et exsanguis regi aut nationi prædæ futuros. Aliter non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ, movere aut contundere queunt hoc imperium. Firmanda igitur sunt et concordiæ bona, et discordiæ mala expellenda. Id ita eveniet, si sumptuum et rapinarum licentiam demseris; non ad vetera instituta revocans, quæ iam pridem, corruptis moribus, ludibrio sunt; sed si suam cuique rem familiarem finem sumptuum statueris: quoniam is incessit mos, ut homines adulescentuli sua atque aliena consumere, nihil lubidini atque aliis rogantibus denegare, pulcherrumum putent: eam virtutem et magnitudinem animi, pudorem atque modestiam pro socordia, æstument. Ergo animus ferox, prava via ingressus, ubi consueta non suppetunt, fertur accensus in socios modo, modo in cives: movet composita et res novas veteribus acquirit. Quare tollendus fœnerator in posterum, uti suas quisque res curemus. Ea vera atque simplex via est, magistratum populo, non creditori, gerere; et magnitudinem animi in addendo, non demendo rei-
6 publicæ ostendere. Atque ego scio, quam aspera hæc res in principio futura sit, præsertim iis, qui se in victoria licentius liberiusque quam artius futuros credebant. Quorum si saluti potius quam lubidini consules; illosque nosque et socios in pace firma constitues: Sin eadem studia artesque iuventuti erunt: næ ista egregia tua fama simul cum urbe Roma brevi concidet. Postremo sapientes pacis caussa bellum gerunt, laborem spe otii sustentant. Nisi illam firmam efficis, vinci an vicisse, quid retulit? Quare capesse, per deos, rempublicam, et omnia aspera, uti

diæ Fabri et Bric. *et conc.* emendavit Cort. — *Cap.* 6. *concordiamque stabilivisse. que* om. Fabri. *stabiluisse* Fabr. et Bric. — *Cap.* 7. *attingere nequiret* Vatican. *ne-*

soles, pervade. Namque aut tu mederi potes, aut omittenda est
cura omnibus. Neque quisquam te ad crudelis pœnas aut acer-
ba iudicia invocat, quibus civitas vastatur magis quam corrigitur;
sed uti pravas artes malasque lubidines ab iuventute prohibeas.
Ea vera clementia erit, consuluisse, ne immerito cives patria ex-
pellerentur; retinuisse ab stultitia et falsis voluptatibus; pacem,
concordiam stabilivisse : non, si flagitiis obsecutus, delicta per-
pessus, præsens gaudium cum mox futuro malo concesseris. Ac 7
mihi animus, quibus rebus alii timent, maxume fretus est, nego-
tii magnitudine et quia tibi terræ et maria simul omnia compo-
nenda sunt. Quippe res parvas tantum ingenium attingere nequi-
ret : magnæ curæ magna merces est. Igitur provideas oportet,
uti plebes, largitionibus et publico frumento corrupta, habeat ne-
gotia sua, quibus ab malo publico detineatur : iuventus probita-
ti et industriæ, non sumptibus neque divitiis studeat. Id ita eve-
niet, si pecuniæ, quæ maxuma omnium pernicies est, usum at-
que decus demseris. Nam sæpe ego cum animo meo reputans,
quibus quisque rebus clari viri magnitudinem invenissent; quæ-
que res populos nationesve magnis auctionibus auxissent; ac dein-
de, quibus caussis amplissuma regna et imperia corruissent: eadem
semper bona atque mala reperiebam, omnesque victores divitias
contempsisse et victos cupivisse. Neque aliter quisquam extollere
sese et divina mortalis attingere potest, nisi, omissis pecuniæ et
corporis gaudiis, animo indulgens, non assentando neque concupita
præbendo, perversam gratiam gratificans; sed in labore, patientia
bonisque præceptis et factis fortibus exercitando. Nam domum aut 8
villam exstruere, eamque signis, aulæis aliisque operibus exor-
nare, et omnia potius quam semet visendum efficere; id est, non
divitias decori habere, sed ipsum illis flagitio esse. Porro ii, qui-

quit ceteri: *decus ademseris* Fabri et Bric. *quæque res populos* omnes libri. *que* om. Cort. *magnis auctionibus* Fabri et Bric. *auctoribus* Vatic. — *Cap.* 8. *eamque signis*

bus bis die ventrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere, mos est, ubi animum, quem dominari decebat, servitio oppressere, nequaquam eo, postea hebeti atque claudo, pro exercito uti volunt. Nam imprudentia pleraque et se praecipitant. Verum hæc et omnia mala pariter cum honore pecuniæ desinent, si neque magistratus, neque alia vulgo cupiunda venalia erunt. Ad hoc providendum est tibi, quonam modo Italia atque provinciæ tutiores sint: id quod factu haud obscurum est. Nam idem omnia vastant, suas deserendo domos et per iniuriam alienas occupando. Item ne, ut adhuc, militia iniusta aut inæqualis sit: cum alii triginta, pars nullum stipendium faciet: et frumentum id, quod antea præmium ignaviæ fuit, per municipia et colonias illis dare conveniet, qui stipendiis emeritis domos reverterint. Quæ reipublicæ necessaria tibique gloriosa ratus sum, quam paucissumis absolvi. Non peius videtur, pauca nunc de facto meo disserere. Plerique mortales ad iudicandum satis ingenii habent aut simulant: verum enim ad reprehendenda aliena facta aut dicta ardet omnibus animus; vix satis apertum os, aut lingua prompta videtur, quæ meditata pectore evolvat: quibus me subiectum haud pœnitet, magis reticuisse pigeret. Nam sive hac, seu meliore alia via perges; a me quidem pro virili parte dictum et adiutum fuerit. Reliquum est optare, uti, quæ tibi placuerint, ea dii immortales approbent beneque evenire sinant.

EPISTOLA II.

1 Scio ego, quam difficile atque asperum factu sit consilium dare regi aut imperatori, postremo cuiquam mortali, cuius opes in excelso sunt: quippe cum et illis consultorum copiæ adsint, ne-

que om. Fabr. et Bric. *providendum est tibi. tibi* vulgo omissum contra Codd. *cum stipendiis emeritis. cum* om. Fabr. et Bric. *qui stip.* Vatic. *edita pectore euolat* omnes libri corrupte. *dicta pectore evolvat* ex coniectura legitur.

que de futuro quisquam satis callidus satisque prudens sit. Quin
etiam sæpe prava magis quam bona consilia prospere eveniunt :
quia plerasque res fortuna ex lubidine sua agitat. Sed mihi stu-
dium fuit adulescentulo rempublicam capessere : atque in ea co-
gnoscenda multam magnamque curam habui : non ita, uti magi-
stratum modo caperem, quem multi malis artibus adepti erant: sed
etiam, uti rempublicam domi, militiæ, quantumque armis, viris,
opulentia posset, cognitam habuerim. Itaque mihi multa cum
animo agitanti consilium fuit, famam modestiamque meam post
tuam dignitatem habere, et cuius rei lubet periculum facere, dum
quid tibi ex eo gloriæ acciderit. Idque non temere aut ex fortu-
na tua decrevi; sed quia in te, præter ceteras, artem unam egre-
gie mirabilem comperi, semper tibi maiorem in advorsis quam in
secundis rebus animum esse. Sed per ceteros mortalis illa res
clarior est, quod prius defessi sint homines laudando atque ad-
mirando munificentiam tuam, quam tu faciendo, quæ gloria dig-
na essent. Equidem mihi decretum est, nihil tam ex alto repe- 2
riri posse, quod non cogitanti tibi in promptu sit. Neque ego,
quæ visa sunt, de republica tibi scripsi, quia mihi consilium at-
que ingenium meum amplius æquo probaretur : sed inter labores
militiæ, interque prælia, victorias, imperium, statui admonendum
te de negotiis urbanis. Namque tibi si id modo in pectore con-
silii est, uti te ab inimicorum impetu vindices, quoque modo
contra advorsum Consulem beneficia populi retineas : indigna vir-
tute tua cogites. Sin in te ille animus est, qui iam a principio
nobilitatis factionem disturbavit, plebem Romanam ex gravi ser-
vitute in libertatem restituit, in prætura inimicorum arma iner-
mis disiecit; domi militiæque tanta et tam præclara facinora fe-

Epistola II.

Cap. 1. *domi militiæ* ita Fabr. et Bric. *que* omisso. *cognitam habuerim* omnes libri. *haberem* vulgo. *gloriae accederet* vulgo. *acciderit* Fabr. *neque ex fortuna* id.

cit, uti ne inimici quidem fari quicquam audeant, nisi de magnitudine tua: quin tu accipe ea, quæ dicam de summa republica. Quæ profecto aut vera invenies, aut certe haud procul a
3 vero. Sed quoniam Cn. Pompeius aut animi pravitate, aut quia nihil eo maluit, quod tibi obesset, ita lapsus est, ut hostibus tela in manus iaceret: quibus ille rebus rempublicam conturbavit, eisdem tibi restituendum est. Primum omnium summam potestatem moderandi de vectigalibus, sumptibus, iudiciis, senatoribus paucis tradidit; plebem Romanam, cuius antea summa potestas erat, nosque his quidem legibus in servitute reliquit. Iudicia tametsi, sicut antea, tribus ordinibus tradita sunt; tamen iidem illi factiosi regunt, dant, adimunt, quæ lubet: innocentes circumveniunt; suos ad honorem extollunt. Non facinus, non probrum aut flagitium obstat, quo minus magistratus capiant; quos commodum est, trahunt, rapiunt: postremo, tanquam urbe capta, lubidine ac licentia sua pro legibus utuntur. Ac me quidem mediocris dolor angeret, si virtute partam victoriam more suo per servitium exercerent. Sed homines inertissumi, quorum omnis vis virtusque in lingua sita est, forte atque alterius socordia dominationem oblatam insolentes agitant. Nam quæ seditio ac dissensio civilis tot unquam illustris familias ab stirpe evertit? aut quorum umquam victoria animus tam præ-
4 ceps tamque immoderatus fuit? L. Sulla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt, tametsi supplicio hostium partes suas muniri intellegebat: tamen, paucis interfectis, ceteros beneficio quam metu retinere maluit. At hercule nunc cum Catone, L. Domitio,

— *Cap.* 2. *virtute tua cogitas* Fabr. et Bric. *tu accipe* ita omnes libri. *aut vera invenies tu* omisso; ita Codd. — *Cap.* 3. *nihil eo maluit quod tibi obesset* Codd. *nihil maluit quam quod* vulgo. *plebem Romanam* Carrio ex coniectura restituit. *plebs Romana* vulgo. *neque is* vulgo. *nosque his* Carrio. *ne aequis quidem* Vatic. *quos commodum est* Carrio, nescio an ex Codd. *quod* vulgo. — *Cap.* 4. *nunc cum Catone.*

ceterisque eiusdem factionis, quadraginta senatores, multi præterea cum spe bona adulescentes, sicuti hostiæ, mactati sunt, cum interea importunissuma genera hominum tot miserorum civium sanguine satiari nequivere: non orbi liberi, non parentes exacta ætate, non gemitus virorum, luctus mulierum, immanem eorum animum inflexit: quin acerbius in dies malefaciundo ac dicundo, dignitate alios, alios civitate eversum irent. Nam quid ego de te dicam, cuius contumeliam homines ignavissumi vita sua commutare volunt? scilicet neque illis tantæ voluptati est (tametsi insperantibus accidit) dominatio, quanto mœrori tua dignitas: quin optatius habent ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam per te populi Romani imperium maxumum ex magno fieri. Quo magis tibi etiam atque etiam animo prospiciundum est, quonam modo rem stabilias communiasque. Mihi quidem quæ mens suppetit, eloqui non dubitabo. Ceterum tui erit ingenii probare, quæ vera atque utilia factu putes. In duas partes ego civitatem divi- 5
sam arbitror, sicut a maioribus accepi, in patres et plebem. Antea in patribus summa auctoritas erat, vis multo maxuma in plebe. Itaque sæpius in civitate secessio fuit: semperque nobilitatis opes deminutæ sunt, et ius populi amplificatum. Sed plebes eo libere agitabat, quia nullius potentia super leges erat; neque divitiis aut superbia, sed bona fama factisque fortibus nobilis ignobilem anteibat: humillumus quisque in agris aut militia, nullius honestæ rei egens, satis sibi satisque patriæ erat. Sed ubi eos paullatim expulsos agris inertia atque inopia incertas domos habere subegit: cœpere alienas opes petere, libertatem suam

nunc cum om. Fabr. et Bric. *satiari nequicre* Bric. *nequivere* Fabr. *nequiverunt* vulgo. *non luctus gemitus virorum mulicrum* Fabr. *commutare nolunt si liceat* Vatic. *quin optatius* veteres libri. *qui* vulgo. *communiasque.* eius loco *communicesque* Fabr. Bric. — *Cap.* 5. *deminutæ. dim.* Vatic. Fabr. *armis aut militia* Codd. *et mil.* fuerunt, qui legerent *arvis et m.* coniecit Douza. *agris* legendum esse censeo. *qui do-*

cum republica venalem habere. Ita paullatim populus, qui dominus cunctis gentibus imperitabat, dilapsus est: et pro communi imperio, privatim sibi quisque servitutem peperit. Hæc igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes vitasque varias dispalata, nullo modo inter se congruens, parum mihi quidem idonea videtur ad capessendam rempublicam. Ceterum, additis novis civibus, magna me spes tenet, fore ut omnes expergiscantur ad libertatem: quippe cum illis libertatis retinendæ, tum his servitutis amittendæ cura orietur. Hos, ego censeo, permixtos cum veteribus novos, in coloniis constituas: ita et res militaris opulentior erit, et plebes bonis negotiis impedita malum

6 publicum facere desinet. Sed non inscius neque imprudens sum, cum ea res agetur, quæ sævitia quæque tempestates hominum nobilium futuræ sint, cum indignabuntur, omnia funditus misceri, antiquis civibus hanc servitutem imponi, regnum denique ex libera civitate futurum, ubi unius munere multitudo ingens in civitatem pervenerit. Equidem ego sic apud animum meum statuo: malum facinus in se admittere, qui incommodo reipublicæ gratiam sibi conciliet; ubi bonum publicum etiam privatim usui est: id vero dubitare adgredi, socordiæ atque ignaviæ duco. M. Livio Druso semper consilium fuit, in tribunatu summa ope niti pro nobilitate: neque ullam rem in principio agere intendit, nisi illi auctores fierent. Sed homines factiosi, quibus dolus atque malitia fide cariora erant, ubi intellexerunt, per unum hominem maxumum beneficium multis mortalibus dari: videlicet et sibi quisque conscius, malo atque infido animo esse, de M. Livio Druso iuxta ac de se existumaverunt. Itaque metu, ne per tantam gratiam solus rerum potiretur, contra eum nisi, sua et

minus cunctis Fabr. Bric. *qui dominus erat cunctis* antiqua Edit. *erat et*, quod vulgo legitur, eiiciendum. — *Cap.* 6. *quo mea res agitur* vetus editio, unde patet *quom* scriptum fuisse. *in se admittere* Vatic. *committere* vulgo. *et mittere* vetus editio. *M*,

ipsius consilia disturbaverunt. Quo tibi, Imperator, maiore cura
fideque amici et multa præsidia paranda sunt. Hostem advorsum 7
opprimere, strenuo homini haud difficile est: occulta pericula
neque facere neque vitare bonis in promptu est. Igitur, ubi eos
in civitatem adduxeris; quoniam quidem revocata plebes erit, in
ea re maxume animum exercitato, uti colantur boni mores, con-
cordia inter veteres et novos coalescat. Sed multo maxumum bo-
num patriæ, civibus, tibi, liberis, postremo humanæ genti pepere-
ris, si studium pecuniæ aut sustuleris, aut, quoad res feret, mi-
nueris. Aliter, neque privata res, neque publica, neque domi,
neque militiæ, regi potest. Nam ubi cupido divitiarum invasit,
neque disciplina, neque artes bonæ, neque ingenium ullum sa-
tis pollet: quin animus, magis aut minus mature, postremo ta-
men succumbit. Sæpe iam audivi, qui reges, quæ civitates et
nationes, per opulentiam magna imperia amiserint, quæ per vir-
tutem inopes ceperant: id adeo haud mirandum est. Nam ubi
bonus deteriorem divitiis magis clarum magisque acceptum videt,
primo æstuat multaque in pectore volvit: sed ubi gloria hono-
rem magis in dies, virtutem opulentia vincit; animus ad volup-
tatem a vero deficit. Quippe gloria industria alitur; ubi eam
demseris, ipsa per se virtus amara atque aspera est. Postremo ubi
divitiæ claræ habentur, ibi omnia bona vilia sunt, fides, probi-
tas, pudor, pudicitia. Nam ad virtutem una et ardua via est:
ad pecuniam, qua cuique lubet, nititur: et malis et bonis rebus
ea creatur. Ergo in primis auctoritatem pecuniæ demito: neque
de capite, neque de honore, ex copiis quisquam magis aut minus
iudicaverit; sic ut neque prætor, neque consul ex opulentia,
verum ex dignitate creetur. Sed de magistratu facile populi iu-

Livio Druso. Livio om. Vatic. et hoc loco et paulo post. *auctores fuerant* Fabr. et Bric. *fierent* Vatic. *existumarunt* idem. *contra eum nixi* Fabr. et Bric. *nisi* Vatic. — Cap. 7. *animum exercitato.* — . *exercito* Vatic. et vetus Edit. *quoad res referet*.

dicium sit. Iudices a paucis probari, regnum est; ex pecunia legi, inhonestum. Quare omnes primæ classis iudicare placet, sed numero plures, quam iudicant. Neque Rhodios, neque alias civitates umquam suornm iudiciorum pœnituit, ubi promiscue dives et pauper, ut cuique sors tulit, de maxumis rebus iuxta ac
8 de minumis disceptat. Sed de magistratibus creandis haud mihi quidem absurde placet lex, quam C. Gracchus in tribunatu promulgaverat, ut ex confusis quinque classibus sorti centuriæ vocarentur. Ita coæquati dignitate, pecunia, virtute anteire alius alium properabit. Hæc ego magna remedia contra divitias statuo. Nam perinde omnes res laudantur atque appetuntur, ut earum rerum usus est : malitia præmiis exercetur. Ubi ea demseris, nemo omnium gratuito malus est. Ceterum avaritia, bellua fera, immanis, intoleranda est : quo intendit, oppida, agros, fana atque domos vastat : divina cum humanis permiscet : neque exercitus, neque mœnia obstant, quo minus vi sua penetret; fama, pudicitia, liberis, patria atque parentibus cunctos mortalis spoliat. Verum, si pecuniæ decus ademeris, magna illa vis avaritiæ facile bonis moribus vincetur. Atque hæc ita sese habere, tametsi omnes æqui atque iniqui memorent : tamen tibi cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est; cuius si dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt. Nam hi, si virtute satis valerent, magis æmuli bonorum quam invidi essent. Quia desidia, et inertia, et stupor eos atque torpedo invasit; strepunt, obtrectant, alienam famam
9 bonam suum dedecus æstumant. Sed, quid ego plura, quasi de

Fabr. Bric. vetus Edit. *succumbat* Fabr. Bric. vetus Edit. *id adeo haud mirandum. id eo* Vatic. in Fabr. et Bric. *adeo* deest. *una ardua via* Fabr. et Bric. *sic ut neque prætor* Vatic. *sic neque prætor* Fabr. et Bric. *si ut neque* vetus Edit. *si neque* Cort. *ut cuique fors* Vatic. — *Cap.* 8. *sed magistratibus cr.* Vatic. et vetus Editio. *de* ceteri addunt. *sorti* Fabr. Bric. *ita coæquantur* Fabric. et vetus Edit. *ita coæquari* alii.

ignotis memorem? M. Bibuli fortitudo atque animi vis in consulatum erupit: hebes lingua, magis malus quam callidus ingenio. Quid ille audeat, cui consulatus, maxumum imperium, maxumo dedecori fuit? An L. Domitii magna vis est, cuius nullum membrum a flagitio aut facinore vacat? lingua vana, manus cruentæ, pedes fugaces; quæ honeste nominari nequeant, inhonestissuma. Unius tamen M. Catonis ingenium versutum, loquax, callidum haud contemno. Parantur hæc disciplina Græcorum. Sed virtus, vigilantia, labos, apud Græcos nulla sunt. Quippe qui domi libertatem suam per inertiam amiserint, censesne eorum præceptis imperium haberi posse? Reliqui de factione sunt inertissumi nobiles: in quibus, sicut in statua, præter nomen, nihil est additamenti. L. Postumius et M. Favonius mihi videntur quasi magnæ navis supervacua onera esse, ubi salvi pervenere, usui sunt; si quid advorsi coortum est, de illis potissumum iactura fit, quia pretii minumi sunt. Quoniam nunc, uti mihi videor, de plebe 10
renovanda corrigendaque disserui: de senatu, quæ tibi agenda videntur, dicam. Postquam mihi ætas ingeniumque adolevit, haud ferme armis atque equis corpus exercui, sed animum in literis agitavi; quod natura firmius erat, id in laboribus habui. Atque ego in ea vita, multa legendo atque audiendo, ita comperi, omnia regna, item civitates, nationes, usque eo prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt: ubicumque gratia, timor, voluptas ea corrupere; post paullo imminutæ opes, deinde ademptum imperium, postremo servitus imposita est. Equi-

hæc ego magna Vatic. *nec* ceteri. *memorant* Fabr. et Bric. *inertia stupor.* Fabr. Bric. vetus Edit. — *Cap.* 9. *quippe qui domi* omnes libri. *amiserunt* Fabr. et Bric. *sicut in statua* Vatic. *sicut instituo* Fabr. et Bric. *instituto* veteres Editt. *L. Postumi et M. Favoni* Vatic. *L. Postumi, M. Favoni* vetus Edit. — *Cap.* 10. *et nationes* Fabr. Bric. *et* om. Vatic. *ei omnes consulebant* ita Codd. *omnes* vulgo omissum. —

dem ego sic apud animum meum statuo, cuicumque in sua civitate amplior illustriorque locus quam aliis est, ei magnam curam esse reipublicæ. Nam ceteris, salva urbe, tantummodo libertas tuta est: qui per virtutem sibi divitias, decus, honorem, pepererunt, ubi paullum inclinata respublica agitari cœpit, multipliciter animus curis atque laboribus fatigatur; aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem, defensat: omnibus locis adest, festinat: quanto in secundis rebus florentior fuit, tanto in advorsis asperius magisque anxie agitat. Igitur ubi plebes senatui, sicuti corpus animo, obedit, eiusque consulta exsequitur: patres consilio valere decet, populo supervacanea est calliditas. Itaque maiores nostri, cum bellis asperrumis premerentur, equis, viris, pecunia amissa, nunquam defessi sunt armati de imperio certare. Non inopia ærarii, non vis hostium, non advorsa res, ingentem eorum animum subegit, quin, quæ virtute ceperant, simul cum anima retinerent. Atque ea magis fortibus consiliis, quam bonis præliis, patrata sunt. Quippe apud illos una respublica erat, ei omnes consulebant; factio contra hostes parabatur: corpus atque ingenium patriæ, non suæ quisque potentiæ, exercitabat. At hoc tempore contra ea homines nobiles, quorum animos socordia atque ignavia invasit, ignari laboris, hostium, militiæ, domi factione instructi, per superbiam cunctis gentibus moderantur. Ita-
11 que patres, quorum consilio antea dubia respublica stabiliebatur, oppressi ex aliena lubidine huc atque illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia, decernunt, uti eorum, qui dominantur, simultas aut gratia fert, ita bonum malumque publicum æstumant. Quod si aut libertas æqua omnium, aut sententia obscurior esset; maioribus opibus respublica et minus potens nobili-

Cap. 11. *uti eorum* Fabr. Bric. vetus Editio. *simultas arrogantia fertur* iidem. *simultas ac arrogantia* vulgo. *simultas aut gratia* Vatic. *publicum æstumant* omnes libri. *existumant* vulgo. *sententias eorum* Fabr. Bric. *sententia* Vatic. *strenuis atque ignavis*

tas esset. Sed quoniam coæquari gratiam omnium difficile est; quippe cum illis maiorum virtus partam reliquerit gloriam, dignitatem, clientelas: cetera multitudo, pleraque insititia sit; sententias eorum a metu libera: ita occulte sibi quisque alterius potentia carior erit. Libertas iuxta bonis et malis, strenuis et ignavis, optabilis est. Verum eam plerique metu deserunt, stultissumi mortales. Quod in certamine dubium, quorsum accidat, id per inertiam in se, quasi victi, recipiunt. Igitur duabus rebus confirmari posse senatum puto: si numero auctus per tabellam sententiam feret. Tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat: in multitudine et præsidii plus, et usus amplior est. Nam fere, his tempestatibus, alii iudiciis publicis, alii privatis suis atque amicorum negotiis implicati, haud sane reipublicæ consiliis adfuerunt: neque eos magis occupatio quam superba imperia distinuere. Homines nobiles cum paucis senatoriis, quos additamenta factionis habent, quæcumque lubuit, probare, reprehendere, decernere, ea, uti lubido tulit, facere. Verum ubi, numero senatorum aucto, per tabellam sententiæ dicentur; næ illi superbiam suam dimittent, ubi iis obediendum erit, quibus antea crudelissume imperitabant. Forsitan, imperator, per- 12
lectis literis, desideres, quem numerum senatorum fieri placeat, quoque modo is in multa et varia officia distribuatur; iudicia quoniam primæ classi committenda putem, quæ descriptio, qui numerus in quoque genere futurus sit. Ea mihi omnia generatim describere haud difficile factu fuit: sed prius laborandum visum est de summa consilii, idque tibi probandum verum esse. Si hoc itinere uti decreveris, cetera in promptu erunt. Volo ego consilium meum prudens maxumeque usui esse. Nam ubicumque tibi

Fabr. Bric. *dubium est. est* om. Fabr. et Bric. — *Cap.* 12. *quoque modo is in multa*. Vatic. *is* ceteri om. *distribuantur iudicia quoniam omnibus primae classis* Vatic. *distribuuntur iudicia quoniam primæ* etc. Fabr. et Bric. *committenda* coniecit Lips. *et*

res prospere cedet, ibi mihi bona fama eveniet. Sed me illa magis cupido exercet, uti quocumque modo et quamprimum respublica adiuvetur. Libertatem gloria cariorem habeo, atque ego te oro hortorque, ne clarissumus imperator, Gallica gente subacta, populi Romani summum atque invictum imperium tabescere vetustate ac per summam socordiam dilabi patiaris. Profecto si id accidat, neque tibi nox neque dies curam animi sedaverit; quin insomniis exercitus, furibundus atque amens alienata mente feraris. Namque mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invisier: neque bonum neque malum facinus cuiusquam pro nihilo haberi: sed, ex natura, divorsa præmia bonos malosque sequi. Interea forte ea tardius procedunt: suus cuique animus ex conscientia
13 spem præbet. Quod si tecum patria atque parentes possent loqui, scilicet hæc tibi dicerent: O Cæsar, nos te genuimus fortissumi viri, in optuma urbe, decus præsidiumque nobis, hostibus terrorem! Quæ multis laboribus et periculis ceperamus, ea tibi nascenti cum anima simul tradidimus, patriam maxumam in terris; domum familiamque in patria clarissumam; præterea bonas artes, honestas divitias; postremo omnia honestamenta pacis et præmia belli. Pro his amplissumis beneficiis non flagitium a te neque malum facinus petimus; sed uti libertatem eversam restituas. Qua re patrata, profecto per gentes omnis fama virtutis tuæ volitabit. Namque hac tempestate, tametsi domi militiæque præclara facinora egisti, tamen gloria tua cum multis viris fortibus æqualis est: si vero urbem amplissumo nomine, et maxumo imperio, prope iam ab occasu restitueris; quis te clarior, quis maior, in terris fuerit? Quippe si morbo iam aut fato huic imperio secus

quamprimum. et om. Fabr. et Bric. *summam discordiam. socordiam* veteres Editt. ita etiam Carrio et Douza scribi iusserunt. *in somnis excitus* Fabr. et Bric. *exercitus* vetus Editio. *invisier* Vatic. *invisiri* Fabr. Bric. *invisire* vetus Editio. *divisa præmia* Fabr. Bric. Vatic. *interea dum ea tardius* Fabr. Bric.

accidat, cui dubium est, quin per orbem terrarum vastitas, bella, cædes oriantur? quod si tibi bona lubido fuerit, patriæ, parentibus gratificandi : postero tempore, republica restituta, super omnis mortalis gloria agnita, tuaque unius mors vita clarior erit. Nam vivos interdum fortuna, sæpe invidia, fatigat: ubi anima naturæ cessit, demptis obtrectationibus, ipsa se virtus magis magisque extollit. Quæ mihi utilia factu visa sunt, quæque tibi usui fore credidi, quam paucissumis potui, perscripsi. Ceterum deos immortalis obtestor, uti, quocumque modo ages, ea res tibi reique publicæ prospere eveniat.

IN

M. TULLIUM CICERONEM

DECLAMATIO

SALUSTIO ADSCRIPTA.

1 Graviter et iniquo animo maledicta tua paterer, M. Tulli, si te scirem iudicio magis quam morbo animi, ista petulantia uti. Sed cum in te neque modum neque modestiam ullam animadverto, respondebo tibi: uti, si quam maledicundo voluptatem cepisti, eam male audiundo amittas. Ubi querar? quos implorem? patres conscripti, diripi rempublicam atque audacissumo cuique esse perfidiæ? apud populum Romanum, qui ita largitionibus corruptus est, uti se ipse ac fortunas suas venalis habeat? an apud vos, patres conscripti, quorum auctoritas turpissumo cuique et sceleratissumo ludibrio? ubi M. Tullius leges, iudicia populi Romani defendit, atque in hoc ordine ita moderatur, quasi unus reliquus ex familia viri clarissumi, Scipionis Africani, ac non reptitius, accitus, ac paullo ante insitus huic urbi civis. An vero, M. Tulli, facta, ac dicta tua obscura sunt? an non ita a pueritia vixisti, uti nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisset? Scilicet istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem non pudicitiæ iactura perdidicisti? Itaque minume mirandum est, quod eam flagitiose

Cap. 1. *ista petulantia* Cod. Oudendorpii, quem Haverc. laudat. vulgo ordine inverso. *esse perfidiae locum* Leid. l. *et se ipse ac fortunas* Cod. Bas. Guelf. 7. *uti sese fortunasque suas* Popma ex consensu trium Codd. *sese ac fortunas* vulgo. *est lud.* Cod. Oudend. *ludibrio sit* Bas. quamobrem *est* delevi. *quod alicui collib.* Bas. Leid. c. Gudian. Rem. inc. Guelf. *aut scilicet* iidem libri. *an scilicet* Ac. et Venetæ Editt. *si eam flag.* vulgo. *quod* Cod. c. Leid. Guelf. Rem. Editt. veteres. *qui eam* Acad. —

venditas, quam turpissume parasti. Verum, ut opinor, splendor domesticus, tibi animos attollit; uxor sacrilega ac periuriis delibuta; filia matris pellex, tibi iucundior atque obsequentior, quam parenti par est. Domum ipsam tuam vi et rapinis funestam tibi ac tuis comparasti: videlicet uti nos commonefacias, quam convorsa sit respublica, cum in ea domo habitares, homo flagitiosissume, quæ P. Crassi, viri consularis, fuit. Atque hæc cum ita sint; tamen se Cicero dicit in concilio deorum immortalium fuisse; inde missum huic urbi civibusque custodem absque carnificis nomine, qui civitatis incommodum in gloriam suam ponit. Quasi vero non illius coniurationis caussa fuerit consulatus tuus, et idcirco respublica disiecta eo tempore, quo te custodem habebat. Sed, ut opinor, illa te magis extollunt, quæ post consulatum cum Terentia uxore de republica consuluisti, cum legis Plautiæ iudicia domi faciebatis: ex coniuratis alios morte, alios pecunia condemnabas, cum tibi alius Tusculanam, alius Pompeianam villam ædificabat, alius domum emebat; qui verum nihil poterat, is erat calumniæ proxumus, is aut domum tuam oppugnatum venerat, aut insidias senatui fecerat, denique de eo tibi compertum erat. Quæ si tibi falsa obii- 3
cio, redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreverit, qua ex pecunia domum paraveris, Tusculanum et Pompeianum infinito sumptu ædificaveris? Aut, si retices, cui dubium est, quin opulentiam istam ex sanguine et miseriis civium paraveris? Verum, ut opinor, homo novus Arpinas, ex C. Marii familia, eius virtutem imitatur; contemnit simultates, hominum

Cap. 2. *animos tollit* Bas. inc. Rem. *atque periuriis* Leid. c. *tibi iucundior* Leid. c. Bas. *habitares* Leid. c. Gud. Ac. inc. Rem. *habitas* olim editum. *tamen se Cicero. Cicero dicit* quatuor Cortii. Leid. c. *Cicero se* vulgo. *sed opinor illa* Gudian. *alios morte* om. Bas. quatuor Cort. Oudend. omnes Venetæ. *Tusculanum* plurimi Cort. *exædificabat* Bas. — *Cap.* 3. *potest dubium esse* inc. *potest esse dub.* Ac. Gud. Leid. c. *cui dubium est* Bas. *ex sanguine et miseriis* ita vetusti Popmæ libri. Guelf. Ac.

nobilium: rempublicam caram habet, neque terrore neque gratia removetur: Aliud vero amicitia tua ac virtus est animi. Immo vero homo levissumus, supplex inimicis, amicis contumeliosus, modo harum, modo illarum partium, fidus nemini, levissumus senator, mercenarius patronus, cuius nulla pars corporis a turpitudine vacat: lingua vana, manus rapacissumæ, gula immensa, pedes fugaces; quæ honeste nominari non possunt, inhonestissuma. Atque is, cum eiusmodi sit, tamen audet dicere: « O fortunatam natam me consule Romam!" Te consule fortunatam, Cicero? immo vero infelicem et miseram, quæ crudelissumam proscriptionem civium perpessa est; cum tu, perturbata republica, metu perculsos omnis bonos parere crudelitati tuæ cogebas; cum omnia iudicia, omnes leges in tua lubidine erant, cum tu, sublata lege Porcia, erepta libertate, omnium nostrum vitæ necisque
4 potestatem ad te unum revocaveras. Atque parum est, quod impune fecisti: verum etiam commemorando exprobras; neque licet oblivisci servitutis suæ. Egeris, oro te, Cicero, perfeceris, quod lubet: satis est, perpessos esse: etiamne aures nostras odio tui onerabis? etiamne molestissumis verbis insectabere? « Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ." Quasi vero togatus, et non armatus, ea, quæ gloriaris, confeceris, atque inter te, Sullam-

inc. Rem. Bas. Leid. c. *ex s. et visceribus* vulgo. *ex M. Crassi familia* Bas. quat. Popmæ. omnes Cortii. *ex C. Marii* ex coniectura legitur. *illius virtutem* Leid. c. Bas. *simultates* Leid. c. Ac. *simultatem* vulgo. *remp. caram* idem, quatuor Cortii. *pop. rom. curam* vulgo. *gratia removetur* Gud. inc. Ac. Guelf. Bas. *commovetur* ceteri. *aliud vero amicitiæ tantum ac virtus est animi* Bas. Oudendorp. inc. Rem. *illi vero amicitia tua ac virtus etc.* Guelf. *ei vero amicitiae tantum ac virtus est animi* Ac. *ac animi est re virtus* Leid. c. *illud vero* vulgo. *et miserrimam crudelissumamque* Guelf. *proscriptionem civium. civium* om. Leid. c. inc. Guelf. Ac. *pr. eam* Bas. Rem. Gud. *omnium nostrorum vitæ* Gud. Ac. Rem. — *Cap. 4. atqui parum* Leid. c. *parum quod impune* Bas. *oblivisci hiis* Leid. c. inc. *his obl.* Gud. *obl. piis* alii. *neque his licet* Ac. *servitutis tuæ* Guelf. *onerabis odio tuo* Cod. Oudend. *aures tuas odio onerabis* Rem.

que dictatorem, præter nomen imperii, quicquam interfuerit. Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerva omnis artis edocuit, Iupiter optumus maxumus in concilium deorum admisit, Italia exsulem humeris suis reportavit. Oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnes Paullos, Fabios, Scipiones superasti, quem tandem locum in hac civitate obtines? quæ tibi partes reipublicæ placent? quem amicum, quem inimicum habes? cui in civitate fecisti insidias, ancillaris: quo iure, cum de exsilio tuo Dyrrachio redisti, eum sequebaris? quos tyrannos appellabas, eorum potentiæ faves: qui tibi ante optimates videbantur, eosdem dementis ac furiosos vocas. Vatinii caussam agis: de Sextio male existumas: Bibulum petulantissumis verbis lædis: laudas Cæsarem: quem maxume odisti, ei maxume obsequeris: aliud stans, aliud sedens, de republica sentis: his maledicis, illos odisti: levissume transfuga! neque in hac, neque illa parte fidem habens.

odio tui inc. *insectabere verbis* Leid. c. *interfuit* Bas. *omnis artis.* Bas. *in concilium* inc. Editt. veteres, Popmæ libri ita Quinctil. *in consilio* vel *consilium* reliqui. *redîisti, quem dilexisti persequeris* Leid. c. *eum sequeris* Bas. *septis de republica* Bas. Leid. c. *fidem habens* Bas. Leid. c. Ac. Rem. *habent* Gudian.

IN

SALUSTIUM DECLAMATIO

QUAE

CICERONI TRIBUITUR.

Ea demum magna voluptas est, Crispe Salusti, aequalem ac parem verbis vitam agere, neque quicquam tam obscenum dicere, cui non ab initio pueritiae omni genere facinoris aetas tua respondeat; ut omnis oratio moribus consonet. Neque enim, qui ita vivit, uti tu, aliter, ac tu, loqui potest: neque, qui tam inloto sermone utitur, vita honestior est. Quo me vertam, Patres conscripti? unde initium sumam? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est uterque nostrum. Quod aut si de mea vita atque actibus huic conviciatori respondero, invidia gloriam consequatur: aut, si huius facta, mores, omnem aetatem nudavero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obiicio. Id vos, si forte offendimini, iustius huic quam mihi succensere debetis, qui initium introduxit. Ego dabo operam, ut et pro me minimo cum fastidio respondeam, et in hunc minime mentitum esse videatur. Scio me, Patres conscripti, in respondendo non habere magnam exspectationem, quod nullum vos sciatis novum crimen in Salustium auditur os, sed omnia vetera recogni-

Cap. 1. *in omni genere* Oudend. *quod autem si* Ac. *quod aut si* inc. Bas. *consequatur* Ac. Rem. Bas. *consequetur* ceteri. *id si vos forte* Bas. *debeatis* Bas. Leid. c. *minime mentitum esse videatur.* Gud. Bas. *mentitum esse videar* Ac. Leid. c. *nostrae et ipsius iam aures calent* Ac. *in minimis reb.* Ac. Leid. c. *aliam P. C. non ex orat.* omnes fere libri. *illam* legendum. *quam maxume potuero* Bas. Leid. c. *breve*

turos, quis et meæ, et vestræ iam, et ipsius aures calent. Verum eo magis odisse debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare in minimis rebus posuit rudimentum; sed ita ingressus est, uti neque ab alio vinci possit, neque ipse se omnino reliqua ætate præterire. Itaque nihil aliud studet, nisi, uti lutulentus sus, cum quovis volutari. Longe vero fallitur opinione. Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur: sed est quædam calumnia, quam unusquisque nostrum testante animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis obiectat. Quod si vita istius memoriam vicerit: illam, Patres conscripti, non ex oratione, sed ex moribus suis spectare debetis. Iam dabo operam, quam maxume potero, brevi ut faciam. Neque hæc altercatio nostra vobis inutilis erit, Patres conscripti. Plerumque enim respublica privatis crescit inimicitiis; ubi nemo civis, qualis sit vir, potest latere.
Primum igitur, quoniam omnium maiores C. Salustius ad 2
unum exemplum et regulam quærit, velim mihi respondeat, numquid, quos protulit Scipiones et Metellos, vel Fabios, ante fuerint aut opinionis aut gloriæ, quam eos res gestæ suæ, et vita innocentissume acta commendarit? quod si hoc fuit illis initium nominis et dignitatis, cur non æque nobis existumetur? cuius et res gestæ illustres et vita integerruma acta. Quasi vero tu sis ab illis viris, Salusti, ortus. Quod si esses; nonnullos iam tuæ turpitudinis pigeret. Ego meis maioribus virtute mea præluxi, uti, si prius noti non fuerint, a me accipiant initium memoriæ suæ, tu tuis vitæ, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras; ut etiam, si fuerint egregii cives, certe venerint in oblivionem. Qua-

ut faciam omnes Cortii Codd. item Glar. Leid. c. *et breve faciam* Bas. *latere potest* Oud. — *Cap. 2. C. Salustius* Bas. Leid. c. *vel Fabios* ex Cortianis unus Gud. addit; item Leid. c. *commendarit* Leid. c. *commendavit* ceteri. *de nobis.* præp. om. omnes Cort. Bas. Leid. c. *illustres sunt. sunt* om. omnes Cortii libri. Bas. *noti non fuerunt* Bas. *gerundis* Bas. Leid. c. *vitae* Bas. Leid. c. *vita* ceteri. *conferre decet* Leid. c.

re noli mihi antiquos viros obiectare. Satius est enim, me meis rebus gestis florere, quam maiorum opinione niti, et ita vivere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium et virtutis exemplum. Neque me cum his conferre decet, Patres conscripti, qui iam decesserunt, omnique odio carent et invidia; sed cum eis, qui mecum una in republica versati sunt. Sed [si] fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitiosus; (non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor, sed illam perniciosam contra leges, cuius primos ordines Salustius duxit;) aut in gerundis magistratibus, aut in vindicandis maleficiis tam severus; aut in tuenda republica tam vigilans; quam tu proscriptionem vocas: credo, quod non omnes tui similes incolumes in hac urbe vixissent. At quanto meliore loco respublica staret, si tu par ac similis scelestorum civium, una cum illis adnumeratus esses! An ergo tunc falso scripsi: « Cedant arma togæ", qui togatus armatos, et pace bellum oppressi? An illud mentitus sum: « O fortunatam natam me consule Romam"; qui tantum intestinum bellum et
3 domesticum urbis incendium exstinxi? Neque te tui piget, homo levissume, cum ea culpas, quæ in historiis mihi gloriæ ducis? An turpius est, Patres conscripti, scribentem mentiri, quam illum palam hoc ordine dicentem? Nam, quod in ætatem increpuisti, tantum me abesse puto ab impudicitia, quantum tu a pudicitia. Sed quid ego de te plura querar? Quid enim mentiri turpe duces, qui mihi ausus sis eloquentiam uti vitium obiicere, cuius semper nocens eguisti patrocinio? An ullum existumas posse fieri civem egregium, qui non his artibus et disciplinis sit erudi-

conferri ceteri. *hac urbe. hac* delet Leid. c. *sceleratorum civ.* Oud. — *Cap.* 3. *nec quidem te tui* Leid. c. *nec te tui* libri a Popma laudati. *num quid te tui* alii. *hoc ordine* om. Gud. *quid in aetat. increp.* Gud. Rem. Editt. vet. *in meam aetatem* Ac. *quod in aetat.* Leid. c. Bas. *turpe ducis* Leid. c. Bas. *nocens eguisti.* om. Gud. *erudimenta atque cunabula* Leid. c. *filiam meam.* pronom. om. Ac. et Glar. Cod. *mulieres se* plurimi Cortii

tus? An ulla alia putas esse rudimenta et incunabula virtutis, quibus animi ad gloriæ cupiditatem aluntur? Sed minime mirum est, Patres conscripti, si homo, qui desidiæ ac luxuriæ plenus sit, hæc ut nova atque inusitata miratur. Nam quod ista inusitata rabie petulanter in uxorem et in filiam meam invasisti, quæ facilius mulieres se a viris abstinuerunt, quam tu vir a viris; satis docte ac perite fecisti. Non enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum, ut vicissim tuas conpellarem. Unus enim satis es materiæ habens: neque quicquam turpius est domi tuæ, quam tu. Multum te vero opinio fallit, qui mihi parare putasti invidiam ex mea re familiari: quæ multo mihi minor est, quam habere dignus sum. Atque utinam ne tanta quidem esset, quanta est: uti potius amici mei viverent, quam ego testamentis eorum locupletior essem! Ego fugax, C. Salusti? Furori tribuni plebei cessi: utilius duxi, quamvis fortunam unus experiri, quam universo populo Romano civilis essem dissensionis caussa: qui, posteaquam ille suum annum in republica perbacchatus est, omniaque, quæ commoverat, pace et otio resederunt; hoc ordine revocante, atque ipsa republica manu retrahente me, reverti. Qui mihi dies, si cum omni reliqua vita conferatur, animo quidem meo superet, cum universi vos populusque Romanus frequens adventu meo gratulatus est. Tanti me fugacem, mercenarium patronum æstimarunt. Neque hercule mirum est, si ego semper iustas om- 4
nium amicitias existimavi. Non enim uni privatim ancillatus sum, neque me addixi: sed quantum quisque reipublicæ studuit, tantum mihi fuit aut amicus aut inimicus. Ego nihil plus volui va-

libri. *sperasti me* Leid. c. *conpellarem* Leid. c. *tuos comp.* Gud. *domui tuae turpius* Bas. Leid. c. *multum vero te* Rem. Ac. Bas. *opinor falli* Leid. c. *opinor fallit* Rem. Ac. *parare putasti* Bas. Leid. c. *mihi multo minor.* Bas. *C. Salusti* Bas. *residerunt* Gud. Ac. *ipsa manu p. R. retrahente* Cod. Oudendorp. *aestumarunt* Bas.
Cap. 4. hercules Bas. *amicitias aestimari* Bas. *aut amicus aut adversarius* Bas. vett.

lere quam pacem; multi privatorum audacias nutriverunt. Ego nihil timui, nisi leges: multi arma sua timeri voluerunt. Ego nunquam volui quicquam posse, nisi pro vobis: multi ex vobis potentia freti, in vos suis viribus abusi sunt. Itaque non est mirum, si nullius amicitia usus sum, qui non perpetuo reipublicæ amicus fuit: neque me pœnitet, si aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus sum, aut Sexti insolentiam repressi, aut Bibuli patientiam culpavi, aut virtutibus Cæsaris favi. Hæ enim laudes egregii civis et unicæ sunt. Quæ si tu mihi uti vitia obiicis, temeritas tua reprehendatur, non mea vitia culpabuntur. Plura dicerem, si apud alios mihi esset disserendum, Patres conscripti, non apud vos, quos habui omnium actionum mearum monitores.
5 Sed, ubi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis? Nunc ad te uti revertar, Salusti, patremque tuum prætereàm: qui si nunquam in vita sua peccavit, tamen maiorem iniuriam reipublicæ facere non potuit, quam quod te talem filium genuit. Neque, tu si qua in pueritia peccasti, exsequar, ne parentem tuum videar accusare, qui eo tempore summam tui potestatem habuit, sed qualem adolescentiam egeris. Hac enim demonstrata, facile intelligetur, quam petulanti pueritia, quam impudicus et procax adoleveris. Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit, et ætas tua iam ad ea patienda, quæ alteri facere collibuisset, exoleverat; cupiditatibus infini-

Editt. Leid. c. *audacias timuerunt* Ac. *aud. metuerunt* Edd. Venetæ. *nutriverunt* Gud. Rem. inc. Bas. Leid. c. *potentia nostra freti contra in vos* Ac. *Sesti insol.* Bas. *egregiae civis.* Bas. *temeritas tua reprehendatur* Bas. Leid. c. *mihi esset disceptandum* inc. *discernendum* Gud. Ac. Bas. Leid. c. *dicendum* ita vulgo ante Cortium. *disserendum* Cort. emendavit. — *Cap.* 5. *nunc ut ad te* Bas. *filium* om. Bas. *hac demonstrata* Bas. Oud. *si — partem habuerit* Gud. *si* etiam Bas. *quaestus sumtus sufficere* Rem. Gud. *quæstus in stupendia sumtus* Leid. c. *alteri facienda* Bas. *collibuissent* Leid. c. *cui unquam dubium* Leid. c. *nequeat quis* Leid. c. *ante quaerere*

tis efferebaris, ut, quæ ipse corpori tuo turpia non duxisses, in aliis experireris. Ita non est facile exputare, Patres conscripti, utrum inhonestioribus corporis partibus rem quæsierit, an amiserit. Domum paternam vivo patre turpissime venalem habuit, vendidit. Et cui dubium potest esse, quin mori coegerit eum, quo hic nondum mortuo pro herede gesserit omnia? Neque pudet a me eum quærere, quis in P. Crassi domo habitet; cum ipse respondere non queat, quis in ipsius habitet paterna domo. At hercule! lapsus ætatis tirocinio, postea sese correxit. Non ita est: sed abiit in sodalitium sacrilegii Nigidiani: bis iudicis ad subsellia attractus, extrema fortuna stetit: et ita discessit, uti non hic innocens esse, sed iudices peierasse existimarentur. Primum honorem in quæstura adeptus, [secutus est] hunc locum et hunc ordinem despexit: cuius aditus sibi quoque, sordidissimo homini patuisset. Itaque timens, ne facinora eius clam vos essent, cum omnibus matrum familiarum viris opprobrio esset, confessus est, vobis audientibus, adulterium, nec erubuit ora vestra. Vixeris, 6
uti libet, Salusti; egeris, quæ volueris; satis sit, unum te tuorum scelerum esse conscium; noli nobis languorem et soporem nimium exprobrare. Sumus diligentes in tuenda pudicitia uxorum nostrarum: sed ita experrecti non sumus, ut a te cavere possimus. Audacia tua vincit studia nostra. Ecquod factum aut dictum turpe hunc movere possit, Patres conscripti, quem non

Bas. *in tirocinio* Ac. *sacrilegii* Ac. Gud. *bis ad iud.* Leid. c. *hic innocens. hic* om. Gud. *hic non* Leid. c. *secutus est hunc locum et hunc ordinem despectus* Bas. *despectus* et Cortii libri. Leid. c. (sed *secutus est*) om. quod Gruterus in aliquot Mss. repperit. *despexit* emend. Cort. *clam nos* Gud. Rem. *clam nobis* Ac. *clam vobis* inc. Oud. *opprobrio vobis suspectus* Leid. c. *familiarum vestris* pro *vestris*. quod in omnibus fere libris est, recte emendatum *viris*. *nec. erubuit* Bas.
Cap. 6. *esse conscium* Bas. Leid. c. *factum ac dictum turpe hunc mov. pos. P. C.*

puduit palam, vobis audientibus, adulterium confiteri? Quod si tibi pro me nihil respondere voluissem, sed illud censorium elogium Ap. Claudii et L. Pisonis, integerrimorum virorum, quo usus est quisque eorum, pro lege palam universis recitarem: nonne tibi viderer æternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere non possit? Neque post illum delectum senatus te umquam vidimus. Nisi forte in ea te castra coniecisti, quo omnis sentina reipublicæ confluxerat. At idem Salustius, qui in pace ne senator quidem manserat, postea quam respublica armis oppressa est, et idem victor, qui exsules reduxit, in senatum post quæsturam est reductus. Quem honorem ita gessit, ut nihil in eo non venale habuerit, cuius aliquis emptor fuerit. Ita igitur egit, ut nihil non æquum ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisset: neque aliter vexavit, ac debuit, si quis prædæ loco accepisset magistratum. Peracta quæstura, posteaquam magna pignora eis dederat, cum quibus similitudine vitæ se coniunxerat, unus iam ex illo grege videbatur. Eius enim partis exemplar erat Salustius, quo tanquam in imam voraginem cœtus omnium vitiorum excesseras: quidquid impudicorum, cillonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe: municipiis, coloniis, Italia tota, sicut in fretis, subsederant, nominis perditi ac notissimi, nulla in parte castris apti, nisi licentia vitiorum et cupiditate rerum
7 novarum. At postea quam prætor factus est, modeste se gessit et abstinenter. Nonne ita provinciam vastavit, ut nihil neque passi sint atque exspectarint gravius in bello socii nostri, quam experti sunt in pace, hoc Africam interiorem obtinente? unde tan-

Leid. c. Popma. *aut dictum* Bas. A. Popma. *quem non puduerit* Bas. *tibi pro me nihil* Bas. Leid. c. *ac id. Sal.* Bas. *ita egit*, (*igitur* omisso) Bas. Leid. c. *est reductus* Bas. Oud. *facere collibuit* Bas. *mag. accepisse* Bas. *erat exempl.* Bas. Leid. c. *tanquam immani voragine* Ac. *tantam in unam v.* Gud. Bas. Leid. c. — *Cap.* 7. *ac postea quam praetor est factus* Bas. *gravius in bello* Bas. Leid. c. *fuerat Cæsar* Bas. *satis*

tum hic exhausit, quantum potuit aut fide nominum transiici, aut in navis contrudi. Tantum, inquam, Patres conscripti, exhausit, quantum voluit. Ne caussam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare paciscitur. Quod si quidpiam eorum falsum est; hic palam refelle, unde tu, qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tamquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, villam Tiburti C. Cæsaris, reliquas possessiones paraveris? Neque piguit quærere, cur ego P. Crassi domum emissem: cum tu veteris villæ dominus sis, cuius paullo ante fuerat Cæsar? modo, inquam, patrimonio non comeso, sed devorato, quibus rationibus repente factus es tam adfluens et tam beatus? Nam quis te faceret heredem, quem ne amicum quidem suum satis honestum quisquam sibi ducit, nisi similis ac par tui? At hercule egre- 8
gia facta maiorum tuorum te extollunt: quorum sive tu es similis, sive illi tui, nihil ad omnium scelus ac nequitiam addi potest. Verum, ut opinor, honores tui te faciunt insolentem. Tu, C. Salusti, tantidem putas esse bis senatorem et bis quæstorem fieri. quanti bis consularem et bis triumphalem? Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere. Is demum maledicit, qui non potest verum ab altero audire. Sed tu omnium mensarum adsecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, et idem postea adulter, omnis ordinis turpitudo es et civilis belli memoria. Quid enim hoc gravius pati potuimus, quam quod te incolumem in hoc ordine videmus? Desine bonos petulantissima consectari lingua: desine morbo procacitatis isto uti: desine unumquemque moribus tuis existimare: his moribus amicum tibi efficere non

decet Ac. Gud. *honeste* Bas. *ille tibi* Ac. Leid. c.— *Cap.* 8. *At hercules* Bas. *similis es* Bas. *carere* inc. *ordine videmus* Bas. Leid. c. *esse tibi et amicum facere* Ac. *tam. efficere* Gud. inc. *tibi efficere* Bas. *auditorum. qui* (*eos* omisso) Bas. *non quæ Salustius* Bas. Ac. inc. *effari possim* Leid. c.

potes, videris velle inimicum habere. Finem dicendi faciam, Patres conscripti. Sæpe enim vidi gravius offendere animos auditorum, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos, qui commiserunt. Mihi quidem ratio habenda est, non quæ Salustius merito debeat audire, sed ut ea dicam, si qua ego honeste effari possum.

VARIETAS EDITIONIS CORTIANAE. *)

CATILINA.

Cap. 1. vit. sil. ne trans. - sita : animi - fragilis : virtus. c. 2. diversi - et iam. cap. 3. tamen etsi - invidia putant - adolescentulus sic. - advorsa multa - cum ab. c. 4. secordia - studio me. c. 5. natus, magna - vigiliæ, algoris - cuique - loquentiæ - quidquam. c. 6. tentare - metu percussi - validum, reip. - dominationemque convertit. c. 7. quisque extollere - promtu - simul laboris ac belli patiens erat, in castris per usum militiam disc. - sese quisque - quas urbis. c. 8. verbis eam - negot. maxume. c. 9. in amicis - quod sæpius - bello excess. c. 10. iis otium - artis bonas subvertit - vultum. cap. 11. bonus, ignavus - insatiabilis neque - ferocis mil. c. 12. atque moderati - sua gloria. c. 13. nisi iis - subversos montis - pati muliebria. c. 14. hi Catilinæ - uti cuiusque - fidosque faceret - ita æstumarent - cuiquam compertum. c. 16. consulatum petundi. c. 17. audaciæ. Eo. cap. 18. Catilina. de - Sulla legibus - Autronius consilio - urbem Romanam. c. 19. Cn. Pompeii. c. 20. fortes fidosque - ausus maxumum - eadem mihi - idem velle atque nolle - nosmet ipsi - paucorum ius - vulgus - repulsas nobis reliquere - nobis in manu. viget - ingenium, tolerare - omnia victoribus - oratio hortentur - vobiscum consul - forte animus - servire quam. c. 21. Mauretania - eo consulem. c. 22. adigeret - ficta hæc, multa. c. 23. vanitas quam audacia - cœpit, minari. c. 24. populares - adscivisse dicitur. c. 25. forma, viro - fortunata : litteris - psallere, saltare - facile decerneres. c. 26. consulibus in campo. c. 27. opportunum credebat. c. 29. socios atque cives. c. 30. circumque loca missi : ii - iisque perm. - item [decrevere]. c. 31. facies : ex - insolitus, adflictare - cœlum tollere - interrogatus ab L. - seu ira. c. 32. secum ipse - scriberentur, antecapere - numero ad Marcium. c. 33. homini faceremus - inopiæ opitulati - eam necessitudinem - ulti maxume. c. 34. Marcius : Si - conscius; sed - [litteras] scriptum (*est* om.) c. 35. *Catulo S.* - gratam in magnis - licet agnoscas - cum alienis -

*) Discrepantias scripturæ v. c. *volgus*, *vulgus*, *adolescens*, *adulescens*, *promptus*, *promtus*, *temptare*, *tentare* et plura eiusmodi uno in loco laudasse satis habeo. Ubi plura verba a Cortio deleta sunt, verborum ordinem, qui in eius editione est, expressi, omissis iis, quæ a me interposita sunt.

alienatum sentiebam. c. 36. Flaminium Flammam - comperta; senatus - hostes iud. - dilectum - visum; cui - armis paterent - morbi, uti. c. 37. quis opes - præceps ierat - armis forent - sperabant - alios omnis - reverterat. c. 38. restituta; homines - [summam potestatem nacti] - ferox, cœpere - senati specie - paucis absolvam per - senati auctorit. - neque modestia. c. 39. maritimum - missos; plebis - ceteros iudiciis - oblata, vetus - adepti, diutius, ea - Catilinam profecti - solum cives - [bello]. c. 40. negotiatus, plerisque - principibus notus - uti sui - difficile quin cupid. - propinqua neque - arcessit. c. 41. [consilio] cognito - præcepit, studium. c. 42. [cuncta simul] agere - senati consultu. c. 43. uti, Catilina in agrum Fæsulanum cum venisset - exsequerentur - Statilius, Gabinius - ceteros, quibus - eum vi - pars parentes - promtus, maxumum. c. 44. [cum his] data et accepta - scriptum: quis sim - virum; consideres. c. 45. Pomtino - permittit. Homines - collocatis, occulto - dein ubi. c. 46. lætabatur coniuratione - anxius erat, in maximo - opus; pœnam - reipublicæ credebat - item Coeparium - [ex urbe] - tenens perducit. c. 47. aperit: paucis - quos habere solitus: Ex - tertium, cui - abdicatus magistratu - item ceteri - ædilis, Cetheius - retractus Cn. c. 48. lætitiam agitabant - detrimento; incendium - quotidiano - senatum edocet - ne Lentulus, Cethegus, alii ex - tamen etsi - hominis leniunda - falsum, deque - mentitus esset - æstumarent, illud. c. 49. neque gratia, neque precibus - exercebant - iudicio repetundarum - quod privatim - circum concordiæ. c. 50. soliti. Cethegus - suos, exercitatos - orabat grege - ventum, rogatus. c. 61. copia memorandi - animi, recte - impunitos dimisere - in illis iure - idem providendum - iræ, quam - iis utendum - sævitia, quæ - aliis alia licentia, patres - fortuna pares - dicitur, in imperio - sceleris obliti - eam modestiam - non mihi crud. - animam non eripi sed in exsil. - grave nimis - merito accidit - illud [exexemplum] - scelestos, factiosos - Ita quibus - post paullo - in manus, falsum - quis finem - neque superbia - proba, imitarentur - aliæque paratæ, quibus - permissum. Hanc. c. 52. mecum ipse reputo - ab illis, quam - cetera tum persequare - non de sociorum - firma, opulentia - bonis an malis - Romani: sed - modi, nostra - sita. Sint sane - falsa credo - existumans, quæ - consilium, si peric. - refert mihi - T. Manlius - mœnia, in sinu - occulte potest - properandum. Quare - alia fœda. c. 53. magnus atque clarus - ac veluti - divorsi moribus. c. 54. ac munificentia - sublevando; Cato - adeptus. In. c. 55. paullulum escenderis - demissus Lentulus, quibus - ex clarissuma gente - sumtum (*est* omisso). c. 56. in castra venit - montis iter - diem sese habiturum - rationibus [existumans]. c. 57. ceteris quos - in Galliam. At - movet ac sub - [in Galliam properanti]. c. 58. Nunc quo in loco - in dextris portare - tuta commeatus - sin metu - advorsa

fiunt - adgredimini - si relinquere - vestra hortantur - angustiæ. Quod. cap. 59. montis - cohortis - dextera - uti meminerint - suis cernere - gloria fuerat. c. 60. rebus omnibus - ventum, unde - eos perturbatos - pristinæ dignitatis - hostes incurrit. cap. 61.] animi vis - quisque pugnando - captus. Ita - adeptus. Nam - hospitem reperiebant.

IUGURTHA.

Cap. 1. alias artis - eripere potest - voluptatis - ubi pro. c. 2. anima et corpore: ita - corporis, alia huiuscemodi omnia - initium, finis est - omnia orta - atque ignaviam. c. 3. aliud fatigando. c. 4. studium laudando - adeptus sum - animi mutavisse - sæpe audivi - [quam bonis artibus] - clara, magnifica - qui sustinent. c. 5. uti studiis - permansit: imperii. c. 6. facere, minumum - vehementer negotio - terrebat natura - suæque et liberorum - virum interfecisset. c. 7. facile occasurum - P. Scipionis. c. 8. auxilia ipse. c. 9. litteris, quas - certo scio - merita carus - senatui sit - ubi, quæ - virtute viri - statimque adoptavit - item Adherbale. c. 10. falsum habuit - tua virtute - renovatum: postremo - vitæ finem - iniuriam, quia. c. 11. paucis diebus - convenere uti - ex illis, natura - uti ætati - consulta omnia - tribus his proxumis [annis] - ratus, descendit - modo animo. c. 12. acceptusque semper - onerat, uti - ut doctus. c. 13. divulgatur - partis - urbis - consiliis, in otio - Romam mittit - uti primum - tempestate auctoritas - magna misere - legati ubi. c. 14. moriens præcepit - regnum - procuratione - meum - imperium penes - regni habere - [præcepta parentis mei] - et amicum populo Romano - maiorum beneficia - posse auxilium - deberi mihi a - probitas, neque - quod miserrum. cogor - recepti, aut - pati frustra a vobis - neque cuiusquam - avus una - Carthaginienses - beneficia erepta - uti quem - pestis eiecta, læti - quom iussissetis - amicitiam colerent - vobis adessent - in manu vestra - uobis coniunctum - necatus, alterius - adfines, amicos - ceteros, alium - obiecti; pauci - relicta anima - si quid ex - solus et omnium - plurima? aut - una nobis occid. - verba, fugam - pœnas reddet - quamquam immaturo - per vos liberos - parentes per. cap. 15. ne alium - depravati - carius subv. c. 16. qui vero - anteferebant - pollicitando perf. - viris opulentior. c. 17. gentis - terra, penuria - accesserint, quamquam. c. 18. inculti; quis - neque imperio - qua nox - sibi quique - iique alveos - Getulos miscuere - imperium cogere. c. 19. aliisque - in ora marit. - originibus præsidio - quem Aegyptum - et Numidia usque. c. 20. regno diviso - discessere - manu invasit - dolore perm. Adherbalem - Neque tamen eo - ut antea - terrorem hostibus. c. 21. consedit exercitus - die extrem. - inceptum. Ubi - sumentes - insequentes - Romam Ad-

herbale - ambo reg. - dignum fore. c. 22. ita enisum - adoptatum: Ceterum - sceleri obviam - prohibuerint. c. 23. noctes, aut - virtutem erigere - duo maxume. c. 24. patris - beneficia - dein patrio - quem imperatorem - et quæ in senatu - me ex manibus - memoria avi. c. 25. non paruisset legatis - isdem regis - ne decretum fieret - in quis M. Scaurus - Senati princeps - in invidia res - escendere - iram senati - uti prius - minæ graves. c. 26. rebatur; quia - dein omnis - obvius interfecit. c. 27. cognitum et - dilapsa erat - regis. Sed - declarantur P. Scipio - alia, quæ. c. 28. duo familiaris - consultus: placeretne - iique decrevere - multos mortalis et urbis - capit. c. 29. Scaurum acceperat - Vagam - imperatum, elephanti - Patres, probarentne. c. 30. superba crudelia - tempestate Memmii - orationem perscribere - potissumum, quæ. c. 31. multa deh. - timetis, quibus - parente tradita - situm, Quirites - ego hortor - uti contra - opus: necesse est - multi vestri ordinis in - qui fecere - magnifici - quasi honori - quis fides - amicitia est - factio. Quod - non summa - quod maius - magis fecisse - indignum: verum - deditio, ex qua - damna, dedecora - bella, paces - Atque ego - ni misericordia - spes? Dominari - hortorque ne - gravia; tamen - ni vindicatum - ego, Quirites. c. 32. mitteretur, interposita - imperatoris plurima - Cassius, perlata - ei timido - dedidisset - misericordiam - Cassio. Igitur. c. 33. cuncta gesserat; C. Bæbium - sceleris aperiret - animos mollire - ministris egerit - aperiret - fore; sese. c. 34. concione discessit. c. 35. Ea erat tempestate - parati, paullo - diebus profectus. c. 36. alia, quæ - instanti cedere. c. 37. magnis itineribus - cæcus, vineas - alia, quæ. c. 38. subdolus augere - insequeretur. Interea - [corrumpere] - desererent. ita delicta occultiora fore - tumultu perculsi - hostes - dein Iugurtha - ferro clausum - incolumis - mutabant, sicuti. c. 39. modis omnibus - animus ardebat - nihil sibi. c. 40. Interea - partibus. Igitur - Mamili - exercita - ortus, otio et - secundæ res - duas partis - ut quisque. c. 41. [ex nobilitate] - permixtio civilis, quasi discessio terræ. c. 42. necaverat - civitatis - maturius deserat. c. 43. Q. Metellus et M. Silanus - [provincias] - paraverunt - milites scribere - equos cetera - quæ bello - senati auctoritate - Latinum, reges - auxilia mittere - bonas artis - animum invictum. c. 44. pro Consule - spei bonæ - eventi civium - Sed neque. c. 45. et ipse cum. c. 46. avidum. Itaque - opportunos cognovit - in agris, ex opp. - uti cum his - quacumque - uti absens. c. 47. gratia, si paterent opportunitates - forent: ratus - commeatum [iuvaturum exercitum] - etiam. c. 48. quas maxumas - in immensum pertinens - deserta, præter. cap. 49. equitatu pedites dilectos collocat - turmas atque manipulos - uti prudentes - occultari - equitatum in cornibus. c. 50. Dein ipse - manum conse-

rendi - antea iam - turba insequi - campi fuerant. c. 51. hostes cives - multum die - quietus; circumire - dilectis. c. 53. ventum, utrimque - concurrunt - postquam impeditos - ferre. c. 54. regis etiam tum - ferocem, bellum - geri posset - iniquum certamen - neque acie - interficit, alia - præda - [ab suis] - sita, sequi. c. 55. clarior erat - animi anxius: neque - partim - crescerent - fontis - collis. c. 56. nequibant - firmissimum. Præterea - dilectis - fortunam præclari - nec illos qui. c. 58. bellum exspectantibus - propere mittit, c. 60. pariter oppidani - paululum modo - res erat - confecti volneribus, c. 61. præsidium - [quæ proxuma est Numidiæ] - dein fide - necatum tradidisset. c. 62. opportunum, Iugurtham - aut occisos - caveret ne - legati: Iugurtham - facturum, ac - ordinis arcessiri - ut iussum - spoliatus, cum - sumit Romæ. c. 63. supplicante - maiore quam - datus est - petere non - plebes. c. 64. atque talia - exercitus sibi. c. 65. uti sellam - uti contumeliarum - occisus, imperium. c. 66. alia, quæ spe - rebus diem. cap. 67. obtruncati - Turpilius unus - fama integra potior, improbus. c. 68. permixta, cum - Ita animis - ire signa. cap. 69. Metellum rati - pœnæ cuncta. c. 70. carum acceptumque - omnes res - mittit mollitiem - iuravisset; præmia - in pestem ne. c. 71. audivit ex - acta, cognovit - accedit; quæ - paravisset, perfidia. c. 72. quieta fuere - hostis iuxta. c. 73. decori, invidiæ - iussit senatus. c. 74. agitabat. Neque - spem in armis - virtuti popularium an fide - rex adfuit - ceteri omnes - [eius milites] primi concursu - pedes magis - tuta sunt. c. 75. et opulentum - comperta quamquam - proximum, spatio - [si eius oppidi potitus foret] - eoque imponit - cuiusque generis pleraque - aquæ portarent - fuerint - aquam supra - præceperat, tanta. cap. 76. una die - deinde locis - agere, aggerem - opus et administros - metuerent. c. 77. navi fecerant. c. 78. conditum, quos - Syrtis - alta, alia in - mutatur. Eius - leges cultusque. c. 79. rem locus - diuturno bello - classes fusæ - vitamque reipublicæ. c. 80. advorsum - nulla pro socia. c. 81. advorsa sint - operæ pretium. cap. 82. regis - melius ratus - iam antea - cognitum, illum. c. 83. periculo succurrere - habere eum - opibus confideret non - regnoque consuleret - probare, partim abnuere. c. 84. [secum proficisci] - locupletem victorem. c. 85. isdem artibus - supplicis - dehinc per - quo universa - pluris est - cura administrati - militiam quos - facta fortia - et virtute - benefacta mea - ut neque vos - officii. Ita - is imperatorem - homines præposteri - fieri posterius - partim vidi - faciunt idem - invideant et - contra. Nam - posteris lumen, neque - mala in occulto - facta dicere - iam respondere - animi sententia - id pœnitundum sit - ego plurimis - ut turpia - confiteri. Nam - ex sanctis - divitiarum; arma - bonum habetote - tuta sunt - imperitiam superbiam -

pars avaritia - ætas, adnitimini - factus: neque. c. 86. aliis utilibus - cum maiore aliquanto - diebus paucis. c. 87. fugientis capi - hostis. c. 88. urbis - exploratum. Sed. c. 89. ubi procul - et aspera - visum. Erat. - viris multo - quarum vis - haud longe. c. 90. iubet, se præd. c. 91. infidum, neque. cap. 92. maior et clarior - divinam, aut - ad aliam rem. cap. 93. animo, omitterctne - noctes æstuans - humani ingenii cupido ignara visundi invadit - paullulum modo - uti escenderat - ipse escenderat - promissa cognitum - omnis Liguri. c. 94. adlevati facilius escenderent. c. 95. quoniam tanti - patriciæ, familia - iuxta atque - luxurioso, tamen - Atque felicissumo - pudeat magis. c. 96. rebus brevi. c. 97. proxumos donis - illectus - aderat victis - difficiliorem. Igitur - capientis - pugnantis - circumfusi; denique. c. 98. territus Marius - vocibus: ipsi - non fugerent pro vict. c. 100. secors victoria - apud omnes - in portas cohortis - non diffidentia futuri. - illo et aliis temporibus belli. c. 101. in quatuor partis - primum adtigerant - plurimis. Dein - perculsos acrius - profligatis, quos - ierat, Mauris ab latere - occurrit auxilio - hostes undique - horribile campis - equi, viri. c. 102. duo quam cum is - lætitia quum - inopi visum - satis. Atque - Romano multo plura - nostram experiri - demitte - victum: nam - delicto verba - regnum tutatum - expulerat. c. 103. ab amicis - licentiam permittit - deinde itinere - ut meriti - ignara: munificus benevolentiæ credebant. c. 104. omnis undique - mutant. Ceterum - omnibus rebus, tres - qui quæstor stipendium in Africam portaverat. c. 105. Sed itinere - sese quisque expedire - vicerunt. cap. 106. adpellat: se - die vesper - toties fusum - ignis - ante consedisse - auditum, tum - credere proditos. c. 107. sæpe antea - maxumum Iovem - adesset, castris - factum, magis - cui speculanti - penderent; illum - perventum. Ibi. c. 108. impar; pater - fidum Romanis - multis antea - dilegeret - caveri nequivisse - ob quæ - præceptum, post. c. 110. Et hercle - indigni - numquam redditam - flagitiosum. Ceterum - tutus sum - uti voltis. c. 111. patefacit - uti illi - peteret, ultro. c. 112. adpellat: Ubi - deinde ab illo - ei nunciat - ceterum si - potestatem haberet, fore. c. 113. vere, parum - ut vehementes - [in colloquium - veniretur] - pleni. Sed - remotis, dicitur - multa agitavisse - arcessiri - ut dictum accedit - deductus. Per. c. 114. inde ad - factus et ei - triumphavit. Ea.

HISTORIARUM FRAGMENTA.

Lib. I.

3. Fannius vere. 7. invia fuit. 8. fœneris. 9. familiares. 13. vulgus. 15. gentis - advorsus - ne ipsi - nefanda quæ - [præsertim - eximat] mirari dominationis - sævus - consulis et - tutus furit - penes illum - per tædium - tyranni-

dis, esse eum per - honesta existumet - metus aut - picens, scriba - approbaveritis - proscriptiones - captum ire - vult - labefactatis - formidatus antea est - populo Romano esse belli finem. 16. ducem senatus. 19. scilicet ii - accersiri - attamen erat L. - nemo diurna - pro consule - consilii metum - animos movent - perge qua cœpisti. 23. Lepidus pœnitens. 26. profectus. 29. finis. 32. elato aut securo esse animo. 43. et cum multa. 47. et pondere. 49. omnes. 54. itineris eorum. 55. pastusque nemore. 57. Apud. 66. terretur. 71. sacrata supplicum. 75. †*).

LIB. II.

1. prominet. inde Ichnusa appellata. 3. C. Herennius. 5. procul. 6. urbe patriaque. 11. in fiducia. 15. tantum. 16. tauro parata. 23. Lurda. 29. ut alii tradiderunt †. 31. inermes. 34. altitudine. 35. adpellabant. 39. sportis - 46. per noctem - renunculo. 51. capiti. 54. ivere - incognita.

LIB. III.

4. omnis. 6. quali. 9. quærebat, num - thesaurus portenderetur. 11. Indigetis - Durium. 18. utres. 21. nautis forum. *cetera* †. 22. ad vos plerique - cetera - agerentur - uti quæ iussa - præbeatis censeo - frustrantur - cavendus dolus - nescio quæ vos torpedo, qua - mutastis. 25. stantes incumberent. 27. quæ fonte - exciperet. 37. adstare et delectæ. 39. vacuusque curis. 43. Versius: alter.

LIB. IV.

12. sceleratissumi, egregia - Atqui ea - totam Bithyniam - pretio [dies] - Cabira - [belli prudentibus] - potentisque. 14. †. 20. Ariobarzanis. 25. degressus. 28. perignari. 41. †.

LIB. V.

1. pro Consule. 2. datam, missos. 3. aversabatur. 7. quæsitum iræ. 8. si Pompeio. 9. equo descendere, sibi uni - adsurgere de sella. 17. militiæ; multa - acta iam ætate - Penatis - deos Penatis - quam ante - contracta sunt, uti monet - ingenui corporis - C. Cotta - per vos Quirites. 24. percunctantibus. 31. ita sperat †. - pro omine belli. 39. †. 50. paces †. 61. visuros †. 63. primus Græcorum Achilles. 65. scriptorum celebrata. 66. primos - religionem †. 67. Italiam coniunctam Siciliæ - est aquis - inde Rhegium nominatum - (ut - relidit) †. 73. quæ linea - (et seq. - cataph.) †. 83. tota concione. 85. et egressi ad faciliores - 87. insultavit. 98. ac mollis. 100. igitur †. - est et maior. 102. ex-

*) Hoc signo notavi, quæ a Cortio omissa sunt.

ercitum vertere. 111. quo prohib. 112. quidem Pyrrho - Hannibali, æquor. 118. quæ forte. 119. per mortalium studium maiores - quippe quis. 124. atque Tauri. 127. Charybdi. 132. et Sardiniam. 133. quæ mapalia. 144. festinare. 150. augere copias. 157. Geronis. 161. incerta est. 162. Scythæ Nomades tenent † - in quibus. 167. celeritate nuncios. 169. 170. 171. etc. - 193. *aut omisit aut loco alieno posuit*. 194. dividantur. spatio medio relicto multorum millium. 195. respiciens aquilonem. 196. et Ceam insulam in Sardiniam transivit. 197. Dædalus vero primum Sardiniam †. 198. deportarunt. 199. piraticam exercentes famosi. 200. A Troia Capys. 203. unde Othii campi †. - Typhœus in Campania †. 206. in Flaminia est civitas quæ Cale dicitur et in etc. 208. Troianorum tempore. 209. antiquos, Livius. 210. ut inquit Salustius.

NB. Ceterum quæ loca Cortius aut alieno loco laudaverat, aut falso Salustio tribuerat, notare omisi. Neque in iis locis, ubi non ipsius auctoris verba leguntur, ubique varietatem lectionis adscribere necessarium habui. Sæpius enim in omnia alia abit. Plura, adhuc pro Salustianis falso habita, omisi.

Epist. I.

1. esse quemque - strenuus sit - componere. bellum - mediocrique. 3. atque anceps - cives. An - sanguine sanguinem. 7. attingere nequit. 8. cupienda.

Epist. II.

1. militiæque quantumque - cognitam haberem - quod et prius. 2. accipe tu - aut tu vera. 3. nihil maluit. 5. in armis aut militia dominus erat et. 6. in se committere. 7. si neque - iudicium fit. 8. Nec ego magna - mortales. 9. quippe cum domi. 10. ei consulebant. 11. simultas ac arrogantia fert - publicum æstumant - dubium est. 12. is in multa - primæ classis mittenda - summam discordiam - numine invisi.

DECLAMATIO IN M. CICERO.

1. petul. ista - sese ac fort. - ludibrio est. 2. Cicero se - qui vero nihil. 3. dubium potest esse - simultatem - illud vero amicitiæ tantum ac virtutis, 4. in concilio deorum.

DECLAMATIO IN SALUSTIUM.

1. quod si aut - consequetur - mentibus esse videar - peccare minimis. 2. Crispus Salustius - commendavit - æque de nobis - illustres sunt - tuis visa. 3. se mulieres - putasti parare - Crispe Salusti - plebis cessi. 4. reprehenditur. 5. sacrilegi - adeptus, hunc locum - neque erubuit. 6. conscium esse - Ecquod

hunc movere possit P. B. factum ac dictum turpe - nihil pro me tibi - reductus est - vitiorum excesserunt. 7. socii nostri in bello. 8. Crispe Salusti - ordine videamus - moribus tuis æstimare - tibi facere - auditorum eos - non quid Salustius.

Addenda et Corrigenda.

Quamvis magna cura ac diligentia in hoc libro emendando adhibita est, tamen turpia quædam scripturæ menda continet, quæ notanda sunt:

Pag. 18. vers. 3. nefanda *corrige* nefanda.
— 41. — 4. eo c. ea.
— 50. — 16. favebat c. favebat.
— 70. — 12. pauco c. pauca.
— 87. — 9. Iurgurtham c. Iugurtham.
— 106. — 8. Africam c. Africam.
— 116. — 6. superiobus c. superioribus.
— 119. — 17. tantumodo c. tantummodo.
— 138. — 14. sauciabuntur c. sauciabantur.
— 142. — 18. mult c. multi.
— 178. — 9. duçam c. ducum.
— 181. — 9. feraram c. ferarum.
— 213. — 12. atque mare c. atque inter mare.
— 221. — 18. cogit c. cogat.
— 224. — 3. occinuerant c. occanuerant.
— 240. — 1. caliditas c. calliditas.
— 256. — 20. fonto c. fonte.
— 265. — 25. administatione c. administratione.
— 285. — 16. neque illa c. neque in illa.
— 287. — 23. patronum æstim. c. patronum hi æstumr.
— 293. — 19. excesseras c. excesserat.

Caelum, litteras, caeteri, exilium, solers, adcuratissime, faciendum, Massinissa, quæ contra orthographiam Salustio usitatam uno alterove loco leguntur, *u* litteram ter quaterve inversum, et interpunctionis signa, aliquoties turbata, leviora duxi, quam quæ indicare opus sit. Hoc addendum, in Iugurtha c. 97. *equos escendere* esse legendum, non *adscendere*, quod confirmat Corn. Fronto s. v. *escendere*. Præterea tria fragmenta a Diomede laudata, quæ in Hist. libris sub finem leguntur, ante fragm. 194. erant ponenda, ipsius enim auctoris verba laudari manifestum est.